This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

38.

627.



38.

627.



M. T. CICERONIS

DE ORATORE

LIBRI TRES;

EX EDITIONE

J. AUG. ERNESTI:

CUM

NOTIS VARIORUM.

IN USUM STUDIOSÆ JUVENTUTIS.

A

J. GREENWOOD, D.D.

REGII ORPHANOTROPHII CHRISTI NUPER E PRÆCEPTORIBUS.

EDITIO NOVA, EMENDATIOR ET NOTIS MULTO AUCTIOR.

LONDINI:

VENEUNT APUD WHITTAKER ET SOC.; LONGMAN, ORME, ET SOC.;
SIMPKIN, MARSHALL, ET SOC.; ET J. H. PARKER, OXON.

1838.

627.

LONDINI:
IMPRIMEBANT GILBERT ET RIVINGTON,
IN VICO DICTO ST. JOHN'S SQUARE.

PRÆFATIO.

QUANDOQUIDEM in nova hac Ciceronis Librorum de Oratore editione contextum recensionis Ernestinæ ubique secuti sumus, additis tantummodo, in usum tironum, animadversionibus variorum hinc inde selectis, una cum interpretatione Prousteana; visum est, præfationis loco, pereruditam Ernestini operis censuram, ex Bibliotheca Critica Amstelod. 1779, desumtam, deinceps exhibere.

"In libris de Oratore, Ernestus multo plura subsidia ad emendandum habuit, quam in aliis libris. Nam quamvis primis illis, Sublacensi a Pannartio Sweinhemioque facta, et Romana Anni 1486, editionibus caruit, copiæ tamen aliarum editionum ei non defuerunt, interque illas exempla quæ hos solos libros habent, Waldarferi A. 1470, aliud sine loci et temporis nota, Venetum 1485, Juntinum, Aldinum, Phil. Melanchthonis Lipsiense, Strebæi, Cockmanni, Pearcii. Nam Phil. Melanchthon, egregius bonarum literarum vindex, hos libros edidit cum notis brevibus et scholiis Hagenoæ, 1525, 8vo. Non multo post Lud. Strebæus eos Parisiis edidit illustratos luculentissimo commentario, et emendatos delectis judicio suo, ex libris editis, lectionibus iis, quas optimas putaret. Sub finem superioris seculi, separatim editi sunt a Cockmanno, subjectis lectionibus ex quinque codicibus scriptis Oxoniensibus et quibusdam editionibus. Anno denique hujus seculi decimo sexto, et plenius diligentiusque anno trigesimo sexto, recensiti emendatique sunt a Zach. Pearcio, viro elegantis ingenii et doctrinæ, cum ex copiis Cockmannianis tum quinque aliis libris scriptis, et editionibus Mediol. 1498, et Veneta 1478, tum etiam judicio suo, in quo Latinitate maxime et rebus niteretur.

His tot tantisque subsidiis accessit codex Erlangensis sec. X. qui multas bonas suppeditavit lectiones, ut dolendum sit eum multis locis lacunosum esse.

" Sed, peragrata hac parte, quæ veremur ne quibusdam enumeratione editionum horrida videatur, veniamus in amœniores locos lætaque vireta, atque ipsius artis Ernestinæ elegantiam spectemus. Ne vero in tanta rerum copia oculi nostri mentesque distrahantur ad varia spectacula, nostram censuram ad unum præstantissimum de Oratore opus adstringamus, nostrumque de arte expolitioneque Ernestina judicium interponamus. Et cum tantam vim habeant hi libri ad imbuendum animum pulchri venustique sensu, quantam vix alius ex tota antiquitate liber, neque quisquam fere ad doctrinæ elegantiam proficere possit, nisi eos legat, discat, in sinu ferat, videmur nobis haud ingratum facturi bonarum literarum amantibus, si in hac censura ita versemur, ut ex ea aliquid vel medelæ vel lucis ad hos Ciceronianos libros perveniat.

" Lib. I. Cap. 43. in ea parte, qua Crassus studium juris civilis commendat, hæc sunt verba: *Nam, sive quem aliena studia delectant, plurima est et in omni jure civili, et in Pontificum libris, et in XII. tabulis, antiquitatis effigies,—sive quis civilem scientiam contempletur, totam hanc, descriptis omnibus civitatis utilitatibus et partibus, XII. tabulis contineri videbit; sive quem ista præpotens et gloriosa philosophia delectat, dicam audacius, hosce habebit fontes omnium disputationum suarum, qui jure civili et legibus continentur.* Hic Ernestus primum ex edd. princ. recte, post Pearcium, edidit *videbit*, pro vulgato *videbitis*. Præterea, ut temporum ratio constaret, pro *habet* dedit *habebit*. Qua quidem in mutatione nos non habet dissentientes. Sed alia nobis de toto loco subnata est dubitatio. Nam, primum, quomodo inter duos indicativos *delectat* et *delectant* interjectus esse potest conjunctivus *contempletur?* Deinde vero, ipsi verbo *contemplari* locus hic nullus est, cum tota oratio vehementiorem quandam animi inclinationem, quæ in contemplando nulla est, requirat. Quare in eam cogitationem inducti sumus, ut pro eo verbo ponendum putaremus *consectatur*, vel *complectitur*. Illud pro *operam dare, studere*, ponitur de Or. III. 11. Sic quoque *consequi* non infrequens est: vid. Clav. Voc. Hoc propius ad vulgatæ vestigia accedit, et pro *discere, studere*, est ap. Ciceronem, Brut. 93: *nemo qui philosophiam complexus esset: nemo qui jus*

civile didicisset: et Ovidium, ex P. I. 6, 9: *Nec quisquam meliore fide complectitur illas*, i. e. artes ingenuas. Denique, quid sibi *aliena studia* velint, et quomodo ipsa ab hoc loco non aliena sint, excogitare non possumus. Itaque conjecimus *antiqua* studia. Nam si nemini interpretum *aliena studia*, pro *studia alienarum rerum*, minus Latinum visum est, certe *studia antiquæ*, pro *studiis antiquitatis*, haud minus Latinum videri debet: sic *divina officia* sunt *officia erga Deos:* vid. Ernest. Clav. V. *Divinus*. Atque huic correctioni plus tribuere cœpimus, posteaquam vidimus similiter fere peccatum fuisse infra cap. 49: *Neque vero, si quis utrumque potest, aut ille consilii publici auctor ac senator bonus, ob eam ipsam causam orator est; aut hic disertus atque eloquens, si est idem in procuratione civitatis egregius,* aliquam *scientiam dicendi copia est consecutus.* Vox *aliquam*, licet in omnibus sit scriptis libris, nullo tamen pacto hic ferri potest. Quare Manutius et Lambinus ex conjectura dederunt *illam*, quos secuti sunt etiam alii et Ernestus. Sed Pearcius, nostro quidem judicio, perperam defendit vulgatum *aliquam*. Nos vero nobis ejusmodi emendationem reperisse videmur, qua ipsa Ciceronis manus restituta sit, legendo *alienam*. Primum ipsa loci sententia hanc vocem flagitat. Nam orator, si civilem scientiam assecutus est, hæc ei *aliena* potest dici, neque tam propria, quam oratoria facultas. Deinde ipse Cicero in simili re et argumento utitur eadem voce, de Or. I. 11: *Etenim videmus iisdem de rebus jejune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum, disputavisse, neque ob eam rem philosophiæ non satisfecisse, quod non habuerit hanc dicendi in arte* aliena *facultatem.* Est enim philosopho ars oratoria *aliena*, ut oratori scientia civilis. Et eadem ratione cap. 50: *Ac, si jam placet, omnes artes oratori subjungere, tolerabilius est, sic potius dicere, ut, quoniam dicendi facultas non debeat esse jejuna atque nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum jucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo, percurrisse: neque ea, ut sua, possedisse; sed, ut* aliena, *libasse.*

"Cap. 53: *Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpicii Galli, propinqui sui, Q. pupillum filium ipse pæne in humeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret et duos filios suos parvos tutelæ populi com-*

mendasset. Est in his verbis nulla definita sententiæ consecutio. Nam particula *et* non potest conjungere antecedens *moveret* cum sequenti *commendasset:* et, qui commendaverat filios suos tutelæ populi, erat C. Sulp. Gallus, qui vero moveret fletum, erat vel filius ejus parvulus, vel per eum Galba. Quare pro *et* suspicamur olim fuisse *ut,* illudque commutatum fuisse cum antecedente *qui;* ut ita locus restituendus videatur: *extulisset, ut patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret,* qui (sc. pater) *duos filios suos* et cet. Itaque non satis bene nobis Cl. editor loco hoc corrupto abuti videtur ad emendandum sanum, infra cap. 57. in simili re: *vel si causam ageres militis, patrem ejus, ut soles, dicendo a mortuis excitasses: statuisses ante oculos: complexus esset filium, flensque eum centumviris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset.* Ernestus mallet hæc de oratore, quam de parente inducto, accipere, et legere *complexus esses, commendasses, coegisses.* De postremo non vehementer repugnamus; de prioribus duobus non ei adsentimur. Nam primum *commendasset* de patre bene dici, vel ex ipso, quem tractamus loco, clarum est. Deinde in ejusmodi excitationibus mortuorum, vel repræsentationibus absentium, ipsi quasi agentes inducuntur. Ita v. c. Pro Cœlio cap. 14. cum, Claudium exagitans, Appium Claudium Cæcum inducit: *Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis: ac potissimum Cæcus ille; minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit: qui profecto si extiterit, sic aget et sic loquetur: Mulier, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno?*—Et similiter aliquoties, constituendis ante judicum ora reorum filiis, fletum atque misericordiam excitare conatus est Tullius: v. c. Pro L. Flacco, cap. 40, 41. et Pro P. Sylla, cap. 32.

"L. II. c. 6: *Sic enim se res habet,* ut, *quemadmodum volucres videmus, procreationis atque utilitatis suæ causa, fingere et construere nidos, easdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa, passim ac libere solutas opere volitare: sic nostri animi, forensibus negotiis atque urbano opere defessi, gestiunt ac volitare cupiunt vacui cura atque labore.* Ernestus, post Lambinum, *ut* inducendum esse putavit. Pearcius concinnitatem huic loco restitui duobus modis posse judicavit, vel delendo *ut,* cum Lambino, vel legendo *gestiant* et *cupiant.* Et nobis quidem posterior hic modus

verior elegantiorque videtur. Nam in tali constructione *ut* habet vim, non comparationis, sed causæ seu consequentiæ, et conjunctivum regit. Exempla ex ipso Cicerone attulit Pearcius. Quibus nos alia addere possumus: Nat. Deor. III. 37: *Sic enim se res habet*, ut *ad prosperam adversamve fortunam, qualis sis, aut quemadmodum vixeris, nil intersit.* De Finibus, II. 32: *Sed res se tamen sic habet*, ut *nimis imperiosi philosophi* sit *vetare meminisse.* De Oratore, II. 36: *Est, inquit, ut dicis, Antoni*, ut *plerique philosophi nulla tradant præcepta dicendi, et habeant paratum tamen, quid de quaque re dicant.* Ib. III. 52: locus est huic, de quo agimus, geminus: *Tum denique nobis hic orator ita conformandus est et verbis et sententiis*, ut, *quemadmodum qui utuntur armis aut palæstra, non solum sibi vitandi aut feriendi rationem esse habendam putant, sed etiam, ut cum venustate moveantur: sic verbis quidem ad aptam compositionem et decentiam, sententiis vero ad gravitatem orationis utatur.* Hic primum *ut* refertur ad conjunctivum *utatur, quemadmodum* vero et *sic* comparationi inserviunt. Conferatur etiam I. 50.

"Cap. 14: Egregia est emendatio, qua disciplinæ Ernestinæ aliquis alumnus sanitatem venustatemque Ciceronianam restituit: *Fatebor:—ut cum in sole ambulem, etiamsi aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer; sic, cum istos libros ad Misenum (nam Romæ vix licet) studiosius legerim, sentio orationem meam illorum* tactu *quasi colorari.* Antea, pro *tactu* legebatur *cantu;* qui quidem *cantus* nullo pacto cum *sole* et *colorari* aliquam communionem habere possit. Emendatio confirmatur auctoritate codicis Erlangensis, in quo plane est *tactu*, et sua ipsa in hac re proprietate, de qua accurate Ernestus exponit in Clavi: V.

"Cap. 17: Antonii disputatio in eo versatur argumento, ut ostendat, in artibus discendis non opus esse, ut in minimis quibusque operibus efficiendis laboremus; nam, si quis magnarum rerum scientiam animo et facultate comprehenderit, eum hoc ipso etiam minorum efficiendorum operum artificium assecutum esse. Cui disputationi hic exitus additur: *In his operibus si quis illam artem comprehenderit, ut, tanquam Phidias, Minervæ signum efficere possit, non sane, quemadmodum in clypeo idem ille artifex, minora illa opera facere discat, laborabit.* Vitium, quod haud obscurum est, ut tolleret, operam dedit Pearcius inutilem. Ernestus correc-

tionem proponit, quæ nobis quoque in mentem venerat, istam:— *non sane, quemadmodum, ut in clypeo idem ille artifex, minora illa opera facere discat, laborabit.* Phidias Minervæ signum, grande atque magnificum opus, singulari arte perfecerat; quare, cum hanc artem teneret, non ei erat laborandum atque sudandum, quomodo minora illa signa, quæ in clypeo insculpenda erant, absolveret. Itaque verba, *ut in clypeo idem ille artifex,* referenda sunt ad *facere,* non ad *discat,* nec ad *laborabit:* et tota sententia ita est accipienda, *non laborabit quemadmodum minora illa opera facere discat, ut nec Phidias laboravit quemadmodum minora illa signa in clypeo Minervæ efficeret.* Sic de Polycleto supra, cap. 16. De signo hoc Phidiæ videatur Junius Catalog. Artific. Vet. p. 157. seqq. et J. Davisius ad Cic. Tusc. I. 15.

"Cap. 38: *Nam* et *omne, quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus, aut non esse, et si simpliciter dictum sit, suscipiunt dialectici, ut judicent, verumne sit an falsum: et si conjuncte sit elatum, et adjuncta sint alia, judicent, rectene adjuncta sint:*—Quamquam non fugit interpretes, esse aliquid vitii in primis hujus loci verbis, eorum tamen emendationes Ernesto non placuerunt, qui illud *et* delendum esse judicavit. Sed nobis quidem nec Ernestina hæc correctio certa, sed potius *est* pro *et* legendum, videtur. *Nam est omne quod eloquimur, sic, ut id aut esse dicamus aut non esse.* Atque hac posita enunciationis vi, eam in sua Cicero genera distribuit, de iisque a dialecticis disputari dicit. Est autem enunciationis omnis hæc natura, ut aliquid vel esse vel non esse ponat. Vid. Aristot. Categor. IV. 4. Cicero Tusc. I. 7. et ibi J. Davisius.

"Cap. 53: *Argumentum enim ratio ipsa confirmat,* quæ, *simul atque* emissa *est, adhærescit.* Hoc vero loco, si quo alio, mirum nobis accidit, Cl. editorem nil de labe monuisse; præsertim, cum, in nota subjecta, nos ableget ad Clavem in voce *Adhærescere,* ubi diserte, *adhærescit argumentum,* ex hoc loco profert. Atqui, ut *adhærescit* ad *argumentum* refertur, ita *emissa* eodem referenda est. Nam *ratio emitti* qui tandem dici possit? Itaque legendum: *Argumentum enim ratio ipsa confirmat,* cui (sc. rationi), *simul atque* emissum (sc. argumentum) *est, adhærescit.* Sic *emitti* ponitur de re, quæ dicitur. Simillime infra, c. 54: *ante illud facetum dictum emissum hærere debeat, quam cogitari potuisse videatur.* Or. pro Cœl. 19: *aculeos——emittere in hominem et in reum.*

" Cap. 78: *Neque est dubium, quin exordium dicendi vehemens et pugnax non sæpe esse debeat: sed si in ipso illo gladiatorio vitæ certamine,* quo *ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur: quanto hoc magis in oratione* exspectandum, *in qua non vis potius, sed delectatio postulatur?* Primum bene fecit Ernestus, quod Pearcii conjecturam, non malam quidem illam, sed tamen minus necessariam, *quod ferro decernitur,* rejecit. Sed mox, quomodo nec eum, nec alium quemquam, quod sciamus, ex superioribus editoribus, vox *exspectandum* offenderit, exputare nulla ratione possumus. Nos, vel omnibus libris invitis, *est spectandum* reponimus. Denique *non vis potius sed delectatio,* nec Pearcius ferre potuit, qui pro *sed,* ex libris Gruteri, *quam* dedit; nec Ernesto satis sanum visum est, qui *potius* delere voluit. Nobis nil mutandum videtur. Ponitur enim *non* cum *sed* pro *quam,* ut si dixisset, *in qua potius delectatio quam vis postulatur.* Sic de Finibus, II. 33. *non* pro *quam* est: *aliud quiddam iis propositum, non voluptatem.* Græcis frequens est hic usus: v. c. Plato Comic. ap. Athen. VII. p. 279. B: οὐκ ἔστιν δ' ἔχειν ταύτην ἐτέρωθεν, ἐκ δὲ τοῦ ζῆν παγκάλως. Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 111. B. τὴν γὰρ εὐκαιρίαν μᾶλλον, οὐ τὴν εὐγηρίαν, πανταχοῦ καθορῶμεν πρωτεύουσαν.

" Sed maximi est momenti Græcarum literarum scientia ad criticam feliciter exercendum in Latinis scriptoribus, cum universis, tum in primis iis, qui se totos ad Græcorum rationem comparaverunt. Ex quibus sine dubio etiam Cicero fuit: cujus vim atque venustatem multis locis ne percipere quidem possunt Græcarum literarum vel rudes vel leviter gnari. Itaque et corruptis sæpe locis medelam, et obscuris lumen, conciliat Græcarum rerum dictionumque scientia, et sanis locis mirificam adjungit suavitatem cognitio fontium, e quibus ducti sunt. Quare ex isto genere pauca quædam addamus. L. I. cap. 2. cum Cicero dicit, *se statuere, eloquentiam contineri prudentissimorum hominum artibus: Quintum autem fratrem putare, eam ponendam esse in quodam exercitationis genere,* non est dubium quin hæc duxerit ex Platone Phædr. p. 350. apud quem Socrates in eodem argumento versatur, et ita pronunciat: ῥητορικὴ οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἄτεχνος τριβή. Ex eodem adumbratum est illud, quod infra cap. 13. est, in philosophi et oratoris contentione; *Quibus* (philosophis) *ego, ut de his rebus*

omnibus in angulis, consumendi otii causa, disserant, cum concesserо, illud tamen oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam exsanguique sermone disputant, hic cum omni gravitate et jucunditate explicet. Sic enim in Gorgia p. 298. contra Socratem disputat Callicles, philosophum se abdere, *μετὰ μειρακίων ἐν γωνιᾷ—ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγγεσθαι.* Porro II. 44. illa oratoris cum medico comparatio ducta est ex ejusdem Phædro, p. 354. Non minus ex Aristotele multa desumsit Cicero, v. c. I. 19. de fide et auctoritate, qua orator valere debet apud audientes, est Rhetoric. I. 2, 3, et II. 27. Enumeratio probationum est ex eodem libro, 2, 2. Et plura ad Aristotelem notavit P. Victorius. Sed in aliis quoque locis Græcæ consuetudinis cognitio ad veram lectionem ducit: v. c. II. 23. Isocratis enumerantur discipuli, quorum partim oratores partim sophistæ fuerunt: ac de oratoribus ita dicitur: *et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Æschines, Dinarchus, alii complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandæ genere versati; quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit.* Pearcius pro *veritatis* ex uno MSto dedit *virtutis;* quod oratores susciperent veritatem, non, ut histriones, imitarentur. Hanc correctionem merito repudiavit Ernestus, sed vim *veritatis* nobis non cepisse videtur, cum eam accipit pro *vera et una probanda ratione dicendi.* Est enim *veritas* idem ac veræ causæ, non fictæ, quales sunt sophistarum, opponiturque his, ut acies pompæ. Quare, si quid mutandum esset, potius ejiceremus *imitandæ*, quod facile ex sequenti *imitatio* oriri potuit. Sed de hoc non firmiter contendimus. Illud asseveramus, *veritatis* et relinquendum, et ita, ut diximus, accipiendum esse. Sic apud Græcos rhetores *ἀλήθεια* et *ἀληθινὸς* frequentantur: v. c. Dionys. Hal. de Isocrate, p. 98. veras causas a fictis declamationibus secernens, eas vocat *ἀληθινοὺς ἀγῶνας.* de Lysia, p. 83. de Thucydidis Proprietate, p. 157. Cicero ipse de Orat. I. 34: *commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est.* I. 51. *expers veritatis* vocatur sophista, qui in schola fictas causas declamat. Et similem rationem videmus esse illam, qua Ruhnkenius hunc locum purgavit, qui legit *tutandæ veritatis*, Hist. Crit. Orator. Gr. p. 61, et ad Rutil. p. 92, hanc potestatem vocis *Veritas* accurate exposuit, Cujus viri animadver-

siones Ernestus, nescimus qua de causa, non commemoravit. Veluti II. 13: *Postea vero, quasi ex clarissima rhetoris officina, duo præstantes ingenio, Theopompus et Ephorus, ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt;* Ruhnkenius Hist. Crit. Or. Gr. p. 87. verba *quasi ex clarissima rhetoris officina,* ex Bruto 8. et Oratore 13. a sciolo quodam hic inculcata arbitratus est. II. 21: Pearcii correctionem, pro *oratorum* substituentis *rhetorum,* judicio suo confirmaverat idem, Præf. ad Rutil. p. 26. Bruto 8: *Isocrates magnus orator et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo quidem judicio, est postea consecutus.* Lipsius Var. Lect. III. 14. ex Rufino Grammatico legit, *quam nemo, meo quidem judicio, est poeta consecutus.* Quam conjecturam temere in textum recepit Gruterus, quamvis nil magis ab hoc loco alienum esse possit: vid. Ruhnk. Hist. Crit. Or. p. 62. Ernestus, qui Gruterianum exemplum hac editione exhibuit, et *poeta* dedit, nec tamen de ejus lectionis vel origine vel falsitate in notis monuit. Gesnerus Thes. L. L. V. *Exceptans,* corrigit locum de Orat. III. 2. quo de L. Crassi morte dicitur: *Illa tamquam cycnea fuit divini hominis vox et oratio, quam quasi exspectantes, post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur.* Gesnerus vere et eleganter corrigit *exceptantes* pro *exspectantes.* At correctionem non memorat Ernestus. Ita et hujus viri per Thesaurum sparsas Ciceronianas emendationes, quarum haud parvus est numerus, et alias aliorum, veluti Burmanni, Oudendorpii, Drakenborchii, in Miscellaneis Observat., et Taylori, Marklandi, Chapmanni, Jortini, peculiaribus Anglicis libris proditas, has igitur omnes, nulla in notis mentione facta, neglectas reperimus."

M. TULLII CICERONIS

AD Q. FRATREM

DIALOGI TRES DE ORATORE.

DIALOGUS SEU LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

In his libris, in quibus ipse sibi mirifice placuit Cicero, de eloquentia ita præcipit, ut, quod alios docet, ipsum plane assecutum esse appareat. Explicat autem suas de dicendi arte sententias sub Lucii Licinii Crassi et Marci Antonii personis, quod ad hos homines eloquentiæ principatum omnes, superiori seculo, detulerant. Et in primo quidem libro Crassus et Antonius de universa oratoris perfecti vi disputant, quorum alter ad Ciceronis mentem de ea re disserit, ita, ut oratori omnium scientiarum et artium cognitionem tribuat; alter vero Antonius fratris Quinti sententia eloquentiam ab elegantia doctrinæ segregat, et in quodam ingenii et exercitationis genere ponit, vid. c. 2. Primus disputat Crassus, deinde ejus argumentis quæ responderi possunt, affert Antonius. In secundo libro disserendi partes imprimis ad Antonium deferuntur, qui de inventione præcipit, et de collocatione rerum locorumque, qua inprimis valuisse credebatur, v. Cic. de Clar. Orat. c. 37. cum contra non elegantissimo sermone uteretur atque diligenter loquendi laude careret. Ad inventionem rerum autem quoniam pertinet etiam de jocis et facetiis locus, et Cæsar credebatur omnium facetissimus et in jocando lepidissimus esse, vid. c. 54. ei de his disputandi partes traduntur l. c. usque ad c. 71.

Redit ad Crassum in libro tertio disserendi munus, inducitur que de ornamentis orationis et tota elocutione præcipiens, in qua ceteris omnibus palmam præripere putabatur. Cic. de claris Or. c. 38. s. Docet autem dicendum esse latine, plane, ornate, et apte, in quorum tertio inprimis multus est. Ornatum autem existere ostendit cum e verborum delectu, tum e tropis, figuris, et numero. Adduntur tandem quædam de

actione. Cap. 14. *seq. digreditur ad laudes eloquentiæ, eique adjungendam esse docet philosophiam, non Epicuream quidem aut Stoicam, sed Academicam et Peripateticam. In exordio Cicero funestam mortem eorum deplorat, qui in his libris disputantes inducuntur.*

(1.) COGITANTI mihi sæpenumero, et memoria [1]vetera [a]repetenti, perbeati fuisse, [2]Quinte frater, illi videri solent, qui [3]in optima republica, cum et honoribus, et rerum gestarum gloria florerent, [b]eum vitæ cursum tenere potuerunt, ut vel in negotio [4]sine periculo, vel in otio cum dignitate esse possent. [5]Ac fuit quidem, cum mihi quoque initium requiescendi, atque animum ad utriusque nostrum præclara studia referendi, fore justum et prope ab omnibus concessum arbitrarer, [c]si infinitus forensium rerum labor, [6]et ambi-

INTERPRETATIO.

[a] *superiorum temporum historias revolventi.* [b] *eam vitæ rationem servare potuerunt.* [c] *si infinito rerum forensium labore defatigatus, et perfunctus laboribus, qui in ambiendis honoribus suscipiendi sunt, post gestos ordine magistratus conquiescere potuissem.*

NOTÆ.

1. *Vetera.* Puta monumenta veterum aut Atheniensium, aut etiam Romanorum, apud quos clarissimi quique viri maximis afficiebantur honoribus. *Proust.*

2. *Quinte frater.* M. Tullii frater Quintus Cicero primum quidem legatus Cæsaris in Gallia, tum in Asia proprætor fuit. Non indisertum fuisse ostendit ad M. fratrem de Petitione Consulatus liber. A triumviris proscriptus, cum a satellitibus effiagitaret, ut ante filium interficeretur, filius at ante patrem, uterque simul occisus est anno U. C. DCCXI. ante Christum XLIII. *Appian. lib.* IV. *Bell. Civil. Plutarchus in Cicerone. Proust.*

3. *In optima republica.* h. e. in optimo statu reipublicæ, vigentibus legibus et viventibus bonis viris, quum domi militiæque omnia feliciter gererentur, et laus gloriaque atque existimatio consequerentur. Add. Wetzel. not. Opponitur respubl. *adflicta, aliqua, nulla. Harl.*

4. *Sine periculo, vel in otio. Sine periculo* dicit Cicero, quod minor regnabat invidia, et pauciores erant cives perniciosi: *otium* autem visum quoque fuit Romanis, quum a munere publico, cura et administratione reipublicæ vacui essent. Ex his potestas *negotii* explicari potest, quod h. l. denotat curam civilem, munus quoddam publicum.

5. *Ac fuit quidem, cum mihi quoque.* Sic edidi e vestigiis MSS. et edd. vett. Nam MS. Erlangensis plane habet: *Ac fuit quidem*, sed sine *cum*. Ed. Ascens. I. non habet *quidem* sed pro eo *tempus illud*, nescio unde; quod Aldus et ceteri omnes secuti sunt. *Tempus illud* est a glossatore, qui ex aliis locis Ciceronis addidit, ut Inv. 1. 2. init. ad Div. 10, 3. Quod e MS. E. edidimus, est exquisitius et optimis scriptoribus usitatum. Pearcii MSS. omnes caruere pronomine *illud*; a plerisque abfuit *tempus*. Edd. primæ omnes habent; *Ac nunc mihi quoque*: sed id plane repugnat sequentibus; *quam spem consiliorum atque cogitationum*, &c. Ceterum *quam spem, c. et c.* est pro, *sed eam spem, c. et c.* quod paullo durius est, e nostro sermone inprimis æstimantibus. Et Cicero subinde pronomen *qui*, cujus usu, ex imitatione Atticorum, valde delectatur, duriuscule, ad sensum certe nostrum, usurpat. *Ernest.*

Ibid. *Ac fuit.* Nempe post consulatum, quem cepit anno U. C. DCXCI. ætatis suæ XLIV. quo tempore rebus maximis pro salute publica gestis, plurimisque jactatus periculis, reliquum vitæ tempus in otio perquam honesto traducere jure poterat. *Proust.*

6. *Et ambitionis occupatio.* Multum laboris sumebant candidati in ambiendis honoribus; obibant urbem et municipia; homines nominatim salutabant, prensabant, deducebant; ludis edendis, largienda clam pecunia suffragia populi captabant. Legit hic Hotomanus Observ. lib. ii. cap. 5. *ut ambitionis occupatio*, hoc sensu, requiescendi initium justum futurum fuisse, si quemadmodum ambitionis et petendorum magistratuum occupatio decursu honorum: sic etiam infinitus forensium rerum labor ætatis ingravescentis flexu constitisset. *Proust.*

tionis occupatio, [7] decursu honorum, etiam [8] ætatis flexu, constitisset: quam spem cogitationum et consiliorum meorum, cum [9] graves communium temporum, tum [10] varii nostri casus fefellerunt. Nam, [d] qui [11] locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ [12] moles molestiarum, et turbulentissimæ tempestates exstiterunt. Neque vero nobis cupientibus atque exoptantibus [e] fructus otii datus est ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, [f] celebrandas, [13] inter nosque recolendas. Nam [14] prima ætate incidimus in [g] ipsam perturbationem disciplinæ veteris: et consulatu [h] devenimus [15] in medium rerum omnium certamen atque discrimen: [16] et [i] hoc tempus omne post consulatum objecimus iis fluctibus, qui, per nos [17] a communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. Sed tamen in his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis, obsequar [k] studiis nostris; et quantum mihi vel fraus

[d] *quæ vitæ pars.* [e] *quies et vitæ tranquillitas.* [f] *assidue tractandas.* [g] *in tempora, quibus antiqua reipublicæ administrandæ ratio perturbata est.* [h] *adiimus periculum amittendæ patriæ, libertatis, et vitæ.* [i] *toto illo tempore, quod a meo consulatu fluxit, vexatus sum iis periculis, quibus resp. per me liberata fuerat.* [k] *illi desiderio* literarum humaniorum, quo uterque incendimur.

7. *Decursu. Decursus honorum* est, cum omnibus honoribus perfuncti sumus. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Decursu honorum.* Erant quidam quasi gradus honorum Romanis decurrendi. A quæstura ad ædilitatem, hinc ad prætu-ram et consulatum aspirabant. Cicero fuit augur, quæstor, ædilis, prætor, et proconsul Asiæ. *Proust.*

8. *Ætatis flexu.* Senectutem intelligit. Ætas hominum et vita quasi stadium est: utque in stadio erat meta, ad quam cum pervenissent, non pergebant ulterius, sed flectebant cursum, et ad eum, unde profecti erant, locum revertebantur: sic in vita senectus est instar metæ, ad quam ubi ventum est, vitæ cursus veluti flectitur, et ad interitum declinat. *Proust.*

Ibid. *Ætatis flexu* pro, virili ætate ad senectutem vergente; metaphora sumta a circo, in quo flexus est, quum currus, ubi alteram partem circi exegerunt, circa spinam et metas verguntur. *Harl.*

9. *Graves communium temporum.* Communia pericula, ut conjuratio Catilinæ. *Proust.*

10. *Varii nostri casus.* Plurimæ cum sceleratis civibus contentiones, cum Vatinio, cum P. Clodio, tribuno plebis, a quo ejectus est in exilium. *Proust.*

11. *Locus* n. viri consularis respicit tempus, quo patria carere debuit. *Harl.*

12. *Moles. Moles molestiarum* opponuntur *quieti*, et *turbulentissimæ tempestates, tranquillitati.* Atque eleganter graviterque additur *moles:* quod vocab. frequenter adhibetur de iis, quæ magnitudine aut multitudine alia exsuperant. *Harl.*

13. *Inter nosque.* Sic MS. Erl. et edd. pr. usque ad Ald. quod recte etiam Pearcius edidit. Vulg. *interque nos. Ernest.*

14. *Prima ætate.* Anno U. C. DCLXVII. et consequenti, cum Tullius ageret annum vicesimum, exarsere bella civilia Cinnæ, Marii et Syllæ, qui contra pristinum morem, oppressa patriæ libertate, principatum invadere tentabant. *Proust.*

15. *In medium rerum*, &c. Conjurationem Catilinæ, quam ad excidium urbis erumpentem exstinxit singulari prudentia Tullius consul anno U. C. DCXCI. *Proust.*

16. *Et hoc tempus omne.* Hos de Oratore Dialogos Cicero scripsisse putatur anno ætatis suæ 58. et U.C. 698. secundo vero anno post ejus reditum, cum Clodianorum furore actus in exilium cessisset. *Pearce.*

17. *A communi peste depulsi.* Gruterus pro *peste* censuit legendum esse *pectore.* Lamb. vocem *peste* delet, et interpretatur *a communi, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*, a republica, quæ omnibus civibus communis est. Ego nihil muto, et per vocem *pestem* intelligo perniciem; frequenter enim eo sensu vocem usurpat Cicero. Sensus est: *Isti fluctus, et sceleratorum hominum impetus per me impediti, ne essent perniciosi reipublicæ; isti, inquam, in me redundarunt.* Sic præpositione *a* Cicero utitur in Or. de Red. in Sen. *Quos neque vis neque spes* a *mea salute* depellerent: id est, ne mihi essent saluti. Sed in Or. pro Sextio Cicero de his ipsis temporibus, in quibus Tribunitium Clodii furorem passus est, in iisdem prope verbis loquitur; *Qui hac una medicina sola (morte) potuit a Reip.* peste depelli. *Pearce.*

inimicorum, [l] vel causæ amicorum, vel respublica tribuet otii, ad scribendum potissimum conferam. Tibi vero, frater, neque hortanti [m] deero, neque roganti: nam neque auctoritate quispiam apud me plus valere te potest, neque voluntate.

(2.) [n] Ac mihi repetenda est [18] veteris cujusdam [19] memoriæ non sane satis explicata recordatio, sed, ut arbitror, apta ad id, quod requiris, ut cognoscas, quæ [o] viri omnium eloquentissimi clarissimique senserint de omni ratione dicendi. Vis enim, ut mihi sæpe dixisti; quoniam quæ pueris, aut adolescentulis nobis [20] ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt, vix hac ætate digna, et hoc usu, quem ex causis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus; aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri: solesque nonnunquam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire: quod ego [21] prudentissimorum hominum [p] artibus eloquentiam contineri statuam; tu autem illam ab [q] [22] elegantia doctrinæ segregandam putes, et in quodam ingenii atque exercitationis genere ponendam.

Ac mihi quidem sæpenumero in summos homines ac summis ingeniis præditos intuenti, quærendum esse visum est, quid esset, cur plures in omnibus rebus, quam in dicendo admirabiles exstitissent: nam, quocumque te animo et cogitatione converteris, permultos excellentes in quoque genere videbis, non [23] mediocrium artium, sed

[l] quos sæpe in foro defendendos suscipio. [m] *Non recusabo* quod petis: *nam nullus est, cujus auctoritas et voluntas plus apud me ponderis habeat.* [n] *hic revocanda est mihi in memoriam antiqua quædam dissertatio inter Crassum et Antonium, cujus non satis distincte memini.* [o] L. Crassus et M. Antonius. [p] *Historia, Jurisprudentia, &c.* [q] *ab apparatu variarum doctrinarum.*

18. *Veteris cujusdam memoriæ*, &c. Sensus est, repetere debeo, quod olim cogitare me memini, sed nondum perspicue vel ipse explicavi, vel ab aliis explicatum reperi; nam proderit ad explicandum id, quod requiris. *Ernest.*

Ibid. *Veteris cujusdam memoriæ.* Notum est, vocem *memoriam* aliquando poni pro *tempore:* hic vero videtur significare id, quod olim factum est, sive disputationem sequentem Crassi et Antonii de oratore instituendo. Et hujus *recordatio* dicitur ideo *non esse satis explicata*, quia Cicero ipsi *sermoni non interfuit*, et huic Cotta *tantummodo locos et sententias disputationis tradidit.* Vide iii. 4. *Pearce.*

19. *Memoriæ.* Videtur *memoria* dici, pro re olim gesta, disputatione vetere. Brut. 69. *In* memoriam *notam et prope æqualem* incurro. *Ernest. in Clave.*

20. *Ex commentariolis nostris.* Libros de Inventione sub annum ætatis vicesimum Cicero scripserat, rudes et impolitos, si cum his conferantur. Porro commentarius liber est in quem referimus breviter aliquid memoriæ causa. *Proust.*

21. *Prudentissimorum*, hoc est, doctissimorum, vel (ut Noster loquitur in sequenti sententia) eorum qui habent *elegantiam doctrinæ:* sæpius in hoc opere doctos disertis, et prudentiam eloquentiæ opposuit: et hic per *prudentissimos* intelligi voluit eos, qui omnibus artibus sc. philosophia, jure civili, &c. instructi essent: sic lib. i. c. 49. Prudentia *rerum magnarum magis quam dicendi arte nititur.* Lib. iii. c. 35. *Malim equidem indisertam* prudentiam, *quam stultitiam loquacem.* Et lib. i. c. 14. *Sine summa rerum civilium cognitione et* prudentia. *Pearce.*

22. *Elegantia doctrinæ.* Est philosophia cum ceteris artibus, in quibus subtilitas et acumen est, quæ ab artibus illiberalibus absunt. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Elegantia;* h. e. subtilitate et acumine dialecticorum et philosophorum: v. Ernesti Clav. Ciceron. sub h. v. Ipse *Cicero* in Bruto cap. 23. init. artem laudemque in oratore (qui *eligere* potest, quod sit rectum, purum, definitum), *subtiliter disputandi* interpretatur *elegantiam.* Infra in libro ii. 7. 28. conjungit *linguæ subtilitatem elegantiamque.* Strebæus explicat cultum doctrinæ, quæ a magistro suscipitur. Cf. Quinctil. Procem. libri viii. sect. 2, 3. *Harl.*

23. *Mediocrium artium.* In pictura Zeuxis, Apelles, Protogenes: in statuaria Polycletus, Phidias, Lysippus; alii in aliis excelluere. *Proust.*

[24] prope maximarum. Quis enim est, qui, [25] si clarorum hominum scientiam rerum gestarum vel utilitate vel magnitudine metiri velit, non anteponat oratori [26] imperatorem? Quis autem dubitet, quin belli duces præstantissimos ex hac una civitate [27] pæne innumerabiles, in dicendo autem excellentes vix paucos proferre possimus? Jam vero, consilio ac sapientia qui regere ac gubernare rempublicam possent, multi nostra, plures patrum [r] memoria, atque etiam majorum exstiterunt, cum boni perdiu nulli, [28] vix autem singulis [s] ætatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur. Ac, ne quis forte cum aliis studiis, quæ reconditis in artibus, atque in quadam varietate litterarum versentur, magis hanc dicendi rationem, quam cum imperatoris laude, aut cum boni senatoris prudentia comparandam putet; convertat animum ad ea ipsa artium genera, circumspiciatque, qui in iis floruerint, quamque multi: sic facillime, quanta oratorum sit, semperque fuerit paucitas, judicabit.

(3.) Neque enim te fugit, artium [29] omnium laudatarum procreatricem quandam et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Græci vocant, ab hominibus doctissimis judicari, in qua [30] difficile est enumerare, quot viri, quanta scientia, quantaque in suis studiis varietate et copia fuerint, qui non una aliqua in re separatim elaborarint, [31] sed

[r] ætate. [s] sæculis.

24. *Prope maximarum.* In arte imperatoria maximi quique duces tum Græci, tum Romani: in mathematica, Euclides et Archimedes: in medicis, Hippocrates, ejusque filius, Thessalus, Prodicus, Polybius, Dexippus, Hippocratis discipuli, et, qui secundas ab Hippocrate tenuit, Diocles, nomen suum commendarunt. De Philosophis dicetur n. 9. *Proust.*

25. *Si clarorum hominum scientiam.* Per *clarorum hominum scientiam* intelligere debemus eloquentes, omnibus artibus instructos. Eloquentiam enim Noster paullo supra statuit *prudentissimorum hominum artibus contineri*, et hujusmodi *scientiæ* hic opponuntur *res gestæ* ab imperatoribus. *Pearce.* An *scientia* h. l. proprie, *Kenntniss?* v. infra libr. ii. c. 7. sect. 30. *Harl.*

26. *Imperatorem.* Romanæ reipub. temporibus hoc nomen *ducem* significavit, qui rem contra hostes bene ac feliciter gereret: postea illis tributum est, qui rerum summo jure soli potirentur. *Proust.*

27. *Pæne innumerabiles.* Ut Manlios, Camillos, Fabios, Decios, Scipiones, Catones, &c. *Proust.*

28. *Vix autem singulis, &c.* Plurimos quidem oratores ad incendendam eloquentiæ cupiditatem enumerat in Bruto Tullius, sed adeo non excellentes, ut sub libri finem dicat vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles exstitisse. Et vero per quingentos et quinquaginta prope annos nullus Romæ fuit orator. Primus omnium, ut ex Q. Ennio refert Cicero in Bruto, eloquens fuit, et habitus est M. Cornelius Cethegus, qui collega P. Sempronio Tuditano consulatum gessit anno U. C. DL. ante Christum CCIV. *Proust.*

29. *Omnium l. a.* Hic ordo verborum est in edd. W. s. l. et a Lips. quem et Pearcius restituit. Aldus habet *laudandarum.* *Ernest.*

30. *Difficile est enumerare.* Ut omittam Pythagoram, Socratem, et alios vel antiquiores, vel minus nobiles, præcipuæ Philosophorum sectæ fuerunt omnino decem. Academica, quæ fuit triplex; vetus Platonem habet auctorem, media Arcesilaum, nova Lacyden, aut, ut alii volunt, Carneadem et Clitomachum. Sunt etiam qui quartam addunt Academiam, a Philone et Charmida institutam, uti refert Sextus. Cyrenaica fluxit ab Aristippo Cyrenæo, Eliaca a Phædone Eliensi, Megarica ab Euclide Megarensi, Cynica ab Antisthene Atheniensi, Eretrica a Menedemo Eretriate, Dialectica a Clitomacho Calchedonio, Peripatetica ab Aristotele Stagirita, Stoïca a Zenone Citieo, Epicurea ab Epicuro Atheniensi. Quorum omnium diversas iisdem de rebus opiniones colligere infinitum esset. Vide Clementem Alexandrinum, lib. i. Stromatum. *Proust.*

31. *Sed omnia.* Gorgias Leontinus philosophus ad omnia, de quibus quisque audire vellet, paratum se denunciabat. Carneades item philosophus eloquentiæ præsidio, quicquid vellet, vel ab invitis extorquere poterat. *Proust.*

omnia, quæcumque possent, vel [t] scientiæ pervestigatione, vel disserendi ratione comprehenderint. Quis ignorat, ii, qui [32] mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, et quam recondita in arte et multiplici subtilique versentur? quo tamen in genere [33] ita multi perfecti homines exstiterunt, ut nemo fere studuisse ei scientiæ vehementius videatur, quin, quod voluerit, consecutus sit. [34] Quis musicis, quis huic studio litterarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur, penitus se dedidit, quin omnem illarum artium pæne infinitam vim et materiam [35] scientiæ cogitatione comprehenderit? Vere mihi hoc videor esse dicturus, ex omnibus iis, qui in harum artium studiis liberalissimis sint doctrinisque versati, [36] minimam copiam poëtarum egregiorum [37] exstitisse. Atque in hoc ipso numero, in quo perraro exoritur aliquis excellens, si diligenter et ex nostrorum et ex Græcorum copia comparare voles, multo tamen pauciores oratores, quam poëtæ boni reperientur. Quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur: dicendi autem omnis ratio in [u] medio posita, communi quodam in usu, atque in hominum more et sermone versatur: ut in ceteris id maxime excellat, quod longissime sit ad imperitorum intelligentia sensuque disjunctum, in dicendo autem vitium vel [38] maximum sit a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus [x] abhorrere.

[t] *vel rebus naturalibus inquirendis, vel ratiocinandi arte.* [u] *facilis.* [x] *discedere.*

32. *Mathematici.* Si unam vim nominis attendamus, Mathematicus eum significat, qui doctrinam aliquam tenet: nam ἀπὸ τοῦ μανθάνειν, *a discendo*, dicitur: proprie tamen mathematici nomen cadit in eos, qui disciplinis Astrologiæ, Geometriæ, Arithmeticæ, Musicæ, &c. operam dant, quasi illæ solæ plane discantur; quippe quæ certissimis demonstrationibus innitantur, non, ut pleræque aliæ, sola opinione constent. *Proust.*

33. *Ita multi perfecti.* Præter Euclidem et Archimedem, artis principes, inter mathematicos claruere Archytas Tarentinus, Eudoxus Cnidius, &c. *Proust.*

34. *Quis musicis.* Pro *arti musicæ*. Sic enim veteres liberius loquebantur, quod multorum observatione locorum observare potuerim. Infra: *Omnia fere, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt: ut* in musicis, *numeri, et voces, et modi: in geometria, lineamenta, formæ, intervalla.* Et ad Atticum Ep. 17. lib. iv. *Ex quibus nullos puto de litteris, aut* musicis *eruditos expectare.* Tusc. v. 22. Musicorum *perstudiosum accepimus Dionysium, tragicum etiam poëtam.* Terentius in Eun. *Fac periculum in* musicis. Sic in *grammaticis*, pro *arte grammatica*, infra. *Manutius.*

Ibid. *Musicis.* Hac voce artem ipsam, non professores, intelligit. Itidem plurali utitur numero in c. 42. *ut in musicis numeri et voces et modi;* et in iii. 21. *quid in musicis?* Sic etiam dicitur *in dialectica* et *in dialecticis.* Fortasse vox *rebus* hic subintelligenda est, ut in ii. 15. *de mathematicis, de musicis rebus non poterit, quin,* etc. *Pearc.*

35. *Scientiæ cogitatione.* Pro *scientia et cogitatione*, quod et libri quidam habent; forte rectius. *Ernest.*

Ibid. *Cogitatione*, hoc est h. l. exercitatione, (v. infra cap. 34. et Ernesti Clav. Cic.)

36. *Minimam copiam poëtarum.* Ante Ciceronis tempora multi quidem poëtæ, sed pauci fuerant excellentes. Et in Græcis quidem, heroici, Homerus tantum et Hesiodus; lyrici, Pindarus, Anacreon; comici, Aristophanes, Menander; tragici, Euripides et Sophocles principatum obtinuere. Ex Latinis autem, nonnisi Q. Ennius, heroicus et tragicus; Lucilius satyricus, Plautus, ac Terentius, et alii pauculi nomen suum commendarunt. *Proust.*

37. *Exstitisse. Atque.* Sic interpungendum, ut in MS. E. ed. s. l. et a. Lips. *Ernest.*

38. *Maximum sit.* Pro *est* ex edd. pr. plerisque; nam conjunctivus requiritur. Sed fortasse plane delendum, ortumque, sicut *est*, e vitiosa interpunctione, quæ punctum post *disjunctum* poneret, cum minor esse deberet, ut in ed. s. l. et a. Lips. et MS. Erl. *Ernest.*

(4.) Ac ne illud quidem vere dici potest, aut plures ceteris artibus inservire, aut majore delectatione, aut spe uberiore, aut præmiis ad perdiscendum amplioribus commoveri. Atque, ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque illas [39] omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis et inventa est et perfecta: in hac ipsa civitate profecto nulla umquam vehementius, quam eloquentiæ studia viguerunt. Nam posteaquam, [y] [40] imperio omnium gentium [41] constituto, diuturnitas pacis otium confirmavit, nemo fere laudis cupidus adolescens non sibi [42] ad dicendum studio omni enitendum putavit. Ac primo quidem [43] totius [z] rationis ignari, qui neque exercitationis ullam viam, neque aliquod præceptum artis esse arbitrarentur, tantum, quantum ingenio et cogitatione poterant, [a] consequebantur. Post autem, auditis oratoribus Græcis, cognitisque eorum litteris, adhibitisque doctoribus, incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagraverunt. Excitabat eos magnitudo et varietas, multitudoque in omni genere causarum, ut ad eam doctrinam, quam suo quisque studio assecutus esset, adjungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. Erant autem huic studio maxima, quæ nunc quoque sunt, exposita præmia, vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem. Ingenia vero (ut multis rebus possumus judicare) nostrorum hominum multum [44] ceteris [hominibus] omnium gentium præstiterunt. Quibus de causis, quis non jure miretur, ex omni memoria ætatum, temporum, civitatum, tam exiguum oratorum numerum inveniri? [45] Sed [b] nimirum majus est hoc quiddam, quam homines opinantur, et pluribus ex artibus studiisque collectum.

[y] *Roma* totum fere *terrarum imperium obtinente.* [z] *artis.* [a] *in eloquentiæ proficiebant.* [b] *hæc ars eloquentiæ est aliquid difficilius.*

39. *Omnium doctrinarum inventrices.* Non ingenuarum modo, sed etiam illiberalium artium ferunt inventores fuisse Athenienses. *Primi lanificii, et olei, et vini usum docuere. Arare quoque et serere frumenta glandem vescentibus monstrarunt. Literæ certe, ac facundia, et hic civilis ordo disciplinæ veluti templum Athenas habent.* Justinus, lib. ii. cap. 6. Nihilominus ab Hebræis, Ægyptiis et Chaldæis artes fluxisse ad Athenienses apud eruditos constat, et egregia inductione demonstrat Clemens Alexandrinus, lib. i. Stromatum. *Proust.*

40. *Imperio omnium gentium.* Celeberrimas gentes, non tamen omnes, Romani subegere. In Oriente, Parthi semper indomiti: Septentrionem versus ultra Albim Romanum imperium nunquam extensum est; nedum ante Ciceronis ætatem fuisset toto orbe constitutum. Itaque vel hic utitur hyperbole Tullius, vel civium suorum auribus servit potius quam veritati. *Proust.*

41. *Constituto,* h. e. fundato, firmato, et stabilito. *Harl.*

42. *Ad dicendum—eniti,* h. e. summum eloquentiæ gradum adscendere. *Harl.*

43. *Totius rationis ignari,* i. e. artis dicendi, quæ præceptis continetur. W. dedit *orationis,* vitiose, ut Lips. et alii libri alibi. Mox *cogitatione,* est commentatione et exercitatione. *Ernest.*

Ibid. Suetonius libro de claris rhetoribus rhetoricam apud Romanos perinde ac grammaticam difficilius receptam, imo vetere senatusconsulto philosophos et rhetores ex urbe ejectos dicit: C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala Coss. anno U. C. DXCIV. ante Christum CLX. *Proust.*

44. *Ceteris hominibus.* Manifeste spurium est *hominibus,* itaque uncis inclusi: *ceteris* intell. ingeniis. Opponuntur ingenia Romanorum et aliarum gentium. Mox MS. E. habet *Sed enim,* pro *S. nimirum. Ernest.*

45. *Sed nimirum. Nimirum* primam originem ex *ne mirum* h. l. aperte arguit, atque significat *certe, profecto, δη* Græcorum. *Harl.*

(5.) Quis enim aliud, in maxima discentium multitudine, summa magistrorum copia, præstantissimis hominum ingeniis, infinita causarum varietate, amplissimis eloquentiæ propositis præmiis, esse causæ putet, nisi rei quandam incredibilem magnitudinem, ac difficultatem? Est enim et scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua [c] verborum [46] volubilitas inanis, atque irridenda est: et ipsa oratio conformanda, non solum electione, sed etiam constructione verborum: et omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura tribuit, penitus pernoscendi; quod omnis vis ratioque dicendi, in eorum, qui audiunt, mentibus aut sedandis aut excitandis [d] expromenda est. Accedat eodem oportet lepos quidam facetiæque, et [47] eruditio libero digna, celeritasque et brevitas et respondendi et lacessendi, [48] subtili venustate atque urbanitate conjuncta. Tenenda præterea est omnis antiquitas exemplorumque vis: neque legum, aut juris civilis scientia negligenda est. Nam quid ego de actione ipsa [49] plura dicam? quæ motu corporis, quæ gestu, quæ vultu, quæ vocis conformatione ac varietate moderanda est: quæ sola per se ipsa quanta sit, histrionum levis ars et [e] scena declarat: in qua cum omnes in oris, et vocis, et motus moderatione elaborent, quis ignorat, quam pauci sint, fuerintque, quos [f] animo æquo spectare possimus? Quid dicam de thesauro rerum omnium, memoria? quæ nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis adhibeatur, intelligimus, omnia, etiam si præclarissima [50] fuerint in oratore, peritura. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, cum ex iis rebus universis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est, hortemurque potius liberos nostros, ceterosque, quorum gloria nobis et dignitas cara est, ut animo rei magnitudinem complectantur, neque iis aut præceptis, aut magistris, aut exercitationibus, quibus utuntur omnes, sed aliis qui-

[c] *oratio profluentibus ac belle sonantibus verbis redundans.* [d] *adhibenda est.* [e] *fabulæ quæ in theatris exhibentur.* [f] *libenter.*

46. *Volubilitas.* Volubilitas *verborum*, copia et facultas. *Ernest. in Clave.*

47. *Eruditio libero digna.* Ne quis hic putet eruditionis nomine, ut alibi, doctrinam significari: nam eam inter illa, quæ sunt oratori necessaria primo loco posuit, sic inquiens: *Scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis, atque irridenda est.* Eruditio igitur valet, hoc quidem in loco, promta quædam, et expedita minime hebetis ingenii vis; qua qui carent, *rudes* appellantur, nec ita videntur instituti, ut liberos decet: propterea dicit Cicero, *Eruditio libero digna:* nam qui liberaliter instituti non sunt, vel facetias ignorant prorsus, vel iis ita abutuntur, ut in scurrilitatem prolabantur. Potest igitur esse eruditio sine doctrina, sine eruditione vero doctrina non potest; et ut dissimilitudo intelligatur, conjunguntur interdum, ut Tusc. lib. ii. de Offic. lib. i. Et in hoc libro infra. *doctus et eruditus. Manutius.*

48. *Subtili venustate. Subtilis venustas*, est ea, quæ non eminet uno aliquo loco, ut lumina verborum et sententiarum, sed quæ per totam orationem æquabiliter fusa, non nisi intelligentibus et peritis intelligitur: qualis est Socratica venustas et urbanitas in Platonicis et Xenophonteis dialogis. *Ernest. in Clave.*

49. *Plura dicam*, i. e. *multa.* Sed id non est Ciceronis et melioris ætatis. Itaque spurium judico. *Ernest.*

Ibid. *Plura dicam. Heusinger.* animadvertit, satis commode h. l. ad voc. *plura* posse extrinsecus adsumi *quam opus est, quam res ac tempus postulat*, et exempla similia suppeditari a Gesnero in Thes. lat. in voc. *Plus* nr. 3. atque ellipticum usum comparativorum multis illustrari a Vechnero Hellenol. i. 1. 5. p. 56. sqq. et a Perizon. ad Sanctii Min. ii. 10. 5. *Harl.*

50. *Fuerint in oratore, peritura.* Sic interpungendum, non *in oratore perit. Ernest.*

busdam, se id, quod expetunt, consequi posse confidant.

(6.) Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. Etenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio: [g] quæ, nisi subest res ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem et pæne puerilem. Neque vero ego hoc tantum oneris imponam nostris præsertim oratoribus, in hac tanta occupatione urbis, ac vitæ, nihil ut iis putem licere nescire: quamquam vis oratoris, professioque ipsa bene dicendi, hoc suscipere ac polliceri [51] videtur, ut [52] omni de re, quæcumque sit proposita, ab eo ornate, copioseque dicatur. Sed quia non dubito, quin hoc plerisque immensum infinitumque videatur, et quod Græcos homines non solum ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundantes, [h] partitionem quandam artium fecisse video, neque in universo genere singulos elaborasse, sed seposuisse a ceteris [53] dictionibus eam [54] partem dicendi, quæ in [55] forensibus disceptationibus judiciorum, [56] aut deliberationum versaretur, et id unum genus oratori reliquisse; non complectar in his libris amplius, quam quod huic [i] generi, re quæsita, et multum disputata, summorum hominum prope consensu est tributum: repetamque, non ab [k] incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ quendam ordinem præceptorum, sed ea, quæ quondam accepi in nostrorum hominum eloquentissimorum, et omni dignitate principum, disputatione esse versata: non quod illa contemnam, quæ Græci dicendi artifices et doctores reliquerunt; sed, [57] cum illa pateant, in promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, dabis hanc veniam, mi frater, ut opinor, ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, auctoritatem Græcis anteponam.

[g] *si careat oratio re quadam illustri, quæ probe sit oratori cognita, verborum ornatus et volubilitas inanis est.* [h] *a Græcis video artes divisas esse in certas quasdam partes, nec operam dedisse omnibus eloquentiæ partibus aut discendis, aut docendis.* [i] quod judicia ac deliberationes spectat. [k] *rudimentis.*

51. *Videtur.* Edd. W, ed. s. l. et s. Lips. *videatur*, quod recepit Pearcius. Sed *videtur* rectum est. *Ernest.*

52. *Omni de re.* Quod Gorgias Leontinus, aliique nonnulli sophistæ Græci facere se posse jactitabant. *Proust.*

53. *Dictionibus. Dictiones* sunt genera dicendi. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Dictionibus*, h. e. generibus dicendi, orationis. Infra I. 33. sect. 152. *dictiones* sunt declamationes. *Harl.*

54. *Partem. Pars*, genus, species. *Ernest. in Clave.*

55. *Forensibus disceptationibus.* Per *forenses disceptationes* intelligit Wetzel quæstiones, controversias, quæ in foro ἐν ἀγορᾷ, in concione agitantur, ad quas etiam pertineant deliberationes, e. g. de bello et pace, de eligendo quodam imperatore, cujus generis fuerat Cic. oratio pro Lege Manil.; nec ego quidquam corrigere audeo. *Harl.*

56. *Aut delib.* Pearcius e MS. dedit *ac.* Mihi totum hoc *aut deliberationum* suspectum est. Nam in foro non sunt deliberationes; sicut nec consilium populi, sed concilium. Nam orationes, quæ in concione populi habentur vel suadendi vel dissuadendi causa, sunt illæ quidem e genere deliberativo, sed in iis habendis tamen non est proprie deliberatio. Iati, de quibus Cicero loquitur, solam eloquentiam judiciorum persequebantur, et oratori tribuebant. Infra tamen in eadem re *judicia et conciunculæ* commemorantur c. II. unde forte h. l. *concionum* legendum. *Ernest.*

57. *cum illa pateant—neque ea.* Vel *illa* saltem delendum, vel etiam *ea*. *Ernest.*

(7.) [58] Cum igitur vehementius inveheretur [l] in causam [59] principum consul Philippus, [m] [60] Drusique tribunatus, pro senatus auctoritate susceptus, infringi jam debilitarique videretur; [61] dici mihi memini, [62] ludorum Romanorum diebus, [63] L. Crassum,

[l] *in senatores.* [m] *cum Drusus, qui tribunus plebis ideo factus fuerat, ut senatus auctoritatem contra equites defenderet, ab adversariis superaretur.*

58. *Cum igitur vehementius.* C. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, anno U. C. DCXXXII. ante Christum CXXII. legem tulerat, qua judicia publica a senatu, penes quem a regum tempore fuerant, quasi ab his non satis caste exercerentur, transferrentur ad equites Romanos. Verum cum in iis non satis integra fide versarentur equites, ea rursus sibi vindicare conati sunt senatores anno U. C. DCLXIII. ante Christum XCI. adnitente imprimis M. Livio Druso, tribuno plebis, qui populum perniciosa spe largitionis, socios Italiæ populos, promissa ipsis civitate, in equestrem ordinem concitavit, ac demum legem tulit, ut æqua ex parte judicia penes senatum et equestrem ordinem essent, sive trecentos equites et totidem senatores. Eam ob rem tota graviter Italia turbatum est; maxime a sociis populis, qui cum promissum a Druso jus civitatis non obtinerent, bellum sociale seu Italicum conflaverunt. Drusus in senatu ut caput malorum accusatus, cum domum inde se reciperet, inter turbam, incerto auctore cultro vulneratus, in atrio corruit, ac paulo post obiit. Philippus tum erat consul, tam senatui ac Druso infensus, quam addictus equitibus, a quibus exerceri judicia volebat. *Velleius, Livius, Florus, Appianus,* &c. *Proust.*

Ibid. *Cum igitur.* Sc. anno U. C. 662. (ante C. N. 84.) ætatis vero Ciceronianæ 16. *Pearce.*

59. *Principum. Optimates κατ' ἐξοχήν principes* dicuntur. Dicuntur tamen sic etiam primores potentissimi, cum populariorum, tum optimatium. *Ernest. in Clave.*

60. *Drusique tribunatus.* Drusus, Tribun. pleb. senatui pristinum restituere cupiebat decus, et judicia ab equitibus, quam hi potestatem legibus Gracchanis nacti sunt, ad illum transferre ordinem; sed tanta postea orta est seditio, ut et Drusus et Crassus vitam amitteret. Vid. iii. de Orat. cap. 1. Flor. iii 17. Vellei. Paterc. ii. 13. *Harl.*

61. *Dici mihi memini.* Sic cum Pearcio edidi e MS. E. edd. W. s. l. et a. Lips. &c. Vulgatum *dici memini* est ab Aldo. Non est res famæ, sed Ciceroni ab amico narrata, nempe Cotta. v. c. 8. *Ernest.*

62. *Ludorum Romanorum.* Quos dabat ædilis curulis M. Marcellus: de quo sic infra c. 13. *Hæc ego cum ipsis philosophis tum Athenis disserebam. Cogebat enim me M. Marcellus hic noster, qui nunc ædilis curulis est, et profecto, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset.* Dabantur autem et Romani ludi, et Megalenses ab ædil. cur. Scenici utrique. Romani in foro mense Septembri per dies novem, a pridie Non. ad pridie Id. Quod ex vetere marmoreo lapide in quo dierum ordo descriptus est, cognoscitur. Et Crassus extremo Ludorum Romanorum die Romam reversus, mane Id. Sept. in senatum venit: quod infra, in procem. lib. iii. scriptum est. Ex quo liquet, ultimum ludorum Romanorum diem fuisse prid. Id. Sept. Megalenses autem in Palatio dabantur Aprili mense, per unum diem, prid. Id. de quo sic Livius lib. xxix. 14. *In ædem Victoriæ, quæ est in Palatio pertulere Deam pridie Id. April. isque dies festus fuit Populus frequens dona Deæ in Palatium tulit: lectisterniumque et ludi fuere Megalensia appellata:* Et Cicero in Orat. *de Harusp. resp.* cum ait, *hos ludos ante templum in Palatio datos,* de templo loquitur non ipsius Matris Magnæ, sed Victoriæ, cujus in æde locatum simulachrum Matris Magnæ e Phrygia advectum. Unum etiam Megalensium diem significat Cicero Ep. xi. ad Cœlium lib. ii. cum ait: *Ipsa dies me admonebat: scripsi enim hæc ipsis Megalensibus.* Quanquam fortasse licere non pridie Id. quo die ludos illos dari cœptos ex Livio demonstravi, sed primum ludorum diem, id est, pridie Non. Cicero significavit: ut Megalenses per octo dies, itidem ut Romani, postremo dati sint, a pridie Non. ad pridie Id. Aprili mense, ut dabántur Romani a pridie Non. ad pridie Id. Septembri mense, quod utrumque ex lapide vetere jam nominato cognoscitur. *Manutius.*

Ibid. *Ludor. Roman.* Qui ex consuetudine vocabantur ludi magni, etiam maximi, in honorem Jovis, Junonis et Minervæ a die iv. usque ad xii. Sept. celebrati, atque a Tarquinio Prisco instituti: v. Liv. i. 35. fin. Ludos autem Romanos, (ut ait Strebæus,) diesque nefastos, tempus opportunum capit, quoniam occupationum civilium rationem habuisse decuit, quæ tempore ludorum remittuntur. *Harl.*

63. *L. Crassum.* L. Licinius Crassus, celeberrimus orator, præcipuas in his dialogis partes agit. Natus est, ut ex Ciceronis Bruto patet, C. Lælio et Q. Cæpione Coss.

[64] quasi [n] colligendi sui causa, se [65] in Tusculanum contulisse: [66] venisse eodem socerum ejus, qui fuisse Quintus Mucius dicebatur, et [67] M. Antonius, homo et consiliorum in republica socius, et summa cum Crasso familiaritate conjunctus. Exierant [o] autem cum ipso Crasso [68] adolescentes duo, Drusi maxime familiares, [p] et in quibus magnam tum spem majores natu dignitatis suæ colloca-

[n] *recreandi animi causa.* [o] Roma Tusculanum. [p] *a quibus* Crassus *et* Antonius *jam ætate provectiores sperabant suam auctoritatem contra factionem equitum defensum iri, si tribuni plebis fierent.*

sive anno U. C. DCXIV. ante Christum CXL. Qua morte defunctus fuerit, fuse refert Tullius sub initium lib. iii. de Oratore n. 6. *Proust.*

64. *Quasi colligendi sui causa. Quasi* dixit, ne tales viri in Tusculanum venisse animi causa putarentur: venerant enim, ut de rep. colloquerentur: itaque subjunxit paullo post: *Hi primo die de temporibus illis deque universa rep. quam ob causam venerant, multum inter se usque ad extremum diei tempus collocuti sunt.* Videbantur igitur venisse in Tusculanum tres illi consulares, Scævola, Antonius, Crassus, *colligendi sui causa;* sed re vera venerant, ut de reip. statu colloquerentur. *Manutius.*

65. *In Tusculanum.* Quod in Tusculano agro aliquot post annis Ciceronis prædium fuit, nunc est insigne monachorum cœnobium, diciturque *Grotta Ferrata.* Tusculum autem est *Frascati. Proust.*

66. *Venisse eodem socerum,* &c. Restitui lectionem edd. pr. Vulgatum, *socer ejus qui fuerat, Q. Mucius dicebatur,* est apud Aldum, ut in MS. Erl. *Ernest.*

Ibid. *Venisse eodem, socer ejus qui fuerat, Q. Mucius dicebatur.* Si locus mendo vacat, placet hæc distinctio: at, Mucii filiam, Crassi uxorem, jam perisse ostendatur. Alii sic interpungunt. *Venisse eodem socer ejus, qui fuerat Q. Mucius, dicebatur.* Quibus non assentior: nam illud, *qui fuerat Q. Mucius,* ineptum insulsumque videri non dubito. Omnino mallem ita legi: *venisse eodem socer ejus Q. Mutius dicebatur.* Non enim, cum in Tusculanum convenere, videtur, jam e vita excessisse Mucii filia; ut oportuerit a Cicerone scribi, *socer ejus qui fuerat:* et ipse Mucius infra, generum suum nominat Crassum, tamquam viva filia. *Assentior,* inquit, *Crasso, ne aut de C. Lælii, soceri mei, aut de hujus, generi, aut arte, aut gloria detraham.* Augent suspicionem antiqui libri; plerique enim habent, *socer ejus qui fuisse* in nullo autem *socer ejus qui fuerat.* Hic est autem Q. Mucius, Q. F. Scævola, augur, gener C. Lælii, socer L. Crassi oratoris, juris peritissimus, collega in consulatu L. Metelli Dalmatici: de quo in Bruto c. 26. sic: *Mucius augur, quod pro se opus erat, ipse dicebat, ut de pecuniis repetundis contra T. Albutium. Is oratorum in numero non fuit: juris civilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere præstitit.* Et infra ibidem: *Q. Scævola augur peritissimus juris, idemque patronus est habitus.* De eodem in Lælio. Alter Q. Mucius Scævola P. F. Pontifex max. juris peritorum eloquentissimus, collega L. Crassi oratoris in consulatu, is est, de quo infra in hoc libro, c. 36. his verbis: *Potes igitur, inquit Crassus, oratores putare eos, quos multas horas expectavit, cum in campum properaret, et ridens, et stomachans Scævola?* Et paullo post: *P. Crassum, illum divitem, et multis aliis in rebus elegantem hominem et ornatum, et præcipue in hoc efferendum et laudandum puto, quod, cum P. Scævolæ frater esset, solitus est ei persæpe dicere; neque illum in jure civili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset: (quod quidem hic, qui mecum consul fuit, filius ejus est consecutus) neque se ante causas amicorum tractare atque agere cœpisse, quam jus civile didicisset.* Et infra sic idem Crassus; *Q. Scævola, æqualis et collega meus, homo omnium et disciplina juris civilis eruditissimus, et ingenio, prudentiaque acutissimus, et oratione maxime limatus, atque subtilis, atque, ut ego soleo dicere, juris peritorum eloquentissimus, eloquentium juris peritissimus.* Et in procemio, lib. iii. *Collegæ sui pontificis max. sanguine simulachrum Vestæ respersum esse non vidit.* Et lib. iii. c. 32. de Nat. Deor. *Temperantiæ prudentiæque specimen, ante simulachrum Vestæ pontifex max. est Q. Scævola trucidatus.* Idem in epitome Liviana, lib. LXXXVI. *Manutius.*

67. *M. Antonius.* Orator eximius natus Coss. Appio Pulchro et Q. Cæcilio, anno U. C. DCXI. ante Christum CXLIII. de quo plura subinde his in libris occurrunt, et præcipue in Bruto n. 137. De ejus morte vide lib. iii. de Orat. n. 10. *Proust.*

68. *Adolescentes duo.* Bene additum puto *duo* a Pearcio ex edd. Vict. Steph. Sed ego posui post *adolescentes,* delevique *et, et Dr. f.* quod ineptum est, ortumque forte e nota numerali. *Ernest.*

rant, [69] C. Cotta, [70] qui tum tribunatum plebis petebat, et [71] P. Sulpicius, qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur. Hi primo die de temporibus illis, deque universa republica, quam ob causam venerant, multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti sunt. Quo quidem in sermone multa [q] divinitus a [r] tribus illis consularibus Cotta deplorata et commemorata [s] narrabat, ut nihil incidisset postea civitati mali, quod non impendere illi [t] tanto ante vidissent: eo autem omni sermone confecto, tantam in Crasso humanitatem fuisse, ut, [72] cum lauti accubuissent [u], tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis, eaque esset in homine jucunditas, et tantus in jocando lepos, [x] ut dies inter eos curiæ fuisse videretur, convivium Tusculani. Postero autem die, cum [y] illi majores natu satis quiessent, et in [z] ambulationem ventum esset, [73] dicebat tum,

[q] singulari *ac prope divina prudentia.* [r] L. Crasso, Q. Mucio, et Antonio, *qui consulatu functi fuerant.* [s] mihi, qui hæc ab illo audivi. [t] *tanto tempore antequam illa evenirent.* [u] mensæ. [x] *ut si habitum eo die inter eos colloquium ad subtristem senatus gravitatem accesserat, convivium saltem ruris Tusculani amœnitatem referret.* [y] *postquam tres illi seniores* consulares, Crassus, Scævola, Antonius, *somno satis indulsissent.* [z] *locum idoneum ambulationi.*

69. *C. Cotta.* C. Aurelius Cotta dicendi laude præstans his temporibus petiit tribunatum, et obtinuit; a quo post Crassi mortem per invidiam depulsus, imo civitate deinde ejectus est. *Appian.* &c. Postea tamen consulatum gessit anno U. C. DCLXXIX ante Christum LXXV. Cum illi decretus esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, ut refert Asconius in notis ad Pisonianam, cum cicatrix vulneris ejus, quod ante plures annos acceperat, rescissa esset repente. De quo plurima inferius, et in Bruto n. 202. *Proust.*

70. *Qui tum tr. pl. petebat.* Pearcius in quibusdam MSS. reperit *petebatur:* ac id e seqq. repetitum putabat, et pro eo legi volebat, *tribunus plebis erat,* quod cum re consentit et historia. Edd. pr. habent fere *qui tr.* (sic) *petebatur.* MS. E. *qui tr. pl. petebatur.* Puto, ex eo scribendum, *qui tribunatum gerebat.* Vulgatum est ab Aldo. *Ernest.*

Ibid. Qui tum *tribunatum* plebis petebat. Ita vulgati cod. contra MStorum auctoritatem: sed hæc lectio ob aliam rationem vix sana videtur; constat enim ex lib. iii. c. 1, et 3. disputationes quæ in tribus hisce libris continentur, habitas fuisse 4to et 3tio Idus Septembres; constat item Crassum mortuum fuisse *vix diebus decem* post 2di diei disputationem, sc. 13mo Kal. Octob. Cottamque *paucis diebus post mortem Crassi depulsum fuisse per invidiam tribunatu, nec multis ab eo tempore mensibus ejectum fuisse e civitate.* Unde colligo, Cottam his ipsis diebus Ludorum Romanorum sive scenicorum fuisse Tribunum plebis, eumque Magistratum *gessisse,* non *petiisse;* Tribuni enim pl. creari solebant 16mo. Kal. Sextil. ut constat inter scriptores de Magistratibus Romanis. Sequitur igitur Cottam, qui tribunatu depulsus fuit vel in fine Sept. vel in initio Octob. Tribunusque creatus fuit 16mo. Kal. Sext. eum Magistratum gessisse initio Sept. *i. e.* tum cum, (ut hic dicitur) *una cum Crasso in Tusculanum exierat.* Interim video MSS. Mead. Cant. Nov. Harl. 1. Wag. Joan. Bal. et Gonv. exhibere *qui tum tribunus plebis petebatur,* quæ lectio, quamvis vitiosa, propius tamen quam vulgata, ad veritatem videtur accedere: opinor Ciceronem scripsisse *qui tum tribunus plebis erat:* vox *petebatur* fersitan ex voce paullo infra sequenti *putabatur* nata est, et postea locum verbi *erat* injuria occupavit. *Pearce.*

71. *P. Sulpicius.* Cujus in Bruto Tullius dicendi characterem describit, et sub initium lib. iii. de Oratore funestam mortem deplorat. *Proust.*

72. *Cum lauti accubuissent.* Solennis ille mos fuit Romanorum, a nostro maxime discrepans, in lectulis mensæ accumbere. Prius tamen ad sudorem abstergendum, cum vestibus lineis non uterentur, balneum petebant. Quadrans erat pretium in publicis balneis dari solitum. *Proust.*

Ibid. *Lauti.* Quidam codices habent *loti;* sed idem significat *lauti,* contracte dictum pro *lavati,* ut in Terentii Phorm. ii. 2. 25. *Ten' asymbolum venire, unctum atque* lautum *e balneis?* et ita Cicero in orat. pro Deiot. cap. 7. *Quid igitur causæ excogitari potest, cur te* lautum *voluerit, cœnatum noluerit occidere? Pearce.*

73. *Dicebat tum.* Int. ille, qui mihi ista narravit: nisi quis plane deleri *dicebat* malit. *Ernest.*

Scævolam, [a] duobus spatiis tribusve factis, dixisse: [74] Cur non imitamur, Crasse, Socratem illum, [b] qui est in Phædro Platonis? nam me hæc tua platanus [c] admonuit, quæ non minus ad [d] opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cujus umbram secutus est Socrates, quæ mihi videtur non tam [e] ipsa aquula, quæ describitur, quam Platonis oratione crevisse: et [f] quod ille durissimis pedibus fecit, ut se abjiceret [75] in herbam, atque ita illa, quæ philosophi divinitus ferunt esse dicta, loqueretur, id meis pedibus certe concedi est æquius. Tum Crassum: Immo vero [g] commodius etiam; [76] pulvinosque poposcisse, et omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, [77] consedisse dicebat.

(8.) Ibi, ut [78] ex pristino sermone relaxarentur animi omnium, solebat Cotta narrare, Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse. Qui [79] cum ita esset exorsus: Non sibi [h] cohortandum Sulpicium et Cottam, sed magis utrumque collaudandum videri, quod tantam jam essent facultatem adepti, ut non [i] æqualibus suis solum anteponerentur, sed cum majoribus natu compararentur. Neque vero mihi quidquam, inquit, præstabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum cœtus, [j] mentes allicere, [k] voluntates impellere, [80] quo velit; unde autem velit, deducere. Hæc una res in omni libero populo, maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus, præcipue semper floruit, semperque dominata est. Quid enim est aut tam admirabile, quam ex infinita multitu-

[a] *decursa bis terve ambulatione.* [b] *cujus meminit Plato in Phædro.* [c] *mihi* Socratem et hunc Platonis dialogum *in memoriam revocavit.* [d] *inumbrandum.* [e] *ipso rivulo.* [f] *multo æquius est, ut id faciam quod fecit Socrates, neque in mollem herbam abjiciam; quippe non sum tam duris pedibus quam ille,* qui solitus erat nudis pedibus incedere: laboribus non sum tam assuetus quam ille. [g] *Commodius* quam in molli herba sedebimus. [h] ad eloquentiam. [i] *ejusdem ætatis adolescentibus.* [j] *attentos facere.* [k] *reddere sibi benevolos.*

74. *Cur non imitamur.* Apud Platonem in dialogo, qui Phædrus inscribitur, Socrates ad Ilissum, Atticæ fluvium, molliter in herba recumbens, sub alta et patulis diffusa ramis platano, multa disserit. *Proust.*

Locus Platonis in Phædro p. 337. E. ed. Læmar. elegantissimus est: Δεῦρ' ἐκτραπόμενοι κατὰ τὸν Ἰλισσὸν ἴωμεν· εἶτα ὅπου ἂν δόξῃ ἐν ἡσυχίᾳ καθιζώμεθα. ΦΑΙΔΡ. Εἰς καιρὸν, ὡς ἔοικεν, ἀνυπόδητος ὢν ἔτυχον· σὺ μὲν γὰρ δὴ ἀεί. Ῥᾷστον οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ ὑδάτιον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι κ. τ. λ. et paullo post p. 338. A. Νὴ τὴν Ἥραν καλή γε ἡ καταγωγή. Ἥτε γὰρ πλάτανος αὕτη, μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλή, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον, καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν τόπον. Ἥ γε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι. Νυμφῶν τε τινῶν καὶ Ἀχελώου ἱερὸν ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων ἔοικεν εἶναι. Εἰ δ' αὖ βούλει, τὸ εὔπνουν τοῦ τόπου ὡς ἀγαπητόν τε, καὶ σφόδρα ἡδύ, θερινόν τε καὶ λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ. Πάντων δὲ κομψότατον τὸ τῆς πόας, ὅτι ἐν ἠρέμα προσάντει ἱκανὴ πέφυκε κατακλινέντι τὴν κεφαλὴν παγκαλῶς ἔχειν.

75. *In herbam.* Edd. W. a. l. et a. item MS. E. *herba,* quod exquisitius atque fortasse verius. *Ernest.*

76. *Pulvinos.* Qui sacculi sunt, lana vel tomento farti, quibus ad sedendum mollius, vel ad genua commodius ponenda utimur. *Proust.*

77. *Consedisse dicebat.* Hic facilius feram *dicebat.* Nec tamen desiderarem, si abesset. Lambinus quidem deleri volebat. *Ernest.*

78. *Ex pristino sermone.* In quo de publicis calamitatibus collocuti fuerant non sine dolore. *Proust.*

79. *Cum ita esset exorsus.* His verbis respondent ea, quæ sequuntur in initio cap. 9. *Tum Scævola comiter,* &c. *Pearc.* Antea *laxarentur* Ox. cod. δ. *Harl.*

80. *Quo velit: unde—velit.* Sine dubio utroque loco legendum *velis,* ut facile quisque admonitus sentiet. *Ernest.*

dine hominum existere unum, qui id, [81] quod omnibus natura sit datum, vel solus, vel cum paucis facere possit? aut tam jucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita? aut tam potens, tamque magnificum, quam populi motus, [l] judicum religiones, senatus gravitatem, unius oratione [m] converti? Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel [82] provocare improbos, [83] vel te ulcisci lacessitus? Age vero, [n] ne semper [84] forum, subsellia, rostra, curiamque meditere, quid esse potest in otio aut jucundius, aut magis proprium [o] humanitatis, quam sermo facetus ac nulla in re rudis? Hoc enim uno præstamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, et quod exprimere dicendo sensa possumus. Quamobrem quis hoc non jure miretur, summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut, quo uno homines maxime bestiis præstent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Ut vero jam [p] ad illa summa veniamus; [85] quæ vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a fera agrestique vita ad hunc [86] humanum cultum civilemque deducere, aut, jam constitutis civitatibus, [87] leges, judicia, jura describere? Ac, ne plura, quæ sunt pæne innumerabilia, [q] consecter, comprehendam brevi; sic enim statuo, perfecti oratoris moderatione et sapientia non solum ipsius dignitatem, sed et privatorum plurimorum, et universæ reipublicæ salutem maxime

[l] *judices juramenti religione ad recte judicandum obligatos.* [m] *mutari* ad oratoris arbitrium. [n] *ne putes eloquentiam versari tantum in causis publice dicendis.* [o] *humanæ societatis.* [p] *ad maximas utilitates* eloquentiæ. [q] *fusius exponam.*

81. *Quod omnibus.* Nempe a natura datum omnibus animi sensa dicendo exprimere: quod pauci recte faciunt. *Proust.*

82. *Provocare improbos.* Sic omnes edd. vett. recteque jam pro *integros* restituit Pearcius, quod tamen e Codd. venit, nam et Erl. sic habet. *Ernest.*

83. *Vel te ulcisci lacessitus.* De ultione aliud alii veterum sensere. Damnarunt, Seneca lib. ii. de Ira, cap. 32. Dion apud Plutarchum, et Juvenalis: imo Maximus Tyrius dicit eum, qui se ulciscitur, iniquiorem eo, qui prior nocuit: ὁ τιμωρῶν τοῦ προϋπάρξαντος ἀδικώτερος. Approbavit Aristoteles, lib. iv. de Moribus ad Nicomachum cap. 11. Δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι, μὴ ὀργιζόμενός τε, οὐκ εἶναι ἀμυντικός. Τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, ἀνδραποδῶδες. Qui sic affectus est, *videtur et sensus et doloris expers, et cum non irascatur, ultionem negligere. Servile autem, si contumeliose tracteris, id tolerare.* Cui opinioni videtur accedere Tullius, in Antonium: *sic ulciscar facinora singula, quemadmodum a quibusque sum provocatus.* Vide notas in lib. ii. de Invent. n. 65. *Proust.*

84. *Forum, subsellia,* &c. In foro jus dicebant prætores, et judices ab iis dati; unde causæ forenses appellabantur. Subsellia esse tribunorum, triumvirorum, quæstorum et aliorum minora judicia exercentium scribit Asconius. Rostra, locus erat, ex quo dicebant oratores ad populum. Curia, ubi senatores et principes civitatis de rep. administranda inter se agebant. *Proust.*

85. *Quæ vis alia potuit.* Has laudes Tullius, lib. v. Tusculan. Quæst. n. 5. philosophiæ, poëtæ arti suæ tribuunt. *Proust.*

86. *Humanum,* homine dignum. *Ernest. in Clave.*

87. *Leges, judicia,* &c. Tullius, lib. xi. de Legibus, n. 8. legum originem ad Deum refert: *Hanc igitur,* inquit, *video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia.* Sane multi legislatores nulla dicendi laude floruerunt; ut facile quis intelligat Crassum hic oratoribus plus æquo tribuere. De legum initiis consule notas in lib. iii. de Orat. n. 114. *Proust.*

[88] contineri. Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes: atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis honori, et amicis utilitati, et reipublicæ emolumento esse possitis.

(9.) Tum Scævola comiter, ut solebat, Cetera, inquit, assentior Crasso, ne aut de [89] C. Lælii, soceri mei, [90] aut de [r] hujus, generi, aut arte, aut gloria detraham: sed illa duo, Crasse, [91] vereor, ut tibi possim concedere; unum, quod ab oratoribus civitates et initio [92] constitutas, et sæpe conservatas esse dixisti: alterum, quod, remoto foro, concione, judiciis, senatu, statuisti, oratorem in omni genere sermonis et humanitatis esse perfectum. Quis enim tibi hoc concesserit, aut initio genus hominum in montibus ac silvis dissipatum, non prudentium consiliis compulsum potius, quam disertorum oratione delinitum, se oppidis mœnibusque sepsisse? aut vero reliquas utilitates, [93] aut in constituendis, aut conservandis civitatibus, non a sapientibus et fortibus viris, sed a disertis et ornate dicentibus esse constitutas? An vero tibi Romulus ille aut pastores et [s] convenas congregasse, aut Sabinorum connubia conjunxisse, aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio et sapientia singulari? Quid enim? in Numa Pompilio, quid? [94] in Ser. Tullio, quid? in ceteris regibus, quorum multa sunt eximia ad constituendam rempublicam, num quod eloquentiæ vestigium appareret? Quid? [t] exactis regibus, (tametsi ipsam [u] exactionem mente, non lingua, perfectam L. Bruti esse cernimus,) sed deinceps omnia, nonne plena consiliorum, inania verborum videmus? Ego vero si velim et nostræ civitatis exemplis uti, et aliarum, plura proferre possim detrimenta publicis rebus, quam adjumenta, per homines eloquentissimos importata: sed, ut reliqua prætermittam, omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vobis duobus, eloquentissimos audisse

[r] *Crassi*, qui fuit Scævolæ gener. [s] *homines e vicinis locis convenientes.* [t] *expulsis.* [u] *expulsionem.*

88. *Contineri*, h. e. conservari, ut ipse Cicero in sequenti sectione explicat. Antea *moderatione*, *Beherrschung seiner Leidenschaften. Harl.*

89. *C. Lælii.* C. Lælius, de quo pluribus disserit Tullius in Bruto, Sapiens vulgo appellatus, ingenio, doctrina, poësi, et eloquentia clarus; a quo Terentium ipsum in scribendis comœdiis adjutum refert Suetonius; ad amplissimos honores aditum sibi fecit, Africani Æmiliani amicitiam consecutus. Nec minus bellica virtute inclaruit: prætor Viriathi Lusitani ferociam repressit anno U.C. DCIX. ante Christum CXLV. Ac nisi fraus obstitisset, Q. Pompeii competitoris gessisset consulatum anno U.C. DCXIII. ante Christum CXLI. *Proust.*

90. *Aut de hujus, generi.* Interpungenda sunt hæc verba, ut sensus sit, aut de gloria hujus, qui est gener meus, sc. Crassus. *Pearc.—arte* h. l. eloquentia. *Harl.*

91. *Vereor, ut tibi possim.* Ed. W. *haud tibi possum concedere*, servato tamen *vereor*. Ceteræ primæ *ne tibi*, &c. MS. E. *vereor aut*, unde m. sec. fecit *haud*. Apparet, incertam scripturam esse. Vulgatum est ab Aldo. *Ernest.*

92. *Constitutas. Constituere* rempubl. dicuntur, qui legibus aliisque rationibus, malis reipubl. ingravescentibus medentur. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Et initio constitutas.* Aliud sonat *initio constitutas*, aliud *ab initio constitutas*: exempli gratia, qui dicit, *Urbs Roma initio Diis curæ fuit*, nihil aliud dicit, quam Romam Diis curæ fuisse, quum fundaretur: qui vero dicit: *Urbs Roma ab initio Diis curæ fuit*, significat, Deos eam curasse ex eo tempore, quo fundaretur, ad suum usque tempus. *Harl.*

93. *Aut in const.* Addidi *in* cum Pearcio, quod delevit Aldus. Sed edd. pr. habent etiam *constituendis*, ut MS. E. non *instituendis*, ut est in vulgatis. *Ernest.*

94. *In Ser. Tullio.* Qui censum et lustrum condidit. Liv. i. 42—44. *Harl.*

Ti. et C. [95] Sempronios, [96] quorum pater, homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, et sæpe alias, et maxime censor, saluti reipublicæ [97] fuit. Atque is non accurata quadam orationis copia, sed nutu atque verbo [x] libertinos [98] in urbanas tribus transtulit; quod nisi fecisset, [99] rempublicam, quam nunc vix tenemus, jam diu nullam haberemus. At vero ejus [1] filii diserti, et omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati, cum civitatem vel paterno consilio, vel [2] avitis armis florentissimam accepissent, ista præclara gubernatrice, ut ais, civitatum, eloquentia, [3] rempublicam [y] dissipaverunt.

(10.) Quid? [4] leges veteres, moresque majorum; quid? [5] auspicia, [6] quibus et ego, et tu, Crasse, cum magna reipublicæ salute præsumus; quid? [z] [7] religiones et cæremoniæ; quid? hæc jura civilia,

[x] *cives libertorum filios.* [y] *fere perdiderunt.* [z] *sacra jura.*

95. *Sempronios*, n. Gracchos, a matre Cornelia eloquentia litterisque institutos. Conf. Cic. in Bruto cap. 27. *Harl.*

96. *Quorum pater.* Tiberius scilicet Sempronius, qui Corneliam Scipionis Africani majoris filiam duxit uxorem. Bis triumphavit, primum de Celtiberis, deinde de Sardis: bis consul, et anno U. C. DLXXVII. et anno DXCII. libertinos, qui per omnes antea tribus erant sparsi, transtulit, ac redegit in urbanas tribus, quæ quatuor tantum erant, et rusticis postponebantur; quemadmodum ex Varrone colligitur, lib. ii. de Re Rustica; ut minus valerent in suffragiis ferendis, neque in eorum manu essent comitia, ut ait Livius: idque ille non erudita, et ad amussim elaborata oratione perfecit, sed imperio, ac paucis verbis. *Proust.*

97. *Fuit. Atque is.* Sic interpunxi ex edd. pr. quod et sua sponte patuit. Sic et MS. E. et ed. Lips. MSS. quidam *Atqui* habent; sed non est necesse ita corrigere. Mox pro *nutu* edd. pr. Lips. et MSS. quidam ap. Pearcium *nuda*; male, ut E. *Ernest.*

98. *In urbanas tribus.* Quæ quatuor fuerant, *Suburana, Esquilina, Collina, Palatina*, sed multo ignobiliores tribubus rusticis. (Liv. ix. 46.) Urbanæ autem tribus varia in republica habuerunt fata, quæ Sigon. libr. mem. lib. ii. 14. exponit. In has variis temporibus conjecti fuerant libertini; ex quibus tamen sæpius exierunt, vel temeritate vel negligentia censorum, ita ut in omnes tribus aliquoties dispergerentur. Post varias commutationes Tib. Gracchus, censor A. U. C. 585. quum omnes libertinos omnibus pellere tribubus vellet, resistente C. Claudio collega; tandem eo descendit, ut in Esquilinam omnes referret: quæ ex verbis Livii (xlv. cap. 15. ubi v. Sigon. et Duker. in ed. Drakenborch.) *in quatuor urbanas*, etc. elicere sibi quidam videntur posse. Atque huc intueri, putat Sigonius, Ciceronem nostro loco, et significare, eos, qui in rusticis essent, in urbanas esse redactos: quam unam ex quatuor Esquilinam fuisse, scribit Livius. Atque Sigon. ad Livii cap. cit. init. adnotat, non audiendum esse Aur. Vict. de Viris illustr. cap. 57. qui tradidit, Gracchum censorem libertinos in quatuor urbanas divisisse. *Harl.*

99. *Remp.—nullam haberemus.* Quia libertini comitia, et suffragia pro arbitrio moderantes omnia perturbassent in eligendis magistratibus. *Proust.*

1. *Filii diserti*, n. Ti. et C. Gracchi. Conf. Cic. Brut. capp. 27 et 33. Vellei. Paterc. ii. 2, 3. ibique Ruhnken. A Velleio ibidem Gracchus dicitur, promulgatis agrariis legibus, omnium statum concutientibus, summa imis miscuisse. *Avita* autem arma sunt arma avi materni, Scipionis Africani, cujus filia Cornelia mater fuit Gracchorum: v. Liv. xxxviii. 57. *dissipaverunt*, n. per leges de nova agrorum distributione. *Harl.*

2. *Avitis armis.* Virtute bellica et victoriis avi materni Scipionis. *Proust.*

3. *Remp. dissipaverunt.* Latis agrariis legibus: quam ob causam, orta seditione, ambo cæsi sunt. *Proust.*

4. *Leges veteres.* In XII. tabulas relatas; *mores*, qui neque omnes scripti sunt, neque tam late patent, quam leges. v. Vossii Lexic. Etymol. p. 88. *Harl.*

5. *Auspicia.* Certæ quædam conjecturæ ad res majoris momenti vel faciendas, vel omittendas apud Romanos ab avium cantu, volatu et pastu, interdum e cœlo ipso peti solitæ; quibus conjecturis et signis deorum voluntatem cognoscere se confidebant. Romani ab Etruscis auspicia habuere. *Proust.*

6. *Quibus—præsumus.* Erant enim in augurum numero: augures autem curam auspiciorum gerebant. *Proust.*

7. *Religiones.* Sunt h. l. sacra, quibus diligenter pertractandis homines putant

quæ jam pridem [a] in nostra familia sine ulla eloquentiæ laude versantur; num aut inventa sunt, aut cognita, aut omnino ab oratorum genere tractata? Equidem et Ser. Galbam, memoria teneo, divinum hominem in dicendo, et M. Æmilium Porcinam, et [9] C. ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus [a 10] perculisti, ignarum legum, hæsitantem in majorum institutis, rudem in jure civili: et [b] hæc ætas nostra, præter te, Crasse, qui tuo magis studio, quam proprio munere aliquo disertorum, jus a nobis civile didicisti, quod interdum pudeat, juris ignara est.

Quod vero in extrema oratione, [11] quasi tuo jure sumsisti, oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissime posse versari, id, nisi hic [c] in [12] tuo regno essemus, non tulissem, multisque [13] præessem, qui aut [14] interdicto tecum contenderent, aut te [15] ex jure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere [16] irruisses. [d 17] Agerent enim tecum lege primum

[a] *sic accusasti, ut in judicio vinceretur.* [b] *oratores hujus ætatis.* [c] *domi tuæ.* [d] *legibus contra te uterentur.*

deum a se coli placarive. Hinc, arbitror, Heinze interpretatum esse *Opfer; cærimoniæ* sunt ritus sacri externi. *Harl.*

8. *In nostra familia.* Scævolarum familia scientia juris floruit. *Proust.*

9. *C. ipsum.* Sic MS. E. edd. pr. Vulgatum *Cn.* est ab Aldo C. verum esse res docet, et locus Ciceronis infra c. 34. et alia. Mox edd. vett. vitiose *perpulisti*, solita confusione. MS. E. *perculisti. Ernest.*

10. *Perculisti*, i. e. evertisti seu dejecisti; simile est illud, ii. 70. *Scipionis illius, qui T. Gracchum* perculit. *Pearce. Percellimus* ea, quæ cum impetu, in terram evertimus. *Harl.*

11. *Quasi tuo jure—.* Morata est oratio. Scævola, ut juris peritissimus, ab arte sua, et quidem a bonorum vindicibus, multas sumit translationes: *quasi tuo jure*, h. e. potestate, a rerum possessoribus sumtum, qui alieno tamquam suo jure utuntur. *suo jure* est perfecto jure: v. Heumann ad Cic. pro L. M. cap. 22. Hinc Scævola addit *quasi.* Pari ratione Cicero pro Archia poëta, c. 1. dixit et interpretandus est: *earum rerum omnium—A. Licinius fructum a me repetere prope* suo jure *debet. Harl.*

12. *Tuo regno*, h. e. in agro tuo Tusculano, cujus possessor et dominus es. Conf. cap. ix. 1; xvi. 4. *Harl.*

13. *Præessem*, h. e. auctor essem: metaphora ducta est a prætore, qui præest quæstioni. Subsequitur argumentatio, multas et varias esse philosophorum sectas, multas artes proprietate distinctas; non unius igitur oratoris omnes artes esse. v. Strebæum. *Harl.*

14. *Interdicto tecum contenderent.* Interdictum, prætoris est edictum quo jubet aliquid vel fieri, vel omitti. Sententia est: multi litem tibi intenderent, et lege, ac prætoris edicto tecum agerent, quod eam rem, quæ pertinet ad alias artes, nimirum in omni disputatione copiose versari, tanquam oratori propriam vindices illi, ac tribuas. *Proust.*

Ibid. *Interdicto.* Interdictum erat Prætoris decretum, quo is, qui et aliquo agro dejectus esset, restitui jubebatur, donec judicaretur, cujus is ager esset. *Pearce.*

15. *Ex jure manu consertum.* Manum conserere est proprie in prœlio venire ad manus. Transfertur autem a militiæ certaminibus ad fori contentiones. Scilicet petitor, et is a quo petebatur, dicto die, in agrum litigiosum conveniebant, simulatoque conflictu, quasi per vim expellebatur ex agro petitor: hic deinde ad prætorem appellabat de vi, ac petebat ut sua sibi restituerentur. De hac locutione plura Gellius, lib. xx. cap. 10. *Manu* pro *manus* dicitur expuncta, more veterum, *s. consertum* in supino a *consero*, quod est *committo.* Cæterum hujus loci sententia est: multi repeterent ac restitui postularent, adhibita solenni juris formula, rem a te contra jus fasque occupatam. *Proust.*

Ibid. *Ex jure manu cons.* Pearcius dedit *manum.* Sic intelligendum, non scribendum aut pronunciandum. *Ernest.*

Ibid. *Ex jure manu consertum.* Est formula veteris juris de vindicationibus in re præsenti, cum vi civili et festucaria utuntur: de qua vide imprimis, Gell. Noct. Att. xx. 10. et not. ad Mur. 14. *Ernest. in Clave.*

16. *Irruisses.* Ea tribuens oratori, quæ essent aliarum propria doctrinarum. *Harl.*

17. *Agerent—lege.* Strebæus explicat, jure legibus constituto certare. Add. Ernesti Clav. Ciceron. *Harl.*

[18] Pythagorei omnes atque [19] Democritici [20] ceterique, in suo genere, physici [21] vindicarent, ornati homines in dicendo et graves, quibuscum tibi [22] justo sacramento contendere non liceret. Urgerent præterea [f] philosophorum greges, jam [g] ab illo fonte, et capite Socrate, nihil te [h] de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitæ didicisse, nihil omnino quæsisse, nihil scire convincerent: et cum universi in te impetum fecissent, tum singulæ [i] familiæ litem tibi intenderent. Instaret [k] [23] Academia, quæ, quidquid dixisses, id teipsum [24] negare cogeret. [25] Stoici vero nostri disputationum suarum atque [l] interrogationum laqueis te irretitum tenerent. Peripatetici autem etiam hæc ipsa, quæ propria oratorum [26] putares esse adjumenta, atque ornamenta dicendi, ab se peti [m] vincerent oportere: ac non solum meliora, sed etiam multo plura Aristotelem Theophrastumque de his rebus, quam omnes dicendi magistros, scripsisse ostenderent. [n] Missos facio mathematicos, grammaticos, musicos, quorum artibus

[e] *ab injusto possessore suam sibi rem restitui postularent.* [f] *innumerabiles philosophorum sectæ.* [g] illi ipsi primi philosophi, *qui a Socrate*, primo philosophiæ moralis auctore, *duxerunt originem.* [h] qui hæc omnia tribuis oratori. [i] *sectæ.* [k] *Academicorum secta.* [l] *argutis interrogationibus.* [m] *probarent.* [n] *prætermitto.*

18. *Pythagorei.* Philosophi quorum dux Pythagoras. Hic autem ex insula Samo oriundus post diuturnas peregrinationes Crotone consedit, in ea Italiæ parte, quæ Magna Græcia appellata est, ibique incredibili concursu docuit. Quinquenne silentium, quod aliquando contraxit ad biennium, exigebat a discipulis, quibus nunquam licuit cum extraneis, hoc est, non Pythagoricis de iis, quæ didicissent, loqui. Docuit μετεμψύχωσιν, cœlum et stellas stare, terram moveri credidit, ut ex Plutarcho colligimus. Philosophum se primus appellavit, cum prius rerum naturalium interpretes Sophorum, sive Sapientum nomen sibi arrogarent, atque ut cecinit Ovidius xv. Metamorph.

Mente deos adiit, et quæ natura negavit
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Claruit, ut auctor est Diogenes Laërtius, Olympiade LX. annis ante Christum DXL. *Proust.*

19. *Democritici.* Philosophi quorum caput Democritus. Is autem patria Abderites risu solebat humanos omnes casus excipere. Censuit atomos rerum omnium esse primordia; quam opinionem Gassendus hac ætate ingeniosissime illustravit. Democritus an oculis se privaverit, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, ambigit Cicero, lib. v. c. 29. de Finibus; Plutarchus libro de Curiositate, falsum, Gellius, lib. x. cap. 11. verum existimat. Ætatis annum CIX. cum attigisset, sine ullo doloris sensu vita functus est, ut ex Hipparcho refert in ejus vita Diogenes. *Proust.*

20. *Ceterique, in suo genere, physici.* Sic interpungendo tollitur difficultas, propter quam Pearcius recepit *jure suo;* quod mihi alienum videtur: nam id est jam in *lege agerent*, et seqq. *In suo genere* est, in sua quique secta; ut Epicurei, &c. MS. E. omisit *genere. Ernest.*

21. *Vindicarent.* Sublata copula *que* recte edidit Pearcius, ut est etiam in MS. E. *Ernest.*

22. *Justo sacramento*, i. e. salva pecunia, apud Pontificem deposita, ut, qui caussa caderet, eam amitteret. *Pearce.*

23. *Academia.* Locus prope Athenas, ubi maximo discipulorum concursu philosophiam docuit Plato, cujus asseclæ inde Academici sunt appellati. *Proust.*

24. *Negare cogeret.* Hoc ex edd. pr. usque ad Junt. etiam Lips. reposui. Vulgatum *scire negaret* est ab Aldi correctione. Illud multo est efficacius et melius. *Negaret* est in MS. E. sed sine *scire. Ernest.*

25. *Stoici.* Nomen habuere ἀπὸ τῆς στοᾶς, *a porticu*, quo ad disputandum convenire solebant. Cujus sectæ fuit autor Zeno Citieus e Cypro. *Proust.*

26. *Putares esse.* Sic edidi e vestigiis ed. W. quæ habet *putes esse.* Pearcius dedit *putasses*, ut habet Erl. unde factum putat *putas esse:* idque probavit Burm. ad Suet. Cæs. p. 188. a. Sed nulla ratio est, quare hoc tempore utatur h. l. *Ernest.*

vestra ista dicendi vis ne minima quidem societate [27] contingitur. Quamobrem ista tanta, tamque multa, [o] profitenda, Crasse, non censeo. Satis id est magnum, quod potes præstare, ut in judiciis ea causa, quamcumque tu dicis, melior et probabilior esse videatur; ut in concionibus et sententiis dicendis ad persuadendum tua plurimum valeat oratio: denique ut prudentibus diserte, stultis etiam vere dicere videaris. Hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate, posse.

(11.) Tum ille, Non sum, inquit, nescius, Scævola, ista inter Græcos dici et disceptari solere. [28] Audivi enim summos homines,

[o] *palam prædicanda.*

27. *Contingitur.* Pearcius edidit *conjungitur.* Et sic in edd. primis omnibus reperi ante Aldum. Sed *contingitur* elegantius est, idque prætuli ob librum Erl. autorem. Curt. v. 10. 12. *Darium cognatione contingens,* et sic sæpius idem. *Ernest.*

28. *Audivi enim summos homines, cum quæstor ex Macedonia venissem Athenas florente Academia,—quod eam* Carneades, *et* Clitomachus, *et* Æschines *obtinebat.* Videtur his verbis vidisse Carneadem Crassus; idque paullo post apertius ostenditur, in eo: *Athenis diligentius legi cum Carneade Platonis Gorgiam.* Verum ego, cum tempora ad rationem revoco, antiquiorem invenio Carneadem, quam ut eum vel L. Crassus, vel M. Antonius, qui et ipse, auditum a se Carneadem, infra dicit, cognoscere potuerint; distat enim longissime Carneadis ætas ab eo anno quo vel quæstor Crassus, vel proconsul Antonius Athenas venit. Periit enim Carneades, ut ait Laërtius, Olympiadis CLXII. anno quarto, id est circiter annum urbis conditæ DCXXIV. Crassus autem, cum consul fuerit DCLIIX. quæstor esse potuit, legitimo magistratuum intervallo, anno urbis DCL. id est annis XXVI. post obitum Carneadis. De Antonio idem dico: nam is proconsul in Ciliciam ivit, ut scripsit Obsequens, C. Mario IV. et Q. Catulo Coss. anno urbis DCLI. nam, etsi prætor in eam provinciam profectus est Antonius; proconsul tamen a Cicerone infra nominatur; quod novum non est. Quod si Carneades non annis XCIII. ut Laërtius dixit, sed XC. vixit, ut scripsit Cicero, Academicorum priorum, lib. ii. c. 6. tamen ne sic quidem prope ad Crassi quæsturam accesserit, quippe qui Romam venerit legatus Atheniensium vivo Catone censorio, ut Plutarchus docet. Præterea cum ipse Crassus, lib. iii. c. 18. dicat; affectum ætate Carneadem a Q. Metello Numidico adolescente auditum esse; Metellus autem aliquot annis ante Crassi quæsturam consul fuerit; hoc etiam argumento conficitur, ætatem Carneadis ad Crassi quæsturam non esse perductam: sed placet ipsa Crassi verba recitare; quibus indicat, non a se auditum esse Carneadem, cum ejus auditorum testimonio utatur. *Multos,* inquit, *Carneadis auditores cognovi Athenis, tamen auctores certissimos laudare possum, et socerum meum Scævolam, qui eum Romæ audivit adolescens, et Q. Metellum L. F. familiarem meum, clarissimum virum, qui illum a se adolescente Athenis, jam affectum senectute, multos dies auditum esse dicebat.* Fortasse igitur memoriæ vitio lapsus est Cicero noster; aut nos temporum rationem recte non tenemus. *Manutius.*

Ibid. Difficultatem loci hujus percepit Vir eruditissimus, quam penitus elevarunt Pearcius et Valesius, a nobis, utcunque psullo longiores, deinceps exscribendi.

Quod eam Charmadas, &c. Vulgo pro *Charmadas* legimus *Carneades,* malo sane omine: Hic enim Crassus dicit se Quæstorem, postea vero Antonius se Proconsulem, vidisse *Carneadem,* contra auctoritatem veterum scriptorum: Laërtius enim ex Apollodoro scribit *Carneadem* mortuum esse anno U. C. DCXXV. Crassus vero Quæstor fuit an. U. C. DCXLIII. et Antonius Proconsul an. U. C. DCLII. Immo Cicero ipse in Acad. Quæst. dicit *Carneadis* legationem incidisse in an. U. C. DXCIX. Si igitur Crassus Quæstor vidit *Carneadem, Carneades* post legationem vixit annos XLIV. et si Antonius Proc. eum vidit, vixit annos LIII. post legationem: quod verisimile non videtur. Sed ulterius ex ipso Cicerone probaturus sum neque Crassum neque Antonium vidisse *Carneadem:* Primo, in lib. iii. c. 18. Crassus dicit, *cujus* (Carneadis) *etsi ego multos auditores cognovi Athenis, &c.* Ex quo loco colligo Crassum, si vidisset *Carneadem,* non soceri aut Metelli usus esset judicio, sed suo: porro dicit ibi Crassus Metellum *adolescentem* fuisse, cum audiret *Carneadem affectum ætate.* Metellus vero Consul fuit an. U. C. DCXLV. ergo non credibile est *Carneadem* vixisse usque ad Quæsturam Crassi,

cum [29] quæstor ex [30] Macedonia venissem Athenas, florente Acade-

hoc est, pæne ad consulatum Metelli, multo autem minus ad Proconsulatum Antonii: Secundo, in lib. ii. c. 37. itemque in hoc ipso loco non de homine, quem novit, Crassus loquitur, sed dicit *hominem,—ut ferebant*, &c. Tertio, ut se habet vulgata lectio, *Carneades Carneadis* auditor fuit, quo quid ineptius? his igitur rationibus adductus vulgatam lectionem rejicio. Cur autem *Charnadas* reposui, paucis sciat lector: Primo, MS. Cant. habet Carneades, Bod. Carniadas, (quæ vox si punctum literæ *i* tollas, est Carmadas) MSti vero Joan. et Harl. I. habent Charmadas in hoc loco, et tribus sequentibus, de quibus mox dicturus sum. Secundo, in Oratore, c. 16. cum dicitur, *Scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat; Clitomachum eadem dicere*, Carneadem *eodem etiam modo dicere*. Nonnulli, quos vidi, MSti habent ibi *Charmadam*, poscente etiam sensu: patet idem ex lib. ii. c. 88. ubi, Jonsio primum notante et Gronovio approbante pro *Carneadem* jam legimus *Charmadam*, testimonio Plinii et auctoritate MStorum. Tertio, Sextus Empiricus non semel dicit *Charmadam* (vel *Charmidam*) Academicum fuisse et Academiæ principem. Quarto, idem scriptis mandavit disputationem quandam *Charmadæ*, in qua Academicus iste probat Rhetoricam non esse artem et Rhetores exagitat; quæ omnia Sex. Empirici testimonio huic loco optime conveniunt. Utile fore credidi hunc locum luculentis argumentis explicare, qui Petavio, Stanleio nostro, aliisque Chronologiam docentibus, magnas olim turbas excitaverit. *Pearce.*

Ibid. Celebris inter Carneadis discipulos memoria est Charmadæ, qui post obitum præceptoris, una cum Clitomacho scholam obtinuit. Sed nomen ejus fere corruptum in veterum libris remansit, donec Viri doctissimi illud quasi postliminio restituerunt. Primo enim Turnebus in lib. x. cap. 16. Adversariorum, *Charmadæ* nomen reposuit in primo Tusculanarum libro: *quanta memoria nuper Charmadas, quanta qui modo fuit Scepsius Metrodorus*; quam emendationem confirmat Plinius, in lib. vii. cap. et Fortunatianus, in lib. iii. Artis Rhetoricæ. Deinde Petrus Victorius in lib. xxxii. cap. 24. Variarum Lectionum, alterum Ciceronis locum in Oratore correxit; nam cum vulgo legeretur hoc modo: *Scitum est enim quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachum eadem dicere, Carneadem autem eodem etiam modo dicere*; Victorius ex manuscriptis codicibus restituit *Charmidam*, cum *Charmadam* potius scribere debuisset, prout in suo codice repererat, utque in Palatino exemplari scriptum esse monuit Grutetus. Extitit postremo Salmasius, qui in Exercitationibus Plinianis, p. 50. illorum vestigiis insistens, Ciceronis locum in lib. ii. c. 88. de Oratore similiter emendavit. Ibi enim Antonius *se Athenis Carneadem et Metrodorum vidisse* cum dicat, *Charmadam* scribendum esse Salmasius monuit. Contra hanc Salmasii emendationem valide insurgit D. Petavius in Miscellaneis Exercitationibus, capp. 8. et 9. et argumenta ex ipsius Ciceronis libris opponit. Equidem D. Petavii auctoritati multum tribuo, et singularem ejus Viri doctrinam magni facio: feret tamen æquo animo, si discussis atque examinatis ipsius rationibus, ab eo hac in parte dissentiam. Præcipuum autem illius argumentum, quo tamquam ariete emendationem impugnat Salmasii, hoc est, quod Crassus, cum Quæstor ex Asia venisset Athenas, Carneadem cum Clitomacho ac Metrodoro, ibi visos ab se commemorat, et quidem cum Carneade Platonis Gorgiam legisse, apud Ciceronem in lib. i. de Oratore. Fuit autem Crassus quadriennio junior Antonio, quemadmodum Cicero testatur. Proinde si Crassus Carneadem audivit, eundem etiam audire potuit Antonius. Ad hæc Cicero in fine libri i. Academ. Carneadis Academici auditores sibi visos esse dicit. Et initio libri v. de Finibus, Carneadem a se auditum esse Athenis indicat. Hæc quidem et multo plura ibi Petavius de Carneadis ætate disserit. Quæ omnia, ut uno verbo dicam, falsa mihi videntur. Nam neque Crassus unquam, neque Antonius Carneadem illum Academicum audierunt, ut Crassus ipse apud Ciceronem in lib. iii. de Oratore, apertissime indicat; ubi auditores multos Carneadis a se tum Quæstore Athenis visos esse dicit Græcos. Intelligit autem *Charmadam, Clitomachum* et *Æschinem*, quorum cum Charmada Platonis Gorgiam legerat, ut ipse ait in lib. i. de Oratore. Ex Romanis autem ejus auditores nominat adhuc superstites Scævolam et Metellum. Quod si Antonius Carneadem audisset, certe eum hic non omissurus erat Crassus: neque si ipse Crassus Carneadem audivisset, hic profecto id tacuisset. Id ipsum conficere mihi videtur locus Marci Tullii in lib. i. cap. 11. de Oratore, ubi sic loquitur Crassus: *Audivi enim summos homines, cum Quæstor ex Macedonia venissem Athenas, florente Academia, ut temporibus illis ferebatur, quod eam Carneades, et Clitomachus, et Æschines obtinebant. Erat etiam Metrodorus, qui cum illis una ipsum illum Carneadem diligentius audierat, hominum omnium in dicendo, ut ferebant, acerrimus et copiosissimus. Vigebat auditor Panætii illius tui Mnesarchus, et peripatetici Critolai Diodorus.* Ex quibus verbis

mia, ut [31] temporibus illis ferebatur, quod eam [32] Charmadas, et

satis adparet, post mortem Carneadis Crassum Athenas venisse, cum successores Carneadis scholam obtinerent. Neque enim superstite adhuc Carneade Clitomachus et Æschines ejus discipuli Academiam obtinere potuerunt. Deinde addit Cicero de Metrodoro, *qui cum illis una ipsum illum Carneadem audierat*, &c. qui sunt illi? Omnino Charmadas, Clitomachus, et Æschines. Accedit quod eo tempore, quo Athenas venit Crassus, jam Critolaus et Diogenes obierant, Qui una cum Carneade legati Romam venerant; eorumque successores scholam obtinebant. Critolai scilicet Diodorus, Diogenis autem post Panætium Mnesarchus. Postremo, hæc verba, *qui Carneadem audierat diligentius*, id necessario pervincunt, mortuum tunc fuisse Carneadem. Nam si tum superstes adhuc fuisset Carneades, quid opus erat hoc dicere, cum illum adhuc audiret, ut ceteri? Idem est quod alibi ait Cicero de hoc ipso Metrodoro, ni fallor, *Carneadem optime nosse ferebatur Metrodorus in Academia.* Ex his igitur adparet in Cicerone scribendum esse *Charmadas, et Clitomachus, et Æschines, &c.* Et paullo post, *cujus tum Athenis cum Charmada diligentius legi Gorgiam.* Potest etiam scribi *Charmades*, quemadmodum legitur apud Sextum Empiricum; et longe infra, ubi Charmadæ judicium de ingenio Crassi refert Antonius, *Charmades* etiam pro *Carneade* substituendus est. Quod vero pertinet ad locum Ciceronis in lib. v. de Finibus, cap. 2. ubi Cicero dicit, *Modo*, inquit, *fuit* Carneadis; *quem videre videor: est enim nota imago; a sedeque ipsa tanta ingenii magnitudine orbata desiderari vocem illam puto.* Nemini dubium esse posset quin legendum sit *Charmades.* Quomodo enim Cicero Carneadem videre potuisset, quem Crassus non viderat. Maneat ergo rata ac firma Apollodori sententia, qui Carneadem obiisse scribit anno IV. Olympiadis 162. Postremo illud etiam monendum est, hujus philosophi nomen corruptum esse in Lexico Suidæ. Hic enim voce Πλάτων, successores Platonicæ Scholæ omnes enumerans, usque ad Arcesilam quidem Socraticos dictos esse testatur. Ab Arcesila verum octavum numerat Carneadem, secus quam Cicero, qui quartum ab Arcesila testatur; eique successorem tribuit Ἀρμάδαν, corrupte pro Χαρμάδαν. *H. Valesius*, Emend. i. 29.

Quæ hic egregie de Carneadis ætate et discipulo ejus *Charmadæ* observavit Valesius, conferenda sunt cum iis quæ super hoc argumento multis quæstionibus implicito eruditissime contra Petavium itidem scripsit Jonsius, lib. ii. de Scriptor. Histor. Philos. cap. xiv. ubi pag. 189. inter alia argumenta, quibus de ætate Carneadis adversus Petavium disputat, urget præcipue tempus celebris illius legationis trium Philosophorum a Græcis ad Romanos missorum, Diogenis nempe, Critolai et Carneadis, qui Romam venerunt eo tempore, quo Scipio Africanus et C. Lælius principes erant civitatis. De qua legatione notavit quædam Aldobrandin. ad Diogen. Laërt. lib. iv. in vita Carneadis, prope finem. Præcipue vero hæc quæstio ventilata est aliquot abhinc annis inter doctos Gallos Foucherium et Lantinum, quorum sententias late exponit Bælius in Lexico Critico, in Carneade, tom. ii. pag. 63. Ad nomen autem discipuli Carneadis quod attinet, quem post Turnebum, Victorium et Salmasium, vocandum esse *Charmadam* monet Valesius, et ideo in fine capitis apud Suidam Χαρμάδαν legit, in eo adsentientem non habet Jonsium, qui pag. 191. in illis Ciceronis et Plinii locis *Charmidem* reponi jubet, ac Turnebum refellit, eumque lectionem membranarum veterum Plinii, quæ *Carmidas* habebant, pessime in suum *Charmadam* transformasse dicit. Ad Codices Plinii quod attinet, testatur contra Salmasius, qui a Valesii sententia stat, libros veteres eo in loco habere *Carmadas*, ut emendabat Turnebus, et ita dicendum ex terminatione Græca ostendit, nempe a Χάρμας esse Χαρμάδας, verum a Χάρμις deduci Χαρμίδης. Et hoc equidem rectius esse etiam arbitror; quanquam sint tamen qui *Charmidam*, aut *Charmidem* non repudient. Sane ea forma occurrit apud Euseb. de Præp. Evang. lib. xiv. p. 726, D. et in loco Sexti Empirici, quem profert Gronov. ad Gellium, lib. vii. cap. 14. Vide et Davies ad Cicer. lib. 1. Tuscul. Disput. cap. 24. neque aliter etiam adductis itidem Sexti Empirici et Eusebii locis, eum vocat Menagius ad D. Laërtii locum, pag. 110. Ed. Londin. ubi quædam de hoc *Charmide* notavit. *P. Burmannus, Sec.*

29. *Quæstor.* Hic apud Romanos magistratus publicæ pecuniæ in aliqua provincia curam gerebat. Quæstura Crassi incidit in annum U. C. DCXLIII. ante Christum CXI. *Proust.*

30. *Macedonia.* Græciæ regio celebris, quæ ad septentrionem et orientem maxime vergit. Prius Emathia et Pæonia. *Proust.*

31. *Ut temporibus illis.* Sensus est. Homines istius temporis dicebant causam, cur Academia floreret, fuisse, quod ei Charmadas, et Clitomachus et Æschines præfuerint. *Pearce.*

32. *Charmadas et Clit.* Recepi cum Pearcio pro *Carneades* hic et in sequentibus. Nam Carneades non est hujus loci, ut bene docuit ille. In MS. E. clare est *Charmadas* a m. pr. Sed m. s. in litera *m* adscripsit e, et in ultimo *a*, et sic in aliis locis. Cap.

[33] Clitomachus, et [34] Æschines obtinebant. Erat etiam [35] Metrodorus, qui cum illis una ipsum illum Charmadam diligentius audierat, hominem omnium in dicendo, ut ferebant, acerrimum et copiosissimum. Vigebat auditor [36] Panætii illius tui [37] Mnesarchus; et peripatetici [38] Critolai [39] Diodorus. Multi erant præterea præclari in philosophia et nobiles, [P] a quibus omnibus una pæne [40] voce repelli oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina rerumque majorum scientia, ac tantum in judicia et conciunculas, tanquam [41] in aliquod pistrinum, detrudi et compingi videbam. Sed ego neque illis assentiebar, neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo, [42] Platoni, cujus tum Athenis cum Charmada diligentius legi [43] Gorgiam: quo in libro [44] in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. [45] Verbi enim controversia jam diu torquet Græculos

P *Qui uno consensu judicabant oratorem non esse idoneum administrandæ reip.*

18. tamen *Charmadas* est sine tali correctione. Tum cum eodem *Critolai Diodorus*, pro *Critolaus et Diod.* quod pariter et historiæ et temporum ratio desiderat, et MS. E. habet. *Ernest.*

33. *Clitomachus.* Carthaginiensis philosophus; Carneadem audivit, eique successit. Tribus in sectis versatus est, Academica, Peripatetica et Stoica. *Diogenes. Proust.*

34. *Æschines.* Longe alius ab Æschine Socratico, et ab eo rhetore, qui Demosthenis æmulus fuit. Fortasse Neapolitanus ille philosophus Academicus, cujus meminit Laërtius; aut Mitylenæus, quem Rhetoromastiga appellabant. *Proust.*

35. *Metrodorus.* Carneadis auditor, philosophus illustris, et arte pingendi clarus. *Proust.*

36. *Panætii.* Panætius philosophus Stoicus, Rhodius, Scipionis Africani præceptor, elegantes de Officiis libros conscripsit, eumque eodem in argumento Cicero secutus est. Floruit ducentis circiter ante Christum annis, et Athenis obiit. *Proust.*

37. *Mnesarchus.* Panætii discipulus Stoicorum sectam secutus est. *Proust.*

38. *Critolai.* Is est qui cum Carneade et Diogene Stoico Romam legatus fuit ab Atheniensibus anno U. C. ut censet Tullius, DXCIX. ante Christum CLV. *Proust.*

39. *Diodorus.* Indolentiam honestati adjungebat ad beatitudinem, ut alibi Cicero tradit. *Proust.*

40. *Voce repelli.* Sic MS. E. omnes edd. pr. idque restituit Pearcius. Vulgatum *repelli voce* est ab Aldo, qui videtur clausulam versus hexametri vitare voluisse; nec eam vitavit. *Ernest.*

41. *In aliquod pistrinum.* Ducta a servis metaphora, quorum nequissimos in pistrinum supplicii causa compingebant. *Proust.*

42. *Platoni.* Plato divinus ille philosophus, quem ex sëria mente susceptum a patre ferunt, cujus in cunis parvulo dormienti apes in labellis dicuntur consedisse, singularis in dicendo suavitatis præsagium; natus est Athenis anno primo Olympiadis LXXXVIII. ante Christ. CCCCXXVIII. Socrati primum annos septem operam dedit: tum longinquis in peregrinationibus alios alibi audivit. Reversus in patriam Aristotelem habuit discipulum. Obiit ætatis anno LXXXVI. *Laërtius*, &c. *Proust.*

43. *Gorgiam.* Gorgias Platonis dialogus, in quo rationem edocet, qua futiles rhetorum sophistarum argutiæ refellantur. Tullius sive ex sua, sive ex Crassi sententia non recte censuit in illo dialogo derideri oratores. Non veram rhetoricam, sed adulterinam tantum, ut cuivis legenti patet, traducit. Neque vero paucos induxit in errorem hic dialogus, ut observavit Quintilianus, lib. xi. cap. 15. *Plerique*, inquit, *dum pauca ex Gorgia Platonis a prioribus imperite excerpta legere contenti, neque alia ejus volumina evolvunt, in maximum errorem inciderunt: creduntque eum in hac esse opinione, ut rhetoricam non artem, sed peritiam quandam gratiæ ac voluptatis existimet, &c. Proust.*

44. *In hoc max.* Sic omnes edd. ante Aldum, qui delevit *in*. quare, in promtu est. Sed melius est, quod edidimus, estque et in MS. E. In eo paullo ante est *quo justum*, cui altera manus superscripsit *cuius tum. Ernest.*

45. *Verbi controversia.* Maximo animorum æstu contendunt inter se Græci, quis orator dicendus sit, an ille qui tantum in causis forensibus valeat, an qui de re qualibet ornate possit dicere. *Proust.*

homines, contentionis cupidiores, quam veritatis. Nam [46] si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo in jure, aut in judiciis possit, aut apud populum, aut in senatu copiose loqui, tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. Neque enim sine multa pertractatione omnium rerumpublicarum, neque sine legum, morum, juris scientia, neque natura hominum incognita, ac moribus, in his ipsis rebus satis callide versari, et perite potest. Qui autem hæc cognoverit, sine quibus [47] ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil vis esse, nisi composite, ornate, copiose eloqui: quæro, id ipsum qui possit assequi sine ea scientia, [48] quam ei non concedis? Dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicit, ea, de quibus dicit, percepta sint, exstare non potest. Quamobrem, si ornate locutus est, sicut fertur, et mihi videtur, physicus ille [49] Democritus; materies illa fuit physici, de qua dixit: ornatus vero ipse verborum, oratoris putandus est. Et, si Plato de rebus a civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus, quod ego concedo: si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis, de quibus disputaverunt, eloquentes, et in dicendo suaves, atque ornati fuerunt: [q] sint hæ res, de quibus disputant, in aliis quibusdam studiis: oratio quidem ipsa, propria est hujus unius [r] rationis, de qua loquimur, et quærimus. Etenim videmus, iisdem de rebus [50] jejune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, [51] Chrysippum, disputavisse, [s] neque ob eam rem philosophiæ non satisfecisse, [52] quod non habuerit hanc dicendi [53] in arte [t] aliena facultatem.

(12.) Quid ergo interest? aut [u] qui discernes eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo, et copiam, ab eorum [54] exilitate,

[q] *Illæ res de quibus disputant, sint* per me licet propriæ *aliarum artium*, puta philosophiæ, mathematicæ, &c. [r] *artis oratoriæ*. [s] *neque idcirco non fuisse bonum philosophum.* [t] *non propria philosophiæ, sed rhetoricæ.* [u] *qua ratione.*

46. *Si quis*, h. e. *etsi* v. Horat. iii. 23. 17. ibique Bentl. *Harl.*

47. *Ne illa quidem minima.* h. e. *ne illa quidem, quæ minima sunt in causis.* Postea *maximarum rerum scientia*, h. e. *bey der Kunde der höhern Wissenschaften.* Hæ fuerunt apud veteres philosophiæ partes, ethica, physica, dialectica, v. Strebæum. *Harl.*

48. *Quam ei non concedis.* Pro vulgato *concederitis*, quod ab Aldo est. Superiores omnes, quod edidimus: et MS. E. idque dudum ante ex contextu assecuti eramus: *Sin—vis. Ernest.*

49. *Democritus.* Abderites, qui numquam prodibat, quin hominum vitia rideret; fuit circa tempora Socratis, physicus, eumque sectatus est Epicurus: de quo vide infra ii. 46. et Cic. Tuscul. V. 39. adde Ernesti indic. histor. in Clave Cicer. *Harl.*

50. *Jejune.* Nimis subtiliter. *Ernest. in Clave.*

51. *Chrysippum.* Qui natus Solis Ciliciæ oppido, vel, ut alii malunt, Tarsi, philosophus Stoicus et Cleanthis auditor celebris fuit Athenis. Mortuus est Olymp. CXLIII. annis ante Christum CCVIII. agens annum LXXIII. ut refert ex Apollodoro Laërtius. *Proust.*

52. *Quod non habuerit.* Referendum est ad unum proximum Chrysippum; etsi idem et ad superiores, qua sensum, pertinet: nec ejus generis exempla alia desunt. Itaque conjectura Walkeri, *habuerint*, quam probat Pearcius, elegans illa quidem est, sed non necessaria. *Ernest.*

53. *In arte aliena*, scil. aliena ab Oratoribus, quoniam philosophia, quæ fuit ars *Chrysippi*, cum eloquentia ne minima societate conjuncta est. *Pearce.*

54. *Exilitate. Exilitas*, nimia tenuitas

[55] qui hac dicendi [56] varietate, et [57] elegantia non utuntur? Unum erit profecto, quod ii, qui bene dicunt, [58] afferant [x] proprium; compositam orationem, et ornatam, et artificio quodam, et expolitione distinctam. Hæc autem oratio, si res non subest ab oratore percepta et cognita; aut nulla sit necesse est, aut [59] omnium irrisione ludatur. Quid est enim [60] tam furiosum, quam verborum, vel optimorum atque ornatissimorum, sonitus inanis, nulla subjecta sententia, nec scientia? Quicquid erit igitur quacumque ex arte, quocumque de genere, [61] id orator, si [y] tanquam clientis causam, [62] didicerit, dicet melius et ornatius, quam ille ipse ejus rei inventor, atque artifex. Nam si quis erit, qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, et certarum rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam; fatebor equidem in his magis assidue versari hanc nostram [63] dictionem: sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quæ isti magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt, nec tenent. Quis enim nescit, maximam [z] vim existere oratoris in hominum mentibus vel ad iram, aut ad odium, aut dolorem incitandis, vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem, misericordiamque revocandis? [64] quare,

[x] *quod suæ artis proprium est.* [y] *tanquam orationem qua defendit reum*, et quam recitat ex memoria. [z] *dicendi facultatem.*

in dicendo, opponitur ubertati in dicendo et copiæ. *Ernest. in Clave.*

55. *Qui—utuntur.* Qui tam varie (ornate §. 2.) et eleganter (pure, distincte, c. 2, 3.) dicunt. *Wetzel.*

56. *Varietas*, copia in dicendo. *Ernest. in Clave.*

57. *Elegantia.* Jam quia *Elegantia* in artibus est *subtilitas*, facile intelligitur, *elegantiam in dicendo*, Brut. 20. non esse ornatum illum oratorium et magnificum, sed quæ et ipsa subtilitas dicitur in scribendo, h. e. tenue illud, et, in ipsa tenuitate et negligentia, suis Veneribus gratum dicendi genus, quo Cæsar, Terentius, Nepos, et Cicero in Philosophicis, &c. usi sunt: quod et vidit Vavassor de Vi et Usu Verb. pag. 521. ed. Lips. *Ernest. in Clave.*

58. *Afferant.* Sic sine hæsitatione edidi pro *afferunt*; quod est contra latinitatem. Sic in sequentibus est aliquoties. Librarios decepit compendiaria scriptura, qualis est in MS. E. *affer.* Edd. pr. hic valde fluctuant. Nam ed. s. l. et a. sic habet: *quod i. q. b. dicunt, propriam compositam o. —— distinctam habent.* quod sequuntur Med. Asc. Lips. *Ernest.*

Ibid. *Erit—afferant.* Heinze ad h. l. bene refutat Gallicum quemdam scriptorem, ex hoc Ciceronis loco probaturum, veteres in eo errore versatos esse, ut putarent, insigni ornatu non posse versam eloquentiam carere. Enimvero recte monet Heinze, Ciceronem non loqui de vera eloquentia, quæ opponatur falsæ, sed de ubertate in dicendo et copia, quæ exilitati atque jejunitati opponatur. *quod—proprium* h. e. quod bonorum oratorum sit proprium. Cic. Off. i. 1, 4. et Orat. iii. 10. 3. *Harl.*

59. *Omnium irrisione ludatur.* Testis Peripateticus ille Phormio, qui coram Hannibale de re militari disserere aggressus, eximio duci visus est absurdissime delirare. Vide lib. xi. de Oratore, n. 75. *Proust.*

60. *Tam furiosum.* Furiosi et insani sunt, qui plurima effutiunt, quæ non intelligunt. *Proust.*

61. *Id orator*, &c. Edd. pr. *orator, si id.* MS. E. *orator id si.* Vulgatum est ab Aldo, idque Ciceronis consuetudini magis consentit. *Ernest.*

62. *Didicerit. Discere* causam dicitur Patronus, qui rationem causæ e clientis narratione cognoscit, cliens contra *docere*. V. Gron. Sestert. iv. 3. p. 272. *Ernest. in Clave.*

63. *Dictionem*, h. e. hoc loco, dicendi rationem, c. 4, 3. conf. c. 6, 5. *Harl.*

64. *Quæ, nisi qui*, &c. Lambinus correxit *quare*: bene, ut arbitror. Nam in vulgato infra, *quod volet*, locum non haberet, sed deberet esse *ea dicendo perf. n. p.* Vitium ortum est ex eo, quod in MSS. *quare* sæpe scribitur *quæ*, ut infra c. 38. in MS. E. In edd. pr. fere est *que*. *Ernest.*

nisi qui naturas hominum, [65] vimque omnem [a] humanitatis, causasque eas, quibus mentes aut incitantur, aut [b] reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo, quod volet, perficere non poterit. Atqui totus hic locus [c] philosophorum proprius videtur: neque orator, me auctore, umquam repugnabit: sed, cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi voluerint elaborare; [d] tractationem orationis, [e] quæ sine illa scientia nulla est, sibi assumet: hoc enim est proprium oratoris, quod sæpe jam dixi, oratio gravis, et ornata, et hominum sensibus ac mentibus accommodata.

(13.) [f] Quibus de rebus [66] Aristotelem et Theophrastum scripsisse fateor. Sed vide, ne hoc, Scævola, [g] totum sit [67] a me: nam ego, quæ sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis: isti, quæ de his rebus disputant, oratorum esse concedunt. Itaque ceteros libros, [h] artis isti suæ nomine, hos [i] rhetoricos et inscribunt, et appellant. Etenim cum illi in dicendo inciderint loci (quod persæpe evenit) ut de diis immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia, [68] de communi civium, de hominum, de gentium jure, de æquitate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria; nihil omnino ad oratorem pertinere. [k] Quibus ego, ut de his rebus omnibus in angulis, consumendi otii causa, disserant, cum concessero, illud tamen oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam [69] exsanguique sermone disputant, hic cum omni gravitate et jucunditate explicet. Hæc ego [70] cum ipsis philosophis tum Athenis disserebam. Cogebat enim me [71] M. Marcellus hic noster, qui nunc [72] ædilis curulis est, et profecto, nisi [l] ludos nunc faceret,

[a] *Hominum indolis.* [b] a perturbatione ad tranquillitatem *revocantur.* [c] qui agit de animorum permotionibus. [d] *elegantiam, et ornatum orationis.* [e] *quæ sine cognitione permotionum tractandarum inanis est.* [f] de animorum affectibus. [g] *sit proprium artis meæ oratoriæ.* [h] *philosophiæ.* [i] in quibus agitur de movendis affectibus. [k] *quando hoc philosophis dedero, ut de his rebus omnibus privatim, et jejune disputent; hoc dabo oratori, ut de iisdem rebus palam, et copiose disserat.* [l] e quibus tres sunt; senatorius, equester et plebeius.

65. *Vimque omnem humanitatis.* Humanitatis nomen pro ipso usurpavit humano genere: infra enim idem iteravit hoc modo, c. 14; *Num admoveri possit oratio ad sensus animorum, atque motus vel inflammandos, vel etiam exstinguendos (quod unum in oratore dominatur) sine diligentissima pervestigatione earum omnium rationum, quæ de naturis humani generis ac moribus a philosophis explicantur. Manutius.*

66. *Aristotelem.* Qui de concitandis animi motibus egregie disserit, lib. ii. Rhetorices. *Proust.*

67. *A me,* h. e. pro me, meæ sententiæ favet. Cicero ad Herenn. ii. 9. c. 6. *Communes loci sunt:* a *testibus,* contra *testes;* a *quæstionibus,* contra *quæstiones,* etc. *Harl.*

68. *De comm.—hominum. Jus commune civium* est publicum, quo cives singularum civitatum communiter utuntur; *jus hominum* est privatum, quod ad utilitatem singulorum spectat. *Harl.*

69. *Exsangui.* Venusta est translatio, a corpore humano, quod sanguine et succo caret, sumta, et Ciceroni usitata. Atque *exsanguis* sermo est, qui non ornatus est, neque artificio et expolitione distinctus, adeoque non jucundus. *Harl.*

70. *Cum ipsis ph.* Scribendum est, cum *istis,* sc. quos commemoravi. *Ernest.*

Ibid. *Cum ipsis.* Sensus est: tam abjecte de philosophis non tantum coram vobis dicere soleo, sed etiam cum philosophis *ipsis* ita disserebam. *Harl.*

71. *M. Marcellus.* Quem Cicero servatum a Cæsare post bella civilia gratulatus est insigni oratione. *Proust.*

72. *Ædilis curulis.* Ædiles ab ædibus

huic nostro sermoni interesset; ac jam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. Jam vero [73] de legibus instituendis, de bello, de pace, de sociis, de vectigalibus, de [74] jure civili [75] generatim in ordines ætatesque descripto, [76] dicant vel Græci, si volunt, [77] Lycurgum, aut [78] Solonem (quamquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos) scisse melius, quam Hyperidem, aut Demosthenem, perfectos jam homines in dicendo, et perpolitos: vel [79] nostros [80] decemviros, qui XII. tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse prudentes, anteponant [81] in hoc genere et Ser. Galbæ, et socero tuo C. Lælio, quos constat dicendi gloria præstitisse. Numquam enim negabo, esse quasdam artes proprias eorum, qui in his cognoscendis atque tractandis studium suum omne [82] posuerunt: sed oratorem plenum atque perfectum esse eum dicam, qui de omnibus rebus possit [83] varie copioseque dicere.

sacris et privatis procurandis nomen habuere. Ex plebe primum duo fuere: subinde anno U. C. CCCLXXXVIII. ante Christ. CCCLXVI. ædiles curules primi creati sunt. Cum enim propter civiles discordias compositas, quod refert Livius, lib. vi. censeret senatus, ut ludi maximi fierent, recusantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum est a juvenibus patriciis se, honoris deorum immortalium causa, libenter futuros ædiles, tumque duo e patribus ædiles creati, curules dicti, quod sella curuli uterentur. Eorum munus fuit ludis edendis solennibus et publicis præesse, sacrarum ædium curam gerere, templa, theatra et mœnia magnificis operibus reficere. *Proust.*

73. *De legibus instituendis.* MS. Erl. *tuendis.* Sed vulgatum verum. Est enim sermo de legislatoribus. *Ernest.*

74. *Jure civili.* Sic edidi pro vulgato *civium*, quod ab Aldo est. Ita non opus conjectura Lambini, qui post corrigebat *descriptorum.* Non hic attinebat dicere, cives esse in ordines et ætates descriptos: sed *jus esse in o. et æ. d.* Ordines sunt patriciorum et plebeiorum, senatus, equitum, plebis, item classes in censu: ætates pertinent ad juniores et seniores. *Ernest.*

75. *Generatim*, h. l. est per certa genera, ordines, collegia v. Strebæum. *Harl.*

76. *Dicant vel Gr.* Pearcius *vel* delet e MSS. duobus. Ego transponendum potius puto sic: *vel dicant Gr.* ita bene respondebit alterum; *vel nostros decemviros anteponant*, &c. *Ernest.*

Ibid. *Dicant vel Græci.* Dictum ironice. *Proust.*

77. *Lycurgum.* Lycurgus, Eunomi filius, Lacedæmoniorum legislator, Polydectæ fratris Spartanorum regis posthumum filium Charilaum, cujus pueri regnum tutoris nomine administratum usurpare poterat, solio restituit. Peregre deinde profectus ex collectis diversarum rerumpublicarum institutis leges scripsit sapientissimas, quibus Lacedæmonios astrinxit. *Plutarch. Justin.* Quo potissimum tempore floruerit, incertum; alii ad Olympiadem primam, quæ incidit in annum DCCLXXVI. ante Christum, ejus ætatem referunt: contendunt alii centum annis eoque amplius antecessisse. *Plutarch.* &c. *Proust.*

78. *Solonem.* Solon Salamine natus, Atheniensium legislator, unus e septem Græciæ sapientibus, prætor Athenis fuit anno III. Olympiadis XLV. ante Christum DXCVIII. Mortuus est anno ætatis LXXX. ante Christum DLIX. eodem quo Cyrus in Perside regnare cœpit. *Plutarchus, Diogenes. Proust.*

79. *Vel* nostros *decemviros.* Cum dixerit, *vel Græci Lycurgum aut Solonem;* apte responderet, *vel* nostri *decemviros.* Sed veteres adversantur libri; itaque nihil muto. Verbum quidem *anteponant*, quod sequitur, non respicit ad illud superius *Græci:* sed omnino subaudiendum est *nostri*, vel simile aliquid. *Manutius.*

80. *Decemviros, qui* XII. *tabulas*, &c. Sublatis regum decretis, et populo per viginti annos nullis legibus astricto, constituti sunt anno U. C. CCCIV. ante Christum CCCCL. decemviri, qui a Græcis leges peterent: quas acceptas tabulis decem æreis inscripsere. Cum autem in primis legibus aliquid desideraretur, anno sequenti alias duas adjecere tabulas: unde et dictæ sunt leges XII. tabularum. *Dionysius, Livius*, &c. *Proust.*

81. *In hoc genere.* Addidi *in* ex edd. vett. quod et P. Victorius servavit. *Ernest.*

82. *Posuerunt.* Hoc Aldus bene induxit. Superiores vel *deposuerunt* vel *dispos.* ut fere MSS. Illud MS. Erl. *Ernest.*

83. *Varie.* Copiose, ornate. *Ernest. in Clave.*

(14.) Etenim sæpe in iis causis, quas omnes proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex usu forensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex [84] obscuriore aliqua scientia sit promendum [85] atque sumendum. Quæro enim, num possit aut contra imperatorem, aut pro imperatore dici, sine rei militaris usu, aut sæpe etiam sine regionum terrestrium aut maritimarum scientia: num apud populum de legibus jubendis, aut vetandis: num in senatu [86] de omni reipublicæ genere [dici] sine summa rerum civilium cognitione, et prudentia: num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos, vel etiam exstinguendos, (quod unum in oratore dominatur,) sine diligentissima pervestigatione earum omnium rationum, quæ de naturis humani generis ac moribus a philosophis explicantur. [l] Atque haud scio, an minus hoc vobis sim probaturus: equidem non dubitabo, quod sentio, dicere. Physica ista ipsa, [87] et mathematica, et quæ paullo ante ceterarum artium propria [m] posuisti, scientiæ sunt eorum, qui illa profitentur: illustrare autem oratione si quis istas ipsas artes velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem. Neque enim, si [88] Philonem illum architectum, qui Atheniensibus [89] armamentarium fecit, constat, perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est, architecti potius artificio disertum, quam oratoris, fuisse. Nec, si huic M. Antonio pro [90] Hermodoro fuisset de [91] navalium opere dicendum, non, cum ab illo [n] causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset? Neque vero [92] Asclepiades is, quo nos medico amicoque usi sumus, tum, cum eloquentia vincebat ceteros medicos, in eo ipso, quod ornate dicebat, medicinæ facultate uteba-

[l] *Fortasse hoc quod sum dicturus, non perinde ac superiora vobis probabo.* [m] *affirmasti.* [n] *eas res quæ ad navalia pertinent.*

84. *Obscurus.* Sublimis, subtilis. *Ernest. in Clave.*

85. *Atque sumendum.* Pro vulg. *et assumendum:* ut recte edidit jam Pearcius. Sic edd. pr. et MS. E. estque usitatum Ciceroni pro mutuandum, ut alibi videbimus. *Ernest.*

86. *De omni reip. genere dici. Dici,* h. l. parum eleganter repetitur, et sine dubio spurium est. *Ernest.*

87. *Et math. et qu.* Ordinem verborum cum Pearcio hunc feci, pro vulgato *ipsa, quæ p. a. et m. et cet.* qui est perturbatus. *Ernest.*

88. *Philonem.* Philo, insignis architectus, armamentarium mille navium, ut refert Plinius lib. VII. Atheniensibus fecit. *Proust.*

Ibid. *Philonem.* Cujus mentio frequens antiquis. Loca veterum collecta vid. ap. Junium de Pictura in Catal. Artif. *Ernest. in Clave.*

89. *Armamentarium.* Hoc loco est navium receptaculum: armamenta proprie sunt navium instrumenta. *Proust.*

90. *Hermodoro.* Qui Romanorum navalium fuit architectus. *Proust.*

91. *Navalium.* Navalia locus idoneus ad recipiendas, trahendas in siccum, aut fabricandas naves. *Proust.*

92. *Asclepiades.* Patria Prusiensis, primum rhetoricæ, deinde pressus inopia, medicinæ operam dedit. Tantum arti suæ fidebat, ut sponsionem quandam cum fortuna fecisset, ne medicus crederetur, si unquam invalidus fuisset ipse; et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. Crasso et Pompeio familiaris, eorum ætate floruit circa annum U. C. DCL. ante Christum CIV. *Plinius,* lib. VII. *Proust.*

Ibid. *Asclepiades.* Hoc loco inductus Cocchius Medicus Florentinus clarissimus, negat verum esse, quod vulgo, auctore Plinio H. N. XXVII. 3. statuunt, eum æqualem Cn. Pompeio fuisse, in notis ad Scriptores Chirurg. Græcos, p. 154. Quod enim Crassus de eo loquitur, majorem Pompeio esse debuisse, et Plinium adeo errasse. Quasi non potuerit Crassi tempore paullo junior fuisse; aut probabile sit, Plinium, diligentem scrip-

tur, [93] non eloquentiæ. Atque illud est probabilius, neque tamen verum, quod [94] Socrates dicere solebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes: illud verius, neque quemquam in eo disertum esse posse, quod nesciat, neque, si id optime sciat, ignarusque sit faciundæ ac poliendæ orationis, diserte id ipsum posse, de quo sciat, dicere.

(15.) Quam ob rem, si quis universam et propriam oratoris vim definire, complectique vult, [95] is orator erit, mea sententia, hoc tam gravi dignus nomine, qui, quæcumque res [96] inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter, et [97] composite, et ornate, et memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate. Sin cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita posui, [o] *quacumque de re*, licet hinc, quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet: tamen illud [p] tenebo, si, quæ ceteris in artibus aut studiis sita sunt, orator ignoret, tantumque ea teneat, quæ sint in disceptationibus, [98] atque in usu forensi; tamen his de rebus ipsis si sit ei dicendum, cum cognoverit ab iis, qui tenent, quæ sint in quaque re, multo oratorem melius, quam ipsos illos, quorum eæ sunt artes, esse dicturum. Ita si de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quæret a C. Mario affini nostro, et, cum acceperit, ita pronuntiabit, ut ipsi [99] C. Mario pæne hic melius, quam [100] ipse illa scire videatur: sin de jure civili; tecum communicabit, teque hominem prudentissimum, et peritissimum in iis ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte superabit.

[o] Oratorem esse, qui *quacunque de re* prudenter, composite et ornate dicat. [p] *affirmabo.*

torem in re errasse, quæ non multum ab suis temporibus abesset. *Ernest. in Clave.*

93. *Non eloquentiæ.* Constructio est: *neque vero faculiate utebatur non eloquentiæ*, et sensus: ornate disserebat, non ut peritus medicus, sed ut orator. adde Wetzel. *Harl.*

94. *Socrates.* Apud Xenoph. Mem. IV. 6. 1. *Harl.*

95. *Is orator erit.* Videtur hic quinque partes artis oratoriæ facere: inventio est prudentiæ, collocatio compositionis, elocutio ornatus; quibus accedunt memoria, et actio, sive pronunciatio. *Proust.*

96. *Inciderit—sit.* W. *inciderint—sint.* MS. E. m. sec. *quacunque de re i. Ernest.*

97. *Composite.* Disposite, ordine. *Ernest. in Clave.*

98. *Atque in usu f.* Bene *atque* pro *aut* dedit Pearcius. Nam sic in libris est; etiam Erl. a. m. sec. Sed etiam *aut* interdum copulative dicitur. *Ernest.*

Ibid. *In disceptationibus* atque *in usu forensi. Disceptatio* est quæstio, in qua, quid deveniat in judicium, et de quo disceptetur, quæri solet, (v. Cic. Partit. 30. et supra ad cap. 6.) *usus* autem *forensis* est ratio, modus illam tractandi, exercitatio in foro, experientia inde acquisita. *Harl.*

99. *C. Mario.* Hic ille est C. Marius, celebris Romanorum imperator, *in bello hostibus, in otio civibus infestissimus, quietisque impatientissimus*, ut refert Paterculus; quem humili loco natum ad amplissimos reip. magistratus singularis virtus evexit. Apud Sallustium dum loquitur, artis oratoriæ imperitum se dicit; et a Plutarcho reprehenditur, quod literas Græcas contempserit. Inopiam eloquentiæ compensavit fortitudo. Confecit bellum Jugurthinum; Teutones et Ambrones, Germaniæ populos, interfectis millibus ducentis, et paullo post Cimbros ingenti strage delevit. Cum provinciam belli Mithridatici suscipere contenderet, a Sylla, suo quondam legato, expulsus ex urbe, in quam paullo post irrupit, et, Syllanis omnibus obtruncatis, septimum consul renunciatus in magistratu obiit anno U. C. DCLXVIII. ante Christum LXXXVI. *Plutarch. Appianus*, &c. *Proust.*

100. *Ipse illa. Illa* recte pro *ille* dedit Pearcius e libris. Sic et MS. E. Item mox *quæ* pro *qua*, quod sero inductum est post Aldum et Juntam. MS. Er. a. m. s. *aliqua. Ernest.*

Sin quæ res inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum sit, forsitan, si ei sit visum, (etsi hæc quidem nosse debet orator,) cum [1] Sex. Pompejo, [2] erudito homine in philosophia, [3] communicarit: hoc profecto efficiet, ut quamcunque rem [4] a quoque cognorit, de ea multo dicat ornatius, quam ille ipse, unde cognorit. Sed si me audierit, quoniam philosophia [5] in tres partes est tributa, [6] in [q] naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores; [r] duo illa relinquamus, [7] atque [8] largiamur inertiæ nostræ: tertium vero, quod semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo magnus esse possit, relinquemus. Quare hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus: cetera si non didicerit, tamen poterit, si quando opus erit, ornare dicendo, si modo erunt ad eum delata, [9] et tradita.

(16.) Etenim si constat inter doctos, hominem ignarum astrologiæ, [10] Aratum ornatissimis atque optimis versibus de cœlo stellisque dixisse: si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum, [11] Ni-

[q] *In physicam, quæ obscura est; in dialecticam, quæ subtilis; et in moralem philosophiam.* [r] *duas priores partes.*

1. *Sex. Pompeio. Qui præstantissimum ingenium contulit ad summam juris civilis, et ad perfectam geometriæ, rerum Stoicarum scientiam. Tullius* in Bruto. *Proust.*

2. *Erudito. Eruditus*, etiam de philosophis dici, docebunt hi loci; Muren. 30. 31. 46. ubi Zeno Stoicus et alii hujus generis philosophi sic appellantur. *Ernest. in Clave.*

3. *Communicabit. Hoc prof. eff.* Vitiosa est hæc vulgatorum et lectio et interpunctio, qua consequens ab antecedente dirimitur. Ed. a. l. et a. Lips. habet *communicarit*, ut MS. Erl. Ed. autem Lips. post *communicarit* habet modo colon. Utrumque ergo secutus sum. Sed conjicio, etiam copulam excidisse ante *forsitan*, quemadmodum est in primo exemplo. Ita totum erit hujusmodi: *Sin quæ res inciderit—et forsitan, si ei sit visum —cum—communicarit: hoc prof.* &c. Præterea edd. veteres consensu habent *quoquo*, quod servari poterat, ut *cognoverit* eadem de causa, quod tamen nihil refert: et paullo post omnes *cognorit*. *A quoque* intellige, a Pompeio vel alio. *Ernest.*

5. *In tres p. e. tributa.* Sic MS. Erl. quod vulgato *distributa* jure prætuli. *Ernest.* Sic Or. 33. *ut in eas partes* tribuatur *oratio.* ad Div. xiii. 70. tribuere *in vulgus.* conf. Invent. i. 5. 55. Tusc. ii. 21. *Ernest. in Clave.*

6. *In naturæ obscuritatem.* i. e. in Physicam; tres enim istæ partes, in quas Crassus philosophiam distribuit, sunt Physica, Logica et Ethica. *Pearce.*

7. *Atque larg.* Pro vulg. *idque:* quod et ipsum explicare possum, neo est inelegans: sed libri nostri veteres omnes stant pro *atque. Idque* est ab Aldo. *Ernest.*

8. *Largiamur inertiæ.* h. e. non postulemus ab inertibus hominibus. *Ernest. in Clave.*

9. *Et tradita.* Pearcius addidit *ei:* quod est etiam in MS. Erl. Sane sine eo durior est oratio. Sed valde suspicor hæc verba esse glossatoris, *delata* interpretantis. *Ernest.*

10. *Aratum orn. a. o. v.* Nomen Arati est in vulgatis alieno loco. *Ornatiss. a. opt. v. Aratum de cœlo,* &c. Similiter est mox in Nicandro: nec aliter esse potest. *Ernest.*

Ibid. *Aratum.* Qui poëta Græcus Solis urbe Ciliciæ natus est, ut auctor est Suidas, Olympiade CXXIV. annis ante Christum CCLXXXIV. Inter alia adstricta numeris oratione scripsit libros de astrologia, quos Φαινόμενα inscripsit. Ea primum Cicero, deinde veterum alii in Latinum sermonem vertere. De Arato sic judicat Quintilianus lib. x. cap. i. *Arati materia motu caret, ut in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla persona cui usquam sit oratio: sufficit tamen operi, cui parem se credidit. Proust.*

11. *Nicandrum.* Nicander patria Colophonius, ut hic ait Cicero, (an potius Clarius, quod de se ipse testatur?) cum poëtica medicinam exercuit. Librum scripsit Θηριακὰ et Ἀλεξιφάρμακα, qui etiamnum exstat: nam periisse illos necesse est, qui sunt ab eodem de rebus rusticis, ut ait Cicero, elaborati. Eum aliqui supparem Arato faciunt, alii duodecim Olympiadibus posteriorem; alii denique, ut Suidas, sub Attalo juniore floruisse tradunt. *Proust.*

candrum [12] Colophonium, poëtica quadam facultate, [s] non rustica, scripsisse præclare: quid est, cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam causam tempusque cognorit? Est enim finitimus oratori poëta, numeris adstrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius, ac pæne par: in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat jus suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari, qua velit. Namque illud quare, Scævola, negasti te fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in omni genere sermonis, in omni parte [t] humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debere? Numquam mehercule hoc dicerem, si eum, [u] quem fingo, meipsum esse arbitrarer. Sed, [13] ut solebat C. Lucilius sæpe dicere, homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus [14] quam volebat, familiaris, sed tamen et doctus, et perurbanus: sic sentio, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quæ sunt [x] libero dignæ, perpolitus: quibus ipsis, si in dicendo non utimur, tamen apparet, atque [y] exstat, utrum simus earum rudes, an didicerimus. Ut, qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus, didicerintne [15] palæstram, an nesciant: et qui [z] aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil utuntur, tamen, utrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est: sic in orationibus hisce ipsis judiciorum, concionum, senatus, [a] [16] etiamsi proprie ceteræ non adhibentur artes, tamen facile declaratur, utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc [17] declamatorio sit opere jactatus, an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit.

(17.) Tum ridens Scævola, Non [b] luctabor, inquit, tecum, Crasse, amplius: id enim ipsum, quod contra me locutus [c] es, artificio quodam [18] es consecutus, ut et mihi, quæ ego vellem non esse oratoris, concederes: et ea ipsa nescio quomodo rursus detor-

[s] *eleganti.* [t] *humanioris eruditionis.* [u] *cujus ideam propono.* [x] *liberaliter instituto.* [y] *videtur.* [z] *manu formant ex luto, vel ex cera.* [a] *etsi orator in aliqua forensi causa non eodem modo loquatur de materia cæterarum artium propria, quo ipsi artifices.* [b] *non pervicacius pugnabo.* [c] nempe oratorem in omni genere artis debere esse perfectum.

12. *Colophonium.* Colophon Ioniæ in Asia minore urbs. Nunc *Altobosco*, aliis *Belveder*. *Proust.*

13. *Ut solebat C. Lucilius—dicere—sic sentio.* An vero Lucilius hoc dicere solitus est, quod Cicero dicit? Immo, quod Lucilius de poëtis dixit, id Cicero de oratoribus dicendum judicat. An excidit *de poëtis*, aut ex eo factum est *sæpe?* nam id quidem redundat. *Ernest.*

14. *Quam volebat.* Immo, quam *volebam*, sc. propter ingenium hominis et gravitatem. *Ernest.*

15. *Palæstram*, h. l. artem ipsam et decentiam, inde collectam. *Harl.*

16. *Etiamsi proprie ceteræ non adhibentur. Proprie* pro *propriæ* sine hæsitatione reponendum, etiam sine libris, dudum vidi, et miratus sum in eo non adhæsisse viros doctos. Post in ed. W. et s. l. et a. Lips. et MS. Erl. reperi. Sic supra confusa *industrie* et *industriæ:* sed eadem fiducia rescripsi *adhibentur* pro vulgato *adhibeantur:* nam et ante est, *etsi t. p. n. utuntur. Ernest.*

Ibid. *Proprie.* Schütz, *Proprie*, ait, adhibere aliquid est et tamquam proprio et domestico uti. *Harl.*

17. *Declamatorio—opere.* Exercitatione puerili, in qua fictis argumentis ad scribendum et declamandum exercebantur interdum ætate provectiores. *Proust.*

18. *Es consecutus*, &c. Sensus est; Arte quadam mihi dedisti quæ vellem; cum dixisti artes omnes esse proprias quorundam

queres, atque oratori propria traderes. Hæc, [19] cum ego prætor [20] Rhodum venissem, et cum summo illo doctore istius disciplinæ [21] Apollonio, ea, quæ a Panætio acceperam, contulissem: irrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam atque contemsit, multaque non tam graviter dixit, quam facete: tua autem fuit oratio ejusmodi, non ut ullam artem doctrinamve contemneres, sed ut omnes comites ac ministras oratoris esse diceres. Quas ego, si quis sit unus complexus omnes, idemque si [22] ad eas facultatem istam ornatissimæ orationis adjunxerit; non possum dicere, eum non egregium quendam hominem atque admirandum fore: [23] sed is, si qui esset, aut si etiam umquam fuisset, aut vero si esse posset, tu esses unus profecto; qui et meo judicio, et omnium, vix ullam ceteris oratoribus (pace [24] horum dixerim) laudem reliquisti. Verum si tibi ipsi nihil deest, quod in forensibus rebus civilibusque versetur, quin scias, [25] neque eam tamen scientiam, quam adjungis oratori, complexus es; videamus, ne plus ei tribuas, quam res et veritas ipsa concedat.

Hic Crassus, Memento, inquit, me non de mea, sed de oratoris facultate dixisse. Quid enim nos aut didicimus, aut scire potuimus, qui ante [d] ad agendum, quam ad cognoscendum venimus?

[d] *ad perorandas causas venimus, priusquam percepissemus artes oratori necessarias.*

hominum, eorum scilicet qui illas aut invenerint, aut profiteantur, aut diligentius excolant, visus es mihi concedere eas non esse propriας oratoris unius, quod ego contendo. Rursum cum easdem artes et oratori, si disputare de illis velit, necessarias esse dixisti, et ab eodem etiam ornatius, quam ab illis ipsis, quorum sunt propriæ, tractari; visus es illas mihi extorquere, et oratori tribuere tanquam suas. *Proust.*

19. *Cum ego prætor Rhodum venissem.* Opinor Q. Mucium augurem ex prætura in Achaiam ivisse: nam alter Q. Mutius pontifex max. non Achaiam, sed Asiam rexit, ut legitur Ep. 17. lib. v. ad Att. Hoc ut putem, adducor Ciceronis testimonio, qui lib. i. de Fin. Albutium a Scævola prætore Græce salutatum Athenis dicit. Athenas autem ad Achaicam administrationem pertinuisse, cognoscitur ex epistolis duabus, quarta et duodecima, lib. iv. Fam. et duabus item lib. vi. prima et quarta. Occurrit illud, *extra Achaicam Rhodus est:* quid igitur Mucius prætor Rhodum, cum neque occurrat illa insula navigantibus Athenas; neque, ut eo ex provincia proficiscatur, ei leges permitterent? Excedere enim provinciæ finibus nemini per leges licebat. Opinor Mucium, absoluto Achaiæ annuo imperio, Rhodum ivisse antequam Roma rediret: quod leges non vetabant. Jam enim definitum legibus annum provinciæ præfuerat. Sic Cicero, cum Ciliciæ annum præfuisset, *Rhodum*, inquit, *volo, puerorum causa.* Ep. 7. lib. vi. ad Att. *Manutius.*

20. *Rhodum.* Carpathii maris insulam, hodie *Rhodes.* *Proust.*

21. *Apollonio.* Apollonius Molo, Rhodius fuit: quo rhetoricæ magistro usus est aliquando ipse Tullius; cum dictatore Sylla Romam Apollonius venisset, ut refert Cicero in Bruto. *Proust.*

22. *Ad eas facultatem ornatissimæ orationis. Facultatem* recte e MSS. et edd. Manut. restituit Pearcius: idque habet et W. Miror non vidisse dudum homines, esse vitium operarum in edd. Pro *ornatissimæ orationis* Lambinus volebat *ornandæ;* speciose: sed *facultas ornatæ or.* sic dicitur, ut facultas nummorum, pecuniæ, &c. *Ernest.*

Ibid. *Facultas*, pro *copia*, dicitur diversis modis, ut ipsum copiæ verbum. Sull. 14. *cujus generis virorum* facultas *in senatu maxima.* Quint. 4. facultas *nummorum.* Partit. 28. facultas *argumentationum*, &c. *Ernest. in Clave.*

23. *Sed is, si qui esset.* Sic dedimus e vestigiis ed. W. quæ habet, *is, qui esset:* sine dubio pro *si qui esset;* idque elegantius est, quam *si quis e.* Nam et aliæ princ. ed. s l. et a. Mediol. *sed si qui.* Et non video, quare *is* deleri non possit. *Ernest.*

24. *Horum*, n. Cottæ et Sulpicii c. vii. 2. *Harl.*

25. *Neque eam—complexus es.* Observandum est, Crassum ipsum in sequentibus confiteri, se minus versatum esse in philosophia, jure Romano et historia, idque confirmare Ciceron. Bruto 43, 13. *Harl.*

quos in foro, quos in ambitione, quos in republica, quos in amicorum negotiis, [26] res ipsa ante [e] confecit, quam possemus aliquid de rebus tantis suspicari. Quod [f] si tibi tantum in nobis videtur esse, quibus etiamsi ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe, et otium, et [27] hercule etiam [28] studium illud discendi acerrimum defuit: quid censes, si ad alicujus ingenium vel majus illa, quæ ego non attigi, accesserint? qualem illum, et quantum oratorem futurum?

(18.) Tum Antonius, Probas mihi, inquit, ista, Crasse, quæ dicis: nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit. Sed primum id difficile est factu, præsertim in hac nostra vita, nostrisque occupationibus: deinde illud etiam verendum est, ne abstrahamur ab hac exercitatione, et consuetudine dicendi populari, et forensi. Aliud enim mihi quoddam genus orationis esse videtur [g] eorum hominum, de quibus paullo ante dixisti, quamvis illi ornate et graviter, aut de natura rerum, aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum et lætum, [29] sed [h] [30] palæstræ magis et olei, quam hujus civilis turbæ ac fori. Namque egomet, qui sero, ac leviter Græcas litteras attigissem, tamen cum [31] pro consule [32] in Ciliciam proficiscens Athenas

[e] *perduxit ad senectutem.* [f] *si tam peritus tibi esse videor.* [g] Philosophorum et mathematicorum. [h] *exercitationis ludicræ et umbratilis.*

26. *Res ipsa ante confecit.* Videtur sic dici, ut c. 21. *obruimur foro et ambitione, ante quam ad discendum ingressi sumus. Confecit* est, debilitavit ad discendi laborem. *Ernest.*

Ibid. *Res ipsa. Res ipsa* est h. l. ætas et munera negotiaque. Crassus vero jam ætatis xxi. forum adtigit. v. cap. x. 21. iii. 20, 3. *Harl.*

27. *Hercule.* Jurandi formula. Primo dicebant; *ita me Hercules adjuvet:* deinde brevius; *me Hercules:* postea, *mehercule:* denique *Hercule,* aut *Hercle* dixerunt. *Proust.*

28. *Studium illud discendi.* Hic, ut Schütz. jam adnotavit, agitur de studio doctrinæ in scholis rhetoricis, et de studio earum rerum, quæ sint oratori necessariæ. Sic infra c. 21. distinguit *studium acrius,* scil. discendi, a *labore atque industria,* scil. in declamandi exercitatione posita. *Harl.*

29. *Sed palæstræ,* &c. Pearcius dedit *et p.* non male. Sic et MS. Erl. Sed et vulgatum intelligi apte ad h. l. potest; i. e. sed nimis nitet et artem sapit, adeoque magis accommodatum est auribus doctis et elegantibus, quam populi. Mox *proconsul* habent omnes edd. pr. Aldi quoque, et MS. E. *Ernest.*

Ibid. *Palæstra* h. l. exercitatio umbratilis, schola. *Ernest. in Clave.*

30. *Palæstræ—et olei.* Athletæ et pugiles, qui corpus exercebant palæstra, solebant oleo corpus inungere, tum ad augendas vires, tum ut cutis lubrica, et oleo delibuta, manus captantis adversarii facilius eluderet. *Proust.*

31. *Pro consule.* Romani post gestum Romæ consulatum, mittebantur in provincias, ut in iis jus dicerent, et eas gubernarent: tumque pro consule, vel proconsul dicebatur aliquis in provinciam proficisci: proprætor, vel pro prætore, si prætura Romæ perfunctus in provinciam iret. Aliquando tamen etiam qui consules non fuerant, cum imperio consulari mittebantur in provincias, nec minus appellabantur proconsules; ut hic ipse qui loquitur Antonius, ante consulatum, quem nonnisi triennio post obtinuit, proconsul in Ciliciam profectus est anno U. C. DCLII. ante Christum CII. Imo nomina consulis et proconsulis, prætoris et proprætoris non semel a veteribus confundi videas. *Proust.*

Ibid. *Cum proconsul Ciliciam proficiscens Athenas venissem.* Proconsul, id est proprætor, dixit: nam in Ciliciam ivit ex prætura, quo anno et piratas delevit, ut in epitome lib. lxviii. et apud Obsequentem scriptum est. Nec mirum appellari proconsulem, qui consulatum non gesserit. Sic Q. Metellus Celer in Epist. i. lib. v. Fam. sic et Gellius, lib. i. de Legibus et C. Cosconius in Interrogatione in Vatinium, et C. Considius in Oratione pro Ligario, et L.

venissem, complures tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus: sed, cum quotidie mecum haberem homines doctissimos, eos fere ipsos, qui abs te [33] modo sunt nominati, cumque hoc, nescio quomodo, apud eos [l] increbuisset, me in causis majoribus, sicuti te, solere versari, pro se quisque ut poterat, de officio et ratione oratoris disputabat. Horum alii, sicut iste ipse Mnesarchus, hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam [34] operarios, lingua celeri et exercitata; oratorem autem, [k] nisi qui [35] sapiens esset, esse neminem: atque [36] ipsam eloquentiam, quod ex bene dicendi scientia constaret, [l] unam quandam esse virtutem, et, qui unam virtutem haberet, omnes habere, [37] easque esse inter se æquales et pares: ita, qui esset eloquens, eum virtutes omnes habere, atque esse sapientem. Sed hæc erat [m] spinosa quædam et [38] exilis oratio, longeque a nostris sensibus [39] abhorrebat. Charmadas vero multo uberius iisdem de rebus loquebatur: non quo aperiret sententiam suam; hic enim [n] mos erat patrius Academiæ, adversari semper omnibus in disputando; sed [40] cum maxime tamen hoc significabat, eos, qui rhetores nominarentur, et qui dicendi præcepta traderent, nihil plane tenere, neque posse quemquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset.

(19.) Disputabant contra diserti homines, Athenienses, et in republica causisque versati, [o] in quîs erat etiam is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus, hospes meus; qui cum diceret [41] esse [p] quandam

[l] *rumor sparsus fuisset.* [k] *nisi qui philosophiam teneret.* [l] *in virtutum numero esse reponendam.* [m] *implicata et obscurior.* [n] *antiquus*, et jam inde ab ipso Academiæ quasi parente Platone acceptus. [o] *inter quos.* [p] artem oratoriam.

Æmilius Paullus in Livio, lib. xxxvii. præterea C. Caninius Rebilus, et C. Sallustius Crispus, Allienus apud Hirtium in libro de bello Africano, et Cæsar et Augustus a Suetonio Proconsules dicuntur, consulatu tamen non gesto. *Manutius.*

32. *In Ciliciam.* Quæ Asiæ minoris est ora, quæ meridiem spectat, alluiturque mari mediterraneo, e regione insularum Cypri et Rhodi: urbs primaria Tarsus est: nunc Caramania appellatur. *Proust.*

33. *Modo*, n. cap. xi. *Harl.*

34. *Operarios.* Qui haberent usum dicendi, artem ignorarent. *Proust.*

35. *Sapiens*, h. e. philosophus. Illo enim superbo *sapientiæ* titulo sectæ philosophorum suam hæresin insignire solebant. Vid. Lucret. v. 9 et 10. et sic sæpe apud Horatium de philosophia Stoicorum et Epicureorum: add. Cic. de Orat. iii. c. 14 et 15. Virtutes esse pares, Cicero Paradox. iii. et alibi in libris philosophicis docuit. Eloquentiam vero esse *virtutem*, et Cicero sæpius de Orat. iii. c. 14. c. 18, etc. et Quinctil. Institt. orat. ii. cap. 20 et 21. (ubi v. Gesner.) contendit. Nimirum voc. *virtus*, ut Græcorum ἀρετή, latius patet. *Harl.*

36. *Ipsam eloquentiam.* Eloquentia est vis ipsa et facultas bene et apposite dicendi ad persuadendum alterum: rhetorica est ars quæ dat præcepta ad id præstandum. *Proust.*

37. *Easque esse.* Vulgati addunt *ipsas*: quod habent ab Aldo, qui primus addidit: abestque et a MS. nostro. *Ernest.*

38. *Exilis*, jejunus, nimis tenuis. *Ernest. in Clave.*

39. *Abhorrebat. Abhorreo*, pro discrepo. *Abhorrebat a sensibus nostris oratio*: de disputatione philosophi Stoici, quam non concoquebant. *Ernest. in Clave.*

40. *Cum maxime.* Sic corrigendum esse pro *tum maxime*, ut est in vulgg. semper putavi. Ecce sic reperi in MS. Erl. Accipio autem non in significatione temporis, sed pro *in primis, potissimum. Ernest.*

41. *Esse quandam prudentiam*, i. e. eloquentiam seu facultatem dicendi esse quandam prudentiam. *Pearce.*

prudentiam, quæ versaretur in perspiciendis rationibus constituendarum et regendarum rerum publicarum, excitabatur [q] [42] homo promtus ab homine abundanti doctrina, et quadam incredibili varietate rerum et copia. Omnes enim partes illius ipsius prudentiæ petendas esse a philosophia [43] dicebat, neque ea, quæ statuerentur in republica de diis immortalibus, de disciplina juventutis, de justitia, de patientia, de temperantia, [r] de modo rerum omnium, ceteraque, sine quibus civitates aut esse, aut bene moratæ esse non possent, usquam in [s] eorum inveniri libellis. Quod si tantam vim rerum maximarum arte sua rhetorici illi doctores complecterentur: quærebat, cur de [t] procœmiis, et de epilogis, et de hujusmodi nugis (sic enim appellabat) referti essent eorum libri: de civitatibus instituendis, de scribendis legibus, de æquitate, de justitia, de fide, de frangendis cupiditatibus, de conformandis hominum moribus, litera in eorum libris nulla inveniretur. Ipsa vero præcepta [u] sic illudere solebat, ut ostenderet, non modo eos illius expertes esse [x] prudentiæ, quam sibi [y] asciscerent, sed ne hanc quidem ipsam dicendi [z] rationem ac viam nosse. [a] [44] Caput enim esse arbitrabatur oratoris, ut et ipsis, apud quos ageret, [b] talis, qualem se ipse optaret, videretur: id fieri vitæ [c] dignitate, de qua nihil rhetorici isti doctores in præceptis suis reliquissent: et uti eorum, qui audirent, sic afficerentur animi, ut eos affici vellet orator: [45] quod item fieri nullo modo posse, nisi cognosceret is, qui diceret, quot modis hominum mentes, et quibus rebus, et quo genere orationis in quamque partem moverentur: hæc autem esse penitus in media philosophia [d] retrusa atque abdita; [46] quæ isti rhetores ne [e] primoribus quidem labris

[q] *Menedemus rhetor exercitatus* ad dicendum *vehementius excitabatur a Charmada, homine docto, et copioso.* [r] *de moderatione in rebus omnibus* adhibenda. [s] *rhetorum.* [t] *exordiis et perorationibus.* [u] de arte bene dicendi. [x] quæ ad regendam remp. requiritur. [y] *vindicarent.* [z] *artem certis legibus constantem.* [a] *rem præcipuam in qua esset elaborandum oratori.* [b] nempe vir bonus. [c] *probitate.* [d] *recondita et intima.* [e] *ne levissime quidem docerent.*

42. *Homo promtus.* Int. Charmadas, de quo ante. *Ernest.*

Ibid. *Homo promtus ab homine.* Sensus est, Homo abundans doctrina, (nempe Charmadas Philosophus,) ita respondebat iis, quæ dixerat Menedemus, (homo promtus, utpote disertus Orator,) ut Menedemum excitaret, et ad suam opinionem defendendam acueret. *Pearce.*

43. *Dicebat.* Cum semper sic legendum esse pro vulgato *docebat* credidissem, ecce sic in edd. pr. esse deprehendi, *docebat* esse ab Aldo. Vid. infra, hoc ipso cap. Habet tamen MS. E. *docebat. Ernest.*

44. *Caput.* Finis oratoris est alterum persuadere; persuadet is cui fides habetur: habetur autem viris probis, in quibus nulla est mendacii suspicio. Debet igitur orator id unum præ cæteris studere, ut sit vir bonus, aut certe talis videatur. Τοῖς γὰρ ἰητικοῖσι πιστεύομεν μᾶλλον καὶ θᾶττον περὶ πάντων μὲν ἁπλῶς· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀκριβὲς μή ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἀμφιδοξεῖν, καὶ παντελῶς, inquit Aristoteles, lib. i. Rhetor. cap. 2 Ex his verbis falsi Charmadas arguitur, qui nullam de sectanda vitæ probitate præceptionem rhetorum in libris traditam mox affirmat. Idem cum doctrinam movendorum affectuum ne a rhetoribus quidem delibatam ait, ex toto libro rhetoricorum Aristotelis secundo refutatur. *Proust.*

45. *Quod item.* Ed. W. Lips. habet *idem*, quod ex aliis reposuit Pearcius. Si *item* accipimus *pariter*, sensus etiam melior est, quam si *idem* verum est. *Ernest.*

46. *Quæ isti rh.* Walkerus V. d. conjecit *quam*; bene, ut puto; et id contextus facile docet. *Ernest.*

Ibid. *Quæ isti Rhetores ne primoribus.* Ut nunc se habet lectio vulgata, id, quod antea dictum fuerat, in hac sententia, solum

attigissent. Ea Menedemus exemplis magis, quam argumentis, conabatur refellere: memoriter enim multa ex orationibus Demosthenis præclare scripta pronuntians, [47] dicebat, illum in animis vel judicum, vel populi, in omnem partem dicendo permovendis, non fuisse ignarum, [f] [48] quibus ea rebus consequeretur, quæ negaret [g] ille sine philosophia quemquam scire posse.

(20.) [h] [49] Huic ille respondebat, non se negare, Demosthenem summam prudentiam, [50] summamque vim habuisse dicendi: sed sive ille hoc ingenio potuisset, sive, id quod constaret, [51] Platonis studiosus audiendi fuisset; [52] non, [i] quid ille potuisset, sed quid isti docerent, esse quærendum. Sæpe etiam in eam partem ferebatur oratione, ut omnino disputaret, nullam artem esse dicendi: idque cum argumentis docuerat, [53] quod ita nati essemus, ut et blandiri, et suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, et adversarios minaciter terrere possemus, et rem gestam exponere, et id, quod intenderemus, confirmare, et id, quod contra diceretur, refellere, et ad extremum [54] deprecari aliquid, et conqueri; quibus in rebus

[f] *qua ratione motus animorum excitaret.* [g] *Charmadas.* [h] Charmadas Menedemo. [i] *Quam ille fuisset eloquens.*

mutatis verbis, repetitur: ea enim verba *quod idem fieri*, &c. satis dicunt Rhetores præcepta philosophiæ non didicisse. Adde, quod Antitheton in vulgata lectione prorsus exulat; autem *media* et *primoribus* sibi invicem opponi debent. Suspicatus est igitur Johannes Walker mendum hic latere, et pro *quæ*, Accusativum singularem *quam* scribi oportere; ut ad philosophiam referatur. Hanc autem conjecturam confirmant Crassi verba, lib. iii. c. 21. *dummodo illa res tanta fit, ut omnibus* PHILOSOPHORUM LIBRIS, QUOS *nemo Rhetorum istorum unquam attigit, comprensa esse videatur.* Sensus igitur hujus loci est: Rhetores non possunt Oratorem bene instituere; Orator enim debet cognoscere vim et potestatem afficiendi animos audientium: quæ vis, sive potestas in media Philosophia posita est. Rhetores vero non solum non mediam philosophiam hauserunt, sed ne superficiem, minimamve ejus partem attigerunt. Ergo non possunt illi (quod tamen Oratori maxime necessarium est) doctrinam affectuum Oratori tradere. Gravissima est Rhetorum accusatio, cum dicantur non solum non intelligere præcepta, sed ne ullam operam dedisse illi Arti, in qua præcepta illa continerentur. *Pearce.*

47. *Dicebat, illum.* Pro vulg. *docebat*, ut supra: sic ed. s. l. et a. et sic correxerat in exemplo ed. W. manus docta—mox *ille* int. de ipso Menedemo. *Ernest.*

48. *Quibus ea rebus conseq.* h. l. investigando aperuisse quasi et novisse, quibus rebus vel locis hos vel illos moveret adfectus, quos *ille*, ipse Charmadas, negaret, sine philosophia scire quemquam posse. *Harl.*

49. *Huic ille respond.* int. *Charmadas.* Sed id *ille* non est in edd. posterioribus; nam in textu Aldino sive exciderat, forte propter viciniam alterius *ille*, sive auctore MS. deletum erat. Nam et a MS. E. abest. Idem mox *non negasse. Ernest.*

50. *Summamque vim habuisse.* De vi Demosthenis separatim scripsit Dionysius Halicarnass. eamque laudat Quinctil. Institt. Orat. vi. 2. 24; x. 1. 108. De Demosthene Platonis auditore atque imitatore vide Ciceron. Orat. c. 4. p. 18. ibique Schirach. Quinctil. Institt. Or. xii. 2. 22. ibique Gesner. xii. 10. 23 et 24. ubi etiam is de vi Demosthenis disserit. *Harl.*

51. *Platonis studiosus.* Demosthenes, de quo plura in Bruto, admodum adolescens in Academia Platoni dabat operam, verum audito forte Callistrato insigni oratore, eum deinceps, relicta Academia, sectatus est. *Ex Hermippo Gellius*, lib. iii. cap. 13. *Proust.*

52. *Non, quid ille potuisset.* Ab uno ad omnes vitiosa est argumentatio. Nemo sic ratiocinetur: Demosthenes orator potuit in dicendo animos movere, ergo id poterunt cæteri oratores. *Proust.*

53. *Quod ita nati essemus.* Hoc Charmadæ argumentum probat quidem aliquam esse naturalem eloquentiam; at non evertit artificialem, cujus præceptis perficitur vis persuadendi a natura insita. *Proust.*

54. *Deprecari*, h. e. precibus multis

omnis oratorum versaretur facultas: et quod consuetudo, exercitatioque et intelligendi prudentiam acueret et eloquendi celeritatem incitaret: tum etiam exemplorum copia nitebatur. Nam primum, [55] quasi dedita opera, neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, cum repeteret usque [56] a Corace, nescio quo, et Tisia, quos artis illius inventores et principes fuisse constaret: eloquentissimos autem homines, qui ista nec didicissent, nec omnino [57] scire curassent, innumerabiles quosdam nominabat: in quibus etiam, (sive ille irridens, sive quod ita putaret, atque ita audisset,) me in illo numero, qui illa non didicissem, et tamen (ut ipse dicebat) possem aliquid in dicendo, proferebat. Quorum illi alterum facile assentiebar, nihil me didicisse; in altero autem me illudi ab eo, aut etiam ipsum errare arbitrabar. [58] Artem vero negabat esse ullam, nisi quæ cognitis, penitusque perspectis, et in unum exitum spectantibus, et numquam fallentibus rebus contineretur. Hæc autem omnia, quæ tractarentur ab oratoribus, dubia esse et incerta: cum et dicerentur ab iis, qui ea omnia non plane tenerent, et audirentur ab iis, [j] quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certe obscura opinio. Quid multa? sic mihi tum persuadere videbatur, neque artificium ullum esse dicendi, neque quemquam posse, nisi, qui illa, quæ a doctissimis hominibus in philosophia dicerentur, cognosset, aut callide aut copiose dicere. [59] In [60] quibus dicere Charmadas solebat, ingenium tuum, Crasse,

j non certa cognitio præceptorum diu et accurate tradenda esset, sed quædam observationes parum certæ brevi tempore essent exponendæ.

depellere, declinare, avertere studere. — *Harl.*

55. *Quasi dedita opera.* Dicebat Charmadas neminem scriptorem artis fuisse disertum, quasi omnes scriptores artis collegisset de industria, ut id probaret: vel sententia est, quasi scriptores artis certo consilio diserti esse noluissent. Errabat hic etiam Charmadas: nam, ut alios præteream, Gorgias, Isocrates, Protagoras, Theophrastus, eloquentiæ magistri diserti fuere. *Proust.*

Ibid. *Quasi dedita opera.* Schütz. bene notat, esse cum cavillatione dictum, et ista verba perperam a quibusdam ad Charmadam tracta fuisse; probatque alteram Strebæi, qui antea falso interpretatus erat, veriorem expositionem: neminem eorum disertum fuisse, quasi dedita opera et ex industria indiserti fuissent. *Harl.*

56. *A Corace—et Tisia.* Artis rhetoricæ *scriptores antiquissimi Corax, et Tisias, ejus discipulus, Siculi: quos insecutus est vir ejusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur, discipulus. Quintil.* lib. iii. cap. 1. Corax Hieronis tyranni amicus floruit Olymp. LXXVI. annis ante Christum CCCCLXXV. Vide Ciceronem in Bruto, n. 46. *Proust.*

57. *Scire curassent.* Vulgo *scisse*, ex Aldina: superiores omnes, etiam Lips. *scire.* Bene ergo restituit Pearcius: sed male *putasset* dedit pro *putaret:* refertur enim ad illud tempus, quo ista dixit. Mox in verbis *in illo numero*, est ταυτολογία. nam idem est, *in quibus etiam:* sed post parenthesin nihil vitii habet. *Ernest.*

58. *Artem v. neg. Ars*, h. l. ut sæpius, est systema doctrinæ s. scientiæ. *Harl.*

59. *In quibus dicere Ch. solebat.* Sic edidi ex ed. s. l. et a. Med. quæ cuique est perspicua lectio. In vulgata: *quibus d. s.* frustra conjecturis fatigarunt se ingenia doctorum, ut Lamb. Hotom. Pearcii: vitiosum quidem esse et sine sensu, in eo consensere. Ab ed. W. plane abest *quibus dicere;* moxque omnes edd. pr. habent *admirari*, ut MS. E. *Ernest.*

60. *Quibus dicere Carneadis solebat.* Hoc ad ea, quæ proxime dicta sunt, non potest referri: ad illud, opinor, spectat, satis longe remotum, *disputabant contra diserti homines:*

vehementer admirans, [61] me sibi perfacilem in audiendo, te [k] perpugnacem in disputando esse visum.

(21.) [62] Tumque ego, hac eadem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam [63] in libello, qui [64] me imprudente et invito [l] excidit, et pervenit in manus hominum, disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem: quod eum statuebam disertum, qui posset satis acute, atque dilucide, apud mediocres homines, ex communi quadam opinione, dicere: eloquentem vero, qui mirabilius et magnificentius [65] augere posset atque ornare, quæ vellet, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum pertinerent, fontes animo ac memoria contineret. Id si est difficile nobis, qui ante, quam ad discendum ingressi sumus, [m] obruimur ambitione et foro; [n] sit tamen in re positum atque natura. Ego enim, quantum auguror conjectura, quantaque ingenia in nostris hominibus esse video, non despero, [66] fore aliquem aliquando, qui et studio acriore, quam nos sumus, atque fuimus, et otio ac facultate discendi majore ac maturiore, et labore atque industria superiore, cum se ad audiendum, legendum, scribendumque dediderit, existat talis orator, qualem quærimus: qui jure non solum disertus, sed etiam eloquens dici possit: qui tamen, mea sententia, aut hic est jam Crassus, aut, si quis pari fuerit ingenio, pluraque quam hic, et audierit, et lectitarit, et scripserit, paullum huic aliquid poterit addere.

Hoc loco Sulpicius, [o] insperanti mihi, inquit, et Cottæ, sed valde optanti utrique nostrum, cecidit, ut in istum sermonem, Crasse, delaberemini. Nobis enim huc venientibus jucundum satis fore videbatur, si, cum vos de rebus aliis loqueremini, tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria dignum [p] excipere possemus: ut vero penitus in eam ipsam totius hujus [67] vel studii, vel artificii, vel facultatis disputationem pæne [68] intimam veniretis, vix optandum nobis videbatur. Ego enim, [q] qui ab ineunte ætate incensus essem

[k] *obstinatiorem.* [l] *in publicam lucem exivit.* [m] *occupamur labore petendorum magistratuum, et causarum in foro dicendarum.* [n] *ea difficultas et ab arte, et ab homine aliquo superari potest.* [o] *evenit mihi præter spem et exspectationem.* [p] *annotare.* [q] *qui a pueritia utrumque vestrum maxime colerem.*

iis enim hoc dicere Carneades solebat. *Manutius.*

61. *Me sibi perfacilem.* Cum artium imperitum se simularet Antonius, non erat quod doctissimorum sententiam acrius impugnaret, ut Crassus, quem omni disciplina perpolitum esse constabat. *Proust.*

62. *Tumque.* *Que* abest edd. pr. MS. E. *Itaque;* sed id est in verbis, *hac opinione adductus. Ernest.*

63. *In libello,* v. Quinctil. Instit. xii. 1. 19. sqq. viii. Procem. 13. *Harl.*

64. *Me imprudente et invito.* M. Antonius *idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse, ut, si quid superiore judicio actum, ei quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum a se affirmare posset. Valer. Maximus,* lib. vii. c. 3. *Proust.*

65. *Augere,* est oratoris, cum amplificet. *Ernest. in Clave.*

66. *Fore aliquem aliquando.* Videtur hic Cicero ad se ipse respexisse; de quo ita Quinctil. Inst. Orat. x. 1. *Non immerito ab hominibus ætatis suæ regnare in judiciis dictus est: apud posteros vero id consecutus, ut* Cicero *jam non hominis, sed eloquentiæ nomen habeatur. Ille se profecisse sciat, cui* Cicero *valde placebit. Pearce.*

67. *Vel studii, vel artificii.* Decorum servat hic Tullius, qui Sulpicium adolescentem inducit dubitantem an esset ars rhetorica, quod in dubium id revocasse videretur Antonius. *Proust.*

68. *Intimam. Intimus,* accuratissimus, subtilissimus. *Ernest. in Clave.*

studio utriusque vestrum, Crassi vero etiam amore, cum ab eo nusquam discederem, verbum ex eo numquam elicere potui de [69] vi ac ratione dicendi, cum et per memetipsum egissem, et [70] per Drusum sæpe tentassem: quo in genere tu, Antoni (vere loquar) numquam mihi percunctanti, aut quærenti aliquid, defuisti, et persæpe me, quæ soleres in dicendo observare, docuisti. Nunc quoniam uterque vestrum patefecit earum rerum ipsarum aditum, quas quærimus, et quoniam [r] princeps Crassus ejus sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc [s] veniam, ut ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini. Quod quidem si erit a vobis impetratum, magnam habebo, Crasse, [t] huic palæstræ, et Tusculano tuo gratiam, et longe [71] Academiæ illi ac Lyceo tuum hoc [u] suburbanum [72] gymnasium anteponam.

(22.) Tum ille, [73] Immo vero, inquit, Sulpici, rogemus Antonium, qui et potest facere id, quod requiris, et consuevit, ut te audio dicere. Nam [74] me quidem, fateor, semper a genere hoc toto sermonis refugisse, et tibi cupienti atque instanti sæpissime negasse, ut tute paullo ante dixisti. Quod ego non superbia, neque [75] inhumanitate faciebam, neque quo tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi vellem, præsertim cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum, aptumque cognossem, sed [x] mehercule istius disputationis insolentia, atque earum rerum, quæ quasi [76] traduntur in arte, inscitia. Tum Cotta, Quoniam id, quod

[r] *primus Crassus hunc sermonem de arte oratoria est ingressus.* [s] *hanc gratiam.* [t] *huic loco, ubi mentem erudita disputatione exercebimus*, quemadmodum in palæstra solet exerceri corpus ad saltandum, aut arma tractanda. [u] *Urbi vicinum.* [x] *sed certe propterea quod non eram in hujusmodi disputatione exercitatus, et institutionum oratoriarum eram ignarus.*

69. De VI, *ac ratione dicendi.* Malo cum Gulielmio legere *de* VIA, *ac ratione:* facillime ultima litera vocis *via* a sequentis vocis *ac* prima litera absorberi potuit. Manutius olim edidit *via*, et sic Cicero sæpissime, lib. i. cap. 25. *non* RATIONEM *dicendi* et VIAM, *sed naturam defuisse*, lib. iii. cap. 36. *ancipites* VIAS RATIONESQUE *disputandi.* Facile plura exempla proferri possunt. *Pearce.*

70. *Per Drusum.* C. Cotta et P. Sulpicius, qui hic loquitur, Drusi maxime familiares erant, ut supra dictum n. 25. *Proust.*

71. *Academiæ illi, ac Lyceo.* De Academia dictum n. 43. Lyceum autem gymnasium fuit prope Athenas celeberrimum, in quo docebat Aristoteles. *Proust.*

Ibid. *Acad. illi ac Lyc.* De his locis adeundus Peris. ad Æl. ix. c. 10. atque alii, quos citat. *Harl.* — De duplici *palæstræ* usu, tam philosophis disputantibus aptæ, quam luctantibus, disco ludentibus etc. vide, quæ Noster dicit in ii. 5. Consulatur etiam nota mea ad voc. palæstræ in eod. capite. *Pearce.*

72. *Gymnasium.* Locus ubi exercentur corpora saltu, cursu, luctatione; a γυμνὸς, *nudus*, quia in istis exercitationibus graviores vestes deponebant, ut essent expediti. Metaphorice significat locum, ubi animi literis humanioribus informantur. *Proust.*

73. *Immo vero.* Ed. s. l. et a. Med. et Asc. *enimvero:* illud verum. Post in textu a Pearcio addita, *id*, post *facere*, *fateor*, post *quidem*, et *ut* ante *tute*, quæ nos omnia consentientia libris antiquis reperimus, atque secuti sumus. *Ernest.*

74. *Me quidem*, fateor, *semper.* Ita MSSti Norf. Cant. Gonv. Mead. et Harl. duo, ut etiam [habent edd. Rom. et Kob. et] Manut. ac Lambin. ediderunt, addito mox in fine sententiæ verbo *ut* ante verba, *tute paullo ante dixisti.* Recte! non enim Sulpicius dixerat in præcedenti capite, Crassum *semper a genere hoc toto sermonis refugisse;* solum dixerat Crassum ipsi *cupienti atque instanti sæpissime negasse.* Illud Crassus nunc primum fatetur. Vulgo absunt voces *fateor* et *ut. Pearce.*

75. *Inhumanitate. Inhumanitas* est negantis, quæ rogatur, cum facere possit. *Ernest. in Clave.*

76. *Traduntur in arte.* Aut, ut P. habet, *in a. tr.* ut est in MSS. quibusdam, etiam Erl. Est methodo scholæ in artibus expli-

difficillimum nobis videbatur, ut omnino de his rebus, Crasse, loquerere, assecuti sumus: de reliquo jam nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia, quæ percunctati erimus, explicaris, dimiserimus. De his, credo, rebus, [y] inquit Crassus, ut [77] in cretionibus scribi solet, QUIBUS SCIAM, POTEROQUE. Tum [z] ille, Namque quod tu non poteris, aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulet?

Jam vero, ista conditione, dum mihi liceat negare, posse quod non potero, et fateri nescire quod nesciam, licet, inquit Crassus, vestro arbitratu percunctemini. [78] Atque, inquit Sulpicius, hoc primum ex te, de quo modo Antonius exposuit, quid sentias, [79] quærimus: existimesne artem aliquam esse dicendi. Quid? mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso et loquaci, et fortasse docto, atque erudito, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Quando enim me ista curasse, aut

[y] vobis respondebo, *modo sciam, aut possim ut in jure loquuntur.* [z] Cotta.

candis usitata. *In arte* vitiose absunt ab edd. s. l. et a. Med. Asc. ab ed. Lips. abest *in*. *Ernest.*

77. *In cretionibus.* Est e correctione virorum doctorum. Libri scripti et edd. vett. habent vel *orationibus* vel *conditionibus*. Plane tamen *cretionibus* MS. Erl. *Ernest.*

Ibid. *Ut in cretionibus scribi solet.* Duo veteres Cardinalis Barromei libri habent, *ut in cautionibus:* duo Fulvii Ursini, *Ut in critionibus.* Quos sum secutus, ut minus mendosos: opinor enim legendum, *ut in cretionibus:* notissimum jurisconsultis verbum est. *Manutius.*

De cretionibus accipe quæ Ernestus in Clave Ciceroniana: "*Cretio* est spatium temporis quod datur heredi a testatore ad deliberandum, utrum velit hereditatem adire nec ne. Att. xi. 12. *Galeonis hereditatem crevi: puto enim* cretionem simplicem *fuisse, quoniam ad me nulla missa est.* ibid. xiii. 46. *cretio libera. Cretio libera* quæ sit, non convenit inter doctos, Cujac. Obs. ix. 29. dictam putat ita, ut legationem liberam, h. e. quam adire licet, cum libuerit, nullo certo dierum numero constituto quod fieri vulgo in cretionibus solebat. Sed quoniam huic explicationi obstant illa verba, *sexaginta diebus*, quæ e veteribus libris revocarunt viri docti, legendum censet cum nonnullis edd. *sexaginta duobus* ut ad testes referantur. Sed hanc interpretationem illud convellit, quod *sexaginta duobus*, sc. testibus, absurdum est, ut recte viderunt Malaspina et Manutius. Quorsum enim tam multi? Itaque magis mihi placet Manutii interpretatio, qui *cretionem liberam* dicit esse *hereditatem liberam*, int. a legato: nam coheres Hordeonius legata solvere debebat. *Simplex* autem *cretio* est, cum unus totam hereditatem cernit, adeoque coheredem nullum habet. Cicero conjecerat, se unum esse heredem, quoniam nemo illi scripserat, se esse coheredem, et hereditatem pro sua parte crevisse. Fortasse tamen aliquis malit eandem putare cum ea, quam Ulpianus *imperfectam* dicit, h. e. cui non additum est: si intra tot dies non creveris, exheres esto. Or. i. 22. *De his, credo, rebus, ut in* cretionibus *scribi solet, quibus sciam poteroque.* Hunc locum optime interpretabimur ex Ulpiano: *Cretio* aut *vulgaris* dicitur aut *continua. Vulgaris* in qua adjiciuntur hæc verba, *Quibus scieris poterisque. Continua*, in qua non adjiciuntur. v. Tit. ex Corpore Ulp. tit. 22. in quo multa de cretionibus, a §. 27—34. ubi add. Interp. in Jurisp. Ante-Justin. Schulting. p. 642. seqq. De ipso verbo *Cretio* autem lege Perizon. contra Kuster. in Sanctii Minerv. p. 790." Adde Heineccium Syntagm. II. xvii. xiv.

Ibid. *Cretionibus. Cretio* (secundum Isidorum, Orig. lib. v. c. 24.) appellata est quasi decretio; *cernere* enim est decernere et constituere. Ulpianus etiam tit. xxii. 27. dicit, "Cretionem esse certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem, nec ne: velut, *Titius heres est, cernitoque in diebus centum proximis, quibus scieris poterisque, nisi ita creveris, exheres esto.*" His adjungit *Brisson.* de Form. lib. vii. ei, qui *cretionem* habebat, dies illos centum computatos fuisse, quibus se sciverat heredem institutum, et potuerat *cernere*. *Pearce.*

78. *Atque*, inservit initiis et transitionibus. *Ernest. in Clave.*

79. *Quærere*, vocabulum Philosophorum, pro *quæstionem ponere.* Nam solebant ita postulare materiam disserendi. *Ernest. in Clave.*

cogitasse arbitremini, et non semper irrisisse potius eorum hominum impudentiam, qui cum in schola assedissent, [80] ex magna hominum frequentia dicere juberent, si quis quid quæreret? Quod primum ferunt [81] Leontinum fecisse Gorgiam: qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur, cum se ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiaret. [82] Postea vero vulgo hoc facere cœperunt, hodieque faciunt, ut nulla sit res, neque tanta, neque tam improvisa, neque tam nova, de qua se non omnia, quæ dici possunt, profiteantur esse dicturos. Quod si te, Cotta, arbitrarer, aut te, Sulpici, de iis rebus audire velle, adduxissem huc Græcum aliquem, [83] qui vos istiusmodi disputationibus delectaret: quod ne nunc quidem difficile factu est. Est enim apud [84] M. Pisonem, adolescentem jam [a] huic studio deditum, summo hominem ingenio, nostrique cupidissimum, peripateticus [85] Staseas, homo nobis sane familiaris, et, ut inter homines peritos constare video, in illo suo genere omnium princeps.

(23.) [86] Quem tu, inquit, mihi, Mucius, Staseam, quem peripateticum narras? [b] gerendus est tibi mos adolescentibus, Crasse: qui non Græci alicujus [87] quotidianam loquacitatem sine usu, neque [88] ex scholis [c] cantilenam requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atque eloquentissimo, atque ex eo, qui non in [d] libellis, sed in maximis causis, et in [e] hoc domicilio imperii et gloriæ, sit consilio linguaque princeps, [f] cujus vestigia persequi cupiunt, ejus sententiam sciscitantur. Equidem te cum in dicendo semper putavi [g] deum, tum vero tibi nunquam eloquentiæ majorem tribui laudem, quam humanitatis: qua nunc te uti vel maxime decet, neque defugere eam disputationem, ad quam te duo excellentis ingenii adolescentes cupiunt accedere.

Ego vero, inquit [h], istis obsequi studeo, neque gravabor breviter meo more, quid quaque de re sentiam, dicere. Ac primum illud (quoniam [i] auctoritatem tuam negligere, Scævola, fas mihi esse non puto) respondeo, mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem

[a] *Philosophia.* [b] *debes obsequi adolescentibus.* [c] *inanem declamationem.* [d] plenis formularum declamandi. [e] in hac urbe Roma. [f] *quem imitari volunt.* [g] *divina quadam eloquentia præditum.* [h] Crassus. [i] *id omittere, quod auctor es mihi, ut faciam.*

80. *Ex magna hominum frequentia,* i. e. juberent, ut si quis ex illo magno hominum cœtu quid quæreret, in ipsis diceret. *Pearce.*

81. *Leontinum.* Ex urbe Leontio in Sicilia; nunc, auctore Nigro, dicitur *Lintini. Proust.*

82. *Postea vero,* &c. Multi post Gorgiam extemporalis eloquentiæ laudem aucupati sunt, ut Protagoras, Prodicus, Thrasymachus, Eleas, et alii. *Proust.*

83. *Qui vos.* Pro vulgato *nos* e MSS. edidit bene Pearcius. *Ernest.*

84. *M. Pisonem.* De quo satis fuse Tullius in Bruto. *Proust.*

85. *Staseas.* Peripateticus philosophus patria Neapolitanus. *Cicero,* lib. v. de Finibus. *Proust.*

86. *Quem tu—Mucius.* Scævola generum suum Crassum graviter quidem, at tamen quam humanissime, impellit ad disputandum, et Crassus socero reliquisque ita respondet, ut pium et comem urbanumque hominem decet. Adeo diligenter observat Cicero mores hominum et decorum! Ad init. citat Matthiæ Goerenz. ad Cic. de Legg. p. 108. *Harl.*

87. *Quotidianam. Quotidianus,* vulgaris. *Ernest. in Clave.*

88. *Ex scholis cantilenam.* Significat præcepta, quibus in schola puerorum aures personant: conf. Biblioth. Crit. Amstel. vol. iii. part 2. p. 5.—deinde, *sapientiss.* h. e. qui dialecticam etc. intelligit. *Harl.*

videri, sed omnem esse contentionem inter homines doctos [k] in verbi controversia positam. Nam si ars ita definitur, ut paullo ante exposuit Antonius, ex rebus penitus perspectis, planeque cognitis, atque ab [l] opinionis arbitrio sejunctis, scientiaque comprehensis; non mihi videtur ars oratoris esse ulla. Sunt enim varia, et ad vulgarem popularemque sensum accommodata omnia genera hujus forensis nostræ dictionis. Sin autem ea, [89] quæ observata sunt in usu ac ratione dicendi, hæc ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata, verbis [90] designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt, (id quod fieri potuisse video): non intelligo, quamobrem non, si minus illa [91] subtili definitione, at hac vulgari opinione, ars esse videatur. Sed sive est ars, sive artis quædam similitudo, non est quidem ea negligenda: verum intelligendum est, alia quædam ad consequendam eloquentiam esse majora.

(24.) Tum Antonius vehementer se assentire Crasso dixit, quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque rursum eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret. Sed existimo, inquit, gratum te his, Crasse, facturum, si ista exposueris, quæ putas ad dicendum plus, quam ipsam artem posse prodesse.

Dicam equidem, quoniam [m] institui, petamque a vobis, inquit, [n] ne has meas ineptias [92] efferatis: quamquam [o] moderabor ipse, ne, ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e [p] [93] togatorum numero, atque ex forensi usu homo mediocris, neque omnino rudis, videar, non [94] ipse [q] aliquid a me promsisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse. Equidem, cum peterem [95] magistratum,

[k] *In definitione hujus vocis,* ars, *quæ definitio vocatur in controversiam.* [l] *opinione, quæ pro hominum arbitrio mutatur.* [m] *incepi.* [n] *ne communicetis cum aliis quæ a me parum apte ad tantam rem dicentur.* [o] *hunc adhibebo modum in dicendo.* [p] *e numero civium.* [q] *aliquid novi inventum a me afferre.*

89. *Quæ observata sunt in usu.* Ad artem notione populari receptam quatuor hic requirit Crassus: 1°. ut vir callidus ac prudens ea diligenter observet, quibus, v. g. in dicendi facultate, facilius quispiam persuadet. 2°. ut observationes suas conscribat. 3°. tria dicendi genera, judiciale, exornativum, ac deliberativum, clare explicet. 4°. illa genera distribuat in partes, puta in constitutiones conjecturales, definitivas, juridiciales, &c. Quæ cum quis collegerit accurate, artem eloquentiæ tradiderit. *Proust.*

90. *Designata.* Expressa, significata.— *Ernest. in Clave.*

91. *Subtili. Subtilis,* dialecticis regulis consentiens. Philosophi igitur proprie subtiles, et quicunque artis ac disciplinæ præcepta via et ratione ad præscriptum regularum Dialecticarum tradunt. *Ernest. in Clave.*

92. *Efferatis. Efferre,* vulgare. *Ernest. in Clave.*

93. *Togatorum.* Ut pallium Græcorum erat proprium, adeoque palliati vocabantur: ita a toga, qua Romani utebantur, togatorum nomen habuere. Virgilius, Æn. i. 286.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.
Proust.

Ibid. Nempe, magistros rhetorices se profitebantur Græci: his opponuntur togati. Cave putes *togatum* poni pro patrono causarum, quod nominis causidicis sub imperatoribus interdum tribui videmus, quod, cum non esset amplius vulgo in usu toga, tamen causidici in togis causas agebant; vide Ferrar. de R. Vest. i. 33. *Ernest. in Clave.*

94. *Ipse aliquid a me promsisse.* Eleganter, pro, non mea sponte aliquid a me excogitatum et præparatum protulisse: argutatur h. l. Pearcius. Vitiose veteres quidam *promisisse,* ut Erl. *Ernest.*

95. *Magistratum.* Sic pro *magistratus* edidi, quia sic est in edd. pr. consentit MS. Erl. intell. magistratum aliquem: nam alias parum aut nil interest. *Ernest.*

Ibid. *Magistratum,* n. aliquem, aut h. l. consulatum. Sic codd. Erl. 1. 2. edd.

[96] solebam [r] in prensando dimittere a me Scævolam, cum ei ita dicerem, [s] me velle esse ineptum: id erat petere blandius: quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri. Hunc autem [97] esse unum hominem ex [t] omnibus, quo præsente ego ineptus esse minime vellem: quem quidem nunc mearum ineptiarum testem et spectatorem fortuna constituit. Nam quid est ineptius, quam de dicendo dicere: [98] cum ipsum *dicere* nunquam sit non ineptum, nisi cum est necessarium? Perge vero, Crasse, inquit Mucius. Istam enim [99] culpam, quam vereris, ego [u] præstabo.

(25.) [100] Sic igitur, inquit Crassus, sentio, [1] naturam primum, atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam: neque vero [x] istis, de quibus paullo ante dixit Antonius, scriptoribus artis, rationem dicendi et viam, sed naturam defuisse. Nam et animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui et ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque sint uberes, et ad memoriam firmi atque diuturni. Et si quis est, qui hæc putet arte accipi posse, (quod falsum est; præclare enim se res habeat, si [y] hæc accendi, aut commoveri arte possint: inseri quidem, et donari

[r] *Cum cives, quibus jus erat suffragii, blande salutarem, et amplexarer, solebam rogare Scævolam, ut abiret.* [s] *velle me ad vilia quædam obsequia dignitati meæ parum congruentia descendere, blanditiis populum demereri, quod recte fieri non posset, nisi ad ineptias me demitterem.* [t] memini. [u] *in me suscipio quam times culpam:* scio te nihil inepte facturum. [x] *Tisiæ et Coraci, artis rhetoricæ inventoribus, non institutiones oratoriæ, sed ingenium defuit.* [y] *hæc* quæ natura largitur.

Rom. et Kob. atque Ernesti Schützіusque pro vulgato *magistratus*, n. quæsturam, prætуram, consulatum, rescripserunt. Atque priorem lectionem firmat Valer. Max. iv. c. 5. ex 4.

96. *Solebam in prensando.* Id paullo fusius explicat Valerius Maximus, lib. iv. cap. 5. *Consulatum petens L. Crassus, cum omnium candidatorum more circum forum supplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit, ut id præsente Q. Scævola, gravissimo et sapientissimo viro, socero suo, faceret. Itaque rogabat eum ut a se, dum ineptæ rei deserviret, discederet: majorem verecundiam dignitatis ejus, quam candidæ togæ suæ respectum agens. Proust.*

Ibid. *Prensando.* Is *prensare* a Romanis dicebatur, qui, quum peteret magistratus, manum cujuscumque civis occurrentis prehendebat, ut ejus favorem hoc blanditiarum genere conciliaret.—*Pearce.* Mox verba, *id erat petere blandius—fieri*, Gulielmius circumsæpiit uncis, tamquam librariorum, eique adsentiuntur Gruter. ac Wetzel.—*Harl.*

97. *Esse—ex omnibus.* Quæ hic ratio est accus. cum infin. *hunc esse unum hominem*, eadem est conjunctivorum, *quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri*, et si ex hoc accusativo cum infinitivo sequeretur, Crassum in Scævola dimittendo his ipsis verbis usum esse, *Tu es unus*, etc. quod Schütz. dicit, sequeretur etiam, eum hæc eadem verba ei dixisse, *quod nisi inepte fit, bene non potest fieri.* Imo conjunctivi illi et hæc constructio accusativi cum infinitivo rem a Crasso tantummodo cogitatam indicant. *Matthiæ.*

98. *Cum ipsum dicere*, &c. Delevi *id* ante *ipsum:* nam nulla ed. ante Aldum habet, et sensus melior est. Abest etiam MS. E. *Ernest.*

99. *Culpam—præstabo.* H. e. periculum ejus rei in me suscipiam, nec erit, quod verearis, ne pecces, aut ineptiarum arguaris. *Harl.*

100. *Sic igitur sentio.* Hæc est vera lectio, non *censeo*, quod vulgati habent; reperiturque in edd. vett. omnibus, etiam MS. E. Non intelligo, cur mutatum sit. Et est sermo de judicio rerum ad artem pertinentium, cui censeo non aptum: ordinem etiam verborum veterem restitui. *Ernest.*

1. *Naturam.* Consule notam in cap. 5. hujus libri. *Proust.*

Ibid. *Naturam primum.* Tribus ex rebus, (secundum Crassum,) constituitur eloquentia: natura, de qua sermo hic est ad finem cap. 29. et studio, cui subjicit Crassus tum artem, tum exercitationem. De arte dicit ab initio c. 30. fere usque ad finem c. 32. Exercitationem vero tractare incipit in cap. 32. ubi ait: *Prætерea exercitatio quædam*, etc. *Pearce.*

ab arte [z] non possunt omnia: sunt enim illa dona naturæ): quid de illis dicet, quæ certe cum ipso homine nascuntur? [z] linguæ solutio, vocis sonus, [3] latera, vires, conformatio quædam et figura totius oris et corporis? Neque hæc ita dico, [4] ut ars aliquid limare non possit: (neque enim ignoro, et quæ bona sint, fieri meliora posse doctrina, [5] et quæ non optima, aliquo modo acui tamen et corrigi posse:) sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motuque corporis [a] vasti atque agrestes, ut, etiamsi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. Sunt autem quidam [6] ita in iisdem rebus habiles, ita naturæ muneribus ornati, [7] ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. Magnum quoddam est onus atque munus, suscipere, atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, unum maximis de rebus, magno in conventu hominum, audiendum. Adest enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videat: ita, quicquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit. Neque hæc in eam sententiam disputo, ut homines adolescentes, [b] si quid naturale forte non habeant, omnino a dicendi

[z] *Expedita* ad dicendum *lingua.* [a] *incompositi in gestu.* [b] *si quo naturæ dono careant.*

2. *Non possunt omnia: sunt enim illa.* Pearcius distingui vult ante *omnia*, ut ed. W. sed collocatio est paullo durior. Malim deleri *omnia*: nam quocunque loco ponas, aliquid difficultatis nascitur accurate sensum quærenti. *Ernest.*

3. *Latera, vires.* Hanc lectionem late olim defendi, v. *Clav.* in *Latus.*

"*Latera* in oratore sunt pulmones, nostro more loquendi: Nempe vires sic dicuntur eæ, quarum defectus in latere sentitur, ut a currentibus, cantantibus, dicentibus, potantibus, Venerem exercentibus: in quibus generibus omnibus *latera* pro viribus dicuntur. De potantibus est Phil. ii. 25. Or. i. 60. *nunquam* lateribus *aut clamore contenderent.* Or. i. 25. latera, *vires.* Sed hic Pearcius mallet, quod in MS. Joan. reperit, reponere, *laterum vires:* in Catone vero c. ix. pro *laterum etiam et virium*, legi, *laterum etiam virium*, ut exemplar unum vetustum habet, et ipsi Grævio placet. Frustra. Nam paullo ante est etiam: *lateribus et lacertis.* ad Div. iv. 7. *lacerti et vires?* Sic jungitur etiam Verr. iv. 30. *quæ vox? quæ* latera? *quæ* vires *hujus unius criminis querimoniam possint sustinere?* Sic et Ovidius junxit A. A. ii. 673. latus et vires *operamque adferte puellis.*" Adde infr. c. 57. *lacertis viribusque.* MS. E. inepte *latera, aures. Ernest.*

4. *Ut ars aliquid limare.* Ars naturæ dotes perficit, corrigit vitia, ut liquet exemplo Demosthenis. Ad eloquentiam et ingenio et arte opus est, quod ad poësin requirebat Horatius in Arte, v. 411.

Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quæsitum est: ego nec studium sine divite vena,
Nec rude quid prosit video ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res, et conjurat amice.
Proust.

Ibid. *Ut ars aliquid.* MSS. *aliquos.* Omnino recte. Vide quod sequitur: *Sed sunt quidam:* scilicet, quos ars non potest limare. *Toupius.*

5. *Et quæ non optima.* Voces *non optima* multo minus videntur hic significare, quam *bona;* sc. mediocria: ut in ii. 20. 15. Orator dicitur *non optime posse*, de quo in priore sententia solum dicitur *is, qui aliquid potest. Pearce. Harl.*

6. *Ita in—ornati.* Hic ordo verborum est in edd. pr. et MS. E. quem et res desiderat et concinnitas. Itaque bene restituit Pearcius. Vulgo: *ita nat. mun. in i. r. h. ita ornati:* estque ab Aldo. *Ernest.*

7. *Ut non nati.* Sentire mihi videor, hic aliquid deesse, et ad sensum, et ad concinnitatem. Arbitror excidisse *ad dicendum.* Tum vero *ficti* non satis placet in hac sententia. Credo Ciceronem scripsisse *facti. Natus* et *factus* sic conjungi ap. Ciceronem et alios solent. MS. E. habet *electi. Ernest.*

Ibid. *Ut non nati, sed—ficti vid.* Ernesti conjectura firmatur auctoritate cod. Guelf. A. in quo verbum *facti* prostat, indice Müllero in diss. cit. p. 11. Idem post *non nati* excidisse *ad dicendum* arbitratur. Sed neutrum esse necessarium, sentit Schütz. additque, tacitum esse quemdam respectum ad Prometheum, ac *fingere* sæpe esse i. q. creare. *Harl.*

studio deterream. Quis enim non videt, [8] C. Cœlio, æquali meo, magno honori fuisse, [9] homini [c] novo, illam ipsam, quamcunque assequi potuerit, in dicendo mediocritatem? [10] Quis vestrum æqualem, Q. Varium, vastum hominem atque fœdum, non intelligit, illa ipsa facultate, quamcunque habet, magnam esse in civitate gratiam consecutum?

(26.) Sed, quia de oratore quærimus, fingendus est nobis oratione nostra, detractis omnibus vitiis, orator, atque omni laude [11] cumulatus. Neque enim, si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc [12] turba, et [d] barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos [e] hoc, quod quærimus, omittemus. Itaque in iis artibus, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, quam diligenter, et quam prope fastidiose judicamus? [13] Nullæ enim lites, neque controversiæ sunt, quæ cogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Est igitur oratori diligenter providendum, non uti illis satisfaciat, [f] quibus necesse est: sed ut iis admirabilis esse videatur, [g] quibus libere liceat judicare. Ac, si quæritis, plane, quid sentiam, enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, et tacendum putavi. Mihi etiam, quique optime dicunt, quique id facillime atque ornatissime facere possunt, tamen, nisi timide ad dicendum accedunt, et in [14] exordienda oratione [15] perturbantur, pæne impudentes videntur: [h] tametsi id accidere non potest. Ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi

[c] *Cujus majores nobiles non fuerunt.* [d] *indocta judicum et litigatorum turba.* [e] quæ sint oratoris perfecti dotes. [f] *quorum causam agit.* [g] cæteris auditoribus. [h] *quamvis id fieri non possit*, ut, qui optime dicit, in exordio non perturbetur.

8. *C. Cœlio.* De quo Tullius agit in Bruto; ut et de Q. Vario, de quo ibi multo sentit honorificentius, quam hoc libro.— *Proust.*

9. *Homini novo.* Credo transpositum hoc esse, et post *æquali meo* ponendum. Ante *videt* dedit recte Pearcius, nam et mox *intelligit* est in eadem forma orationis: et sic est in MS. E. a m. pr. secunda fecit *videat. Ernest.*

Ibid. *Fuisse*, homini novo, *illam*, etc. Cœlius Caldus consul fuit cum L. Domitio Ahenobarbo A. U. C. 659. ante C. N. 94. post Crassum, et homo novus, teste Cicerone pro Muræna, c. 8. *Harl.*

10. *Quis v. æqualem meum. Meum* sustulit Pearcius, auctoribus MSS. quibusdam, ut sit *vestrum æqualem*: unde et post esse debet *habet* pro *habuit*. Nempe adhuc vivebat: et erat æqualis non Crassi, sed Cottæ et Sulpicii (v. Or. 49.). Nec, *quis vestrum* dixisset Cicero, sed tantum *Quis*, ut ante. Itaque Pearcium imitatus sum. *Ernest.*

11. *Cumulatus.* Idem recte sic edidit, pro vulg. *cumulandus*. Sic ed. s. l. et a. Med. Asc. A. Lips. Junta. et sic bene respondet *detractis o. v. Ernest.*

12. *Turba, et barbaria for.* Multi isti barbari, qui Romam confluxerunt et sunt in turba forensi. *Wetzel.*

13. *Nullæ enim lites.* Hæc est Crassi sententia. Oratores malos ferimus, propterea quod litibus et forensi negotio carere homines non possunt, aut etiam nolunt: theatro autem, et ejusmodi artibus, in quibus est tantum oblectatio, possunt carere; unde malos actores pati non possunt. *Proust.*

14. *Exordienda.* Sic edd. veteres, pro vulgato *ordienda*: et sic edidit jam Pearcius. *Ernest.*

15. *Perturbantur.* Id de se ipse Cicero fatetur oratione in Q. Cæcilium, quæ Divinatio dicitur, 13. *Ita deos mihi velim propitios, ut, cum illius diei mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco.* Et pro Dejotaro, 1. *Cum in omnibus causis gravioribus initio dicendi commoveri soleam vehementius, quam videtur vel usus, vel ætas mea postulare: tunc in hac causa ita me multa perturbant, ut, quantum mea fides studii mihi afferat ad salutem regis Dejotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat. Proust.*

difficultatem, [16] variosque eventus orationis, exspectationemque hominum pertimescit. Qui vero nihil potest dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi, [17] etiamsi commovetur in dicendo, tamen impudens videtur. Non enim [i] pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, [k] impudentiæ nomen effugere debemus. Quem vero non pudet (id quod in plerisque video) hunc ego non [l] reprehensione solum, sed etiam [m] pœna dignum puto. Equidem et in vobis animadvertere soleo, et [18] in me ipso sæpissime experior, ut [n] exalbescam in principiis dicendi, et tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Adolescentulus vero sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium [19] Q. Maximo debuerim, quod continuo [o] consilium dimiserit, simulac me fractum ac debilitatum metu viderit.

Hic omnes [20] assensi, significare inter sese, et colloqui cœperunt: fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non obesset ejus orationi, sed etiam [p] probitatis commendatione prodesset.

(27.) Tum Antonius, Sæpe, ut dicis, inquit, animadverti, Crasse, et te, et ceteros summos oratores, quamquam tibi par, mea sententia, nemo umquam fuit, in dicendi exordio permoveri. Cujus quidem rei cum causam quærerem, quidnam esset, cur, [q] [21] ut in quoque oratore plurimum esset, ita maxime is pertimesceret, has causas inveniebam duas: unam, quod intelligerent ii, quos usus ac natura docuisset, nonnumquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi procedere: ita [r] non injuria, quotiescunque dicerent, id, quod aliquando posset accidere, ne tum accideret, timere. Altera est hæc, de qua queri sæpe soleo; ceterarum homines artium [22] spectati et probati, si quando aliquid minus bene fecerunt, quam solent, aut noluisse, aut valetudine impediti non potuisse [23] consequi,

[i] *Pudorem tantummodo, ac metum significando.* [k] *facere debemus, ne videamur, ac dicamur impudentes.* [l] quæ pœna est animi. [m] corporis. [n] pallore. [o] *consessum* judicum. [p] *quia probitatem ejus ostendebat.* [q] *ut quisque orator eloquentissimus esset.* [r] *non immerito.*

16. *Varios eventus.* Its nonnunquam perturbantur egregii oratores, ut in dicendo hæreant. Obmutuit Demosthenes præsente Philippo Macedonum rege: obmutuit Theophrastus apud Athenienses orationem habiturus. Cicero ipse, exceptus acclamatione Clodianorum, ut refert Asconius, non ea, qua solitus erat, constantia dixit. *Proust.*

17. *Etiamsi commovetur.* Edd. W. et ceteræ ante Aldum, *commoveatur*, non male. *Ernest.*

18. *In me ipso.* Non bene Pearcius conjicit *ipse:* est enim in oppositione: *in vobis—in me ipso;* et sic libri omnes. *Ernest.*

19. *Q. Maximo.* Q. scilicet Fabio Maximo Serviliano, qui consulatum gessit anno U. C. DCXI. deinde censuram anno DCXXVII. ante Christum CXXVII. *Proust.*

20. *Assensi, significare inter sese.* Pearcius edidit, *assensum sign.* Mihi vulgatum exquisitius videtur. *Significare* simpliciter est, signa dare annuendo, arridendo, &c. Sic *significatio* dicitur Sext. 49. *Ernest.*

21. *Ut in quoque o. plurimum esset.* Videatur aliquid deesse. Sed sic Cicero et alibi, ut ii. 77. *ut in quoque patronorum minimum esse putant. Ernest.*

22. *Spectatus,* de metallis, quæ aut igni aut lapide Lydio explorantur: item de nummis, qui spectari dicuntur, cum explorantur, probi sint, nec ne. Off. ii. 11. *hunc igni* spectatum *arbitrantur.* Hinc *spectatum* dicitur, quicquid certis experimentis, quale sit, cognitum est: in Cæcil. iv. spectata *fides. Ernest. in Clave.*

23. *Consequi,* h. l. exprimere.—Mox *stultitiæ* est ignorantiæ, ut infra c. 36. *stultitia adversarii:* et vice versa *inscitia* ponitur pro *stultitia.* v. Gifanii Obs. in L. L. p. 236. *Harl.*

id quod scirent, putantur: noluit, inquiunt, hodie [s]agere [24] Roscius; aut, [t] [25] crudior fuit: oratoris peccatum, si quod est animadversum, [u] stultitiæ peccatum videtur. Stultitia autem excusationem non habet: quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, stultus fuisse. Quo etiam gravius judicium in dicendo subimus. Quoties enim dicimus, toties de nobis judicatur: et, qui semel in gestu peccavit, non continuo existimatur nescire gestum; cujus autem in dicendo aliquid reprehensum est, [x] aut æterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis.

(28.) Illud vero, quod a te dictum est, esse permulta, quæ orator nisi a natura haberet, non multum a magistro adjuvaretur: valde tibi assentior, inque eo vel maxime probavi summum illum doctorem, [26] Alabandensem Apollonium, qui, cum mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere, dimittebatque: et [27] ad quam quemque artem putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebat. Satis est enim ceteris artificiis percipiendis, tantummodo [y] similem esse hominis; et id, quod tradatur, vel etiam inculcetur, si quis forte sit tardior, posse percipere animo, et memoria custodire: non quæritur mobilitas linguæ, non celeritas verborum, non denique ea, quæ nobis non possumus fingere, [28] facies, vultus, sonus. In oratore autem acumen [29] dialecticorum, sententiæ philosophorum, verba prope poëtarum, memoria jurisconsultorum, vox tragœdorum, gestus pæne summorum actorum est requirendus. Quamobrem nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest: quæ enim singularum rerum artifices singula si mediocriter adepti sunt, probantur, ea, nisi omnia summa sunt in oratore, probari non possunt.

Tum Crassus, Atqui vide, inquit, in [z] [30] artificio perquam tenui et levi, quanto plus adhibeatur diligentiæ, quam in hac re, quam constat esse maximam. Sæpe enim soleo audire Roscium, cum ita dicat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem: non quo non essent quidam probabiles, sed quia, si aliquid modo esset vitii, id ferre ipse non posset. Nihil est

[s] *In theatro dicere.* [t] *stomacho laboravit propter cibos non concoctos.* [u] *ignorantiæ,* [x] *aut semper, aut diu opinantur homines eum esse tardum, et malum oratorem.* [y] *præditum esse ratione, ut cæteri homines prædíti sunt.* [z] *histrionum arte.*

24. *Roscius.* Insignis ætate Ciceronis histrio, de quo plura in his, et aliis libris oratoriis Tullius. *Proust.*

25. *Crudior fuit,* h. e. raucitatem vocis contraxerat ex cruditate, sive mala concoctione. v. Schütz. *Harl.*

26. *Alabandensem.* Ex Alabanda, quæ urbs est Asiæ minoris in Caria. Alius Apollonius Molo, cujus supra meminit, Rhodius fuit. *Proust.*

27. *Ad quam quemque artem.* Sic edd. s. l. et a. Med. Asc. Lips. pro *quamcunque.* Recte recepit Pearcius, qui et ipse in aliquot edd. pr. reperit. *Ernest.*

28. *Facies,* h. e. habitus totius corporis. Conf. Gell. N. A. xiii. cap. 29. ubi plura de significationibus usuque voc. *facies* observantur. *Harl.*

29. *Dialecticorum.* Quorum propria est subtilitas: profitentur enim artem disserendi, cujus finis est verum a falso distinguere. *Proust.*

30. *Artificio perquam tenui.* Non alia vilior, si servitia exceperis, quam histrionum, fuit apud Romanos conditio. Nonnullis imperatorum legibus infames declarantur in codice Justiniani, lib. xi. titulo XLI. aliis tamen ab infamia vindicari videntur. *Proust.*

enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, [a] quam id, in quo aliquid offenderis. Itaque [b] ut ad hanc similitudinem hujus histrionis, oratoriam laudem dirigamus, videtisne, quam nihil ab eo, nisi perfecte, nihil nisi cum summa venustate fiat? nihil nisi ita, ut deceat, et uti omnes moveat atque delectet? Itaque hoc jamdiu [31] est consecutus, ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratore desiderans, a qua ipse longe absum, facio impudenter: [c] mihi enim volo ignosci, ceteris ipse non ignosco. Nam qui non potest, qui vitiose facit, quem denique non decet, hunc (ut Apollonius jubebat) [d] ad id, quod facere possit, detrudendum puto.

(29.) Num tu igitur, inquit Sulpicius, me, aut hunc Cottam, [32] jus civile, aut rem militarem jubes discere? nam quis ad ista summa, atque in omni genere perfecta, potest pervenire? Tum ille, Ego vero, inquit, quod in vobis egregiam quandam ac præclaram indolem ad dicendum esse cognovi, idcirco hæc exposui omnia: nec magis ad eos deterrendos, qui non possent, quam ad vos, qui possetis, exacuendos accommodavi orationem meam: et quamquam in utroque vestrum summum esse ingenium studiumque perspexi, tamen hæc, [33] quæ sunt in specie posita, de quibus plura fortasse dixi, quam solent Græci dicere, in te, Sulpici, divina sunt. Ego enim neminem, nec motu corporis, neque ipso habitu atque forma aptiorem, nec voce pleniorem, aut suaviorem mihi videor audisse; quæ quibus a natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut iis, quæ habeant, [34] modice et scienter utantur, et [e] ut ne dedeceat. Id enim est maxime vitandum, et de hoc uno minime est facile præcipere, non mihi modo, qui sicut [35] unus [f] paterfamilias, his de rebus loquor, sed etiam ipsi illi Roscio; quem sæpe audio dicere, caput esse artis, decere: quod tamen unum id esse, quod tradi arte non possit. Sed, si placet, [g] sermonem alio transferamus, et nostro more aliquando, non rhetorico, loquamur.

[a] *quam si peccatum admiseris, quo alii offendantur.* [b] *ut judicemus de oratore perfecto comparatione illius cum Roscio instituta.* [c] qui hac perfectione caream, et iis qui carent non parcam, sed ad alias artes etiam invitos traduci velim. [d] *ad aliquid aliud.* [e] *ut ne peccent contra decorum.* [f] non sicut artis magister in schola. [g] *omittamus sermonem de præceptis oratoriis, et loquamur de iis rebus, de quibus quotidie solemus inter nos loqui.*

31. *Est consequutus.* Conf. Cic. ad div. v. ep. 8. 4. *Harl.*

32. *Jus civile.* Tribus scilicet artibus operam vulgo dare solebant nobiles Romani, aut eloquentiæ, aut jurisprudentiæ, aut militiæ. *Proust.*

33. *Quæ sunt in specie posita.* Quæ pertinent ad quandam corporis dignitatem; ut actio, vox, motus et conformatio corporis. *Proust.*

34. *Modice et scienter. Modice* non est, quod vulgo; nam id per se intelligitur in iis, qui mediocria habent dona naturæ: sed ratione, s. modo et ratione, ut Cicero dicere solet, ad legem certam. *Ernest.*

35. *Unus paterfamilias.* Vox *unus* hic videtur significare *unus multorum*, ut cum Horatio loquar, aut *unus e numero.* Idem valet *unus paterfamilias*, quod in cap. 34. *quemcunque patrem familias arripuissetis ex aliquo circulo. Pearce.* Add. Ernesti Clav. Cicer. voc. *unus*, et Westerhov. ad Terent. Andr. i. 1. 91. cui voc. *unus* sæpius, etiam nostro, quem citat, loco παρέλκειν videtur. *Harl.*

Minime vero, inquit Cotta; [36] nunc enim te jam exoremus necesse est, quoniam retines nos in hoc studio, nec ad aliam [37] dimittis artem, ut nobis explices, quidquid est istud, quod tu in dicendo potes: neque enim sumus nimis avidi: [38] ista tua mediocri eloquentia contenti sumus, idque ex te quærimus, (ut ne plus nos assequamur, quam quantulum tu in dicendo assecutus es,) quoniam, quæ a natura expetenda sunt, ea dicis [h] non nimis deesse nobis, quid præterea esse [i] assumendum putes?

(30.) Tum Crassus arridens, Quid censes, inquit, Cotta, nisi studium, et [39] ardorem quendam amoris? sine quo cum in vita nihil quidquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo umquam assequetur. Neque vero vos ad eam rem video esse cohortandos: quos, cum mihi quoque sitis molesti, nimis etiam flagrare intelligo cupiditate. Sed profecto studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. Quare, quoniam mihi levius quoddam onus imponitis, neque ex me de oratoris arte, sed de hac mea, quantulacunque est, facultate quæritis, exponam vobis quandam, non aut perreconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut gravem rationem consuetudinis meæ, qua quondam solitus sum uti, cum mihi in isto studio versari adolescenti licebat. Tum Sulpicius, O diem, Cotta, nobis, inquit, optatum! quod enim neque precibus unquam, nec [k] insidiando, nec [l] speculando assequi potui, ut, quid Crassus ageret, meditandi aut dicendi causa, non modo videre mihi, sed ex [40] ejus scriptore et lectore Diphilo suspicari liceret; id spero nos esse adeptos, omniaque jam ex ipso, quæ diu cupimus, cognituros.

(31.) Tum Crassus, Atqui arbitror, Sulpici, cum audieris, non tam te hæc admiraturum, quæ dixero, quam existimaturum, tum, cum ea audire cupiebas, causam, cur cuperes, non fuisse. Nihil

[h] *non omnino.* [i] *addendum.* [k] *Omnia clam tentando.* [l] *aditus omnes, quibus id consequi possem, vestigando.*

36. *Nunc enim te jam.* Est, qui legit *te etiam*, ne duo coeant adverbia temporis. Sed *nunc* in hoc loco non ad tempus spectat; vis ejus exprimitur in sequentibus, *quoniam retines nos*, etc. *Pearce retines nos*, h. v. vis, ut porro studeamus, operam demus eloquentiæ. *Harl.*

37. *Dimittis.* Vide suavitatem dialogi, et facetum Cottam, qui dirigit orationem ad id, quod Crassus c. 28. init. de Apollonio dixerat! et quam blande laudat Crassum! *Harl.*

38. *Ista tua mediocri.* Ironice dictum: tua tibi videtur eloquentia mediocris, nobis maxima. *Proust.*

39. *Ardorem q. amoris.* Hæc verba, quæ difficiliora sunt intellectu, et vehementiorem sensum h. l. denotant, singulari dissertatione, maxime ex Platonis locis, illustrata esse atque explicita a I. F. Ekhardo, Isenac. gymnas. direct. a. 1771. animadvertit Müller in diss. cit. p. 27. med. *Harl.*

40. *Ejus scriptore.* Romani studiis literarum addicti, ut parcerent operæ, servos habebant quibus ad scribendum et legendum uterentur. Id Ciceroni Tyro, Crasso Diphilus præstabat. *Proust.*

Ibid. *Scriptore et lectore.* Qui scilicet solebat dictantis ore excipere orationem aliquam recens elaboratam, quam scripto mandaret, ac postea prælegeret, si quid esset perperam positum, aut mutandum, aut delendum etc. Vocabantur tales servi, vocabulo græco satis noto, Anagnostæ, ut hoc ipso Ciceronis loco aliisque additis confirmat Scheffer. in libro de stilo cap. vii. §. 4. *Scriptor* igitur h. l. est in sensu proprio: alioquin apud Ciceronem quoque denotat eum, qui ipse operis cujusdam auctor est. Sic de Orat. i. c. 34. *omnium bonarum artium* scriptores *ac doctores et legendi et pervolutandi sunt.* Conf. Funccium libro cit. p. 257. sq. *Harl.*

enim dicam reconditum, nihil exspectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. Nam principio illud, quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum, non negabo me ista omnium communia et [m] contrita præcepta didicisse: primum, oratoris officium esse, dicere ad persuadendum accommodate: deinde, esse omnem orationem aut [41] de infinitæ rei quæstione, sine designatione personarum et temporum; aut de re certis in personis ac temporibus locata. [n] [42] In utraque autem re quidquid in controversiam veniat, in eo quæri solere, aut factumne sit, aut, si est factum, quale sit, aut etiam quo nomine vocetur, aut, quod nonnulli addunt, rectene factum esse videatur. Exsistere autem controversias etiam, ex scripti [43] interpretatione, in quo aut ambigue quid sit scriptum, aut [44] contrarie, aut ita, ut a sententia scriptum dissideat: his autem omnibus partibus subjecta quædam esse argumenta propria. Sed causarum, [o] quæ sint a communi quæstione sejunctæ, [45] partim in judiciis versari, partim in deliberationibus; esse etiam genus tertium, quod in laudandis aut vituperandis hominibus poneretur: certosque esse [46] locos, quibus in judiciis uteremur, in quibus [47] æquitas quæreretur: alios in deliberationibus, qui omnes ad utilitatem dirigerentur eorum, quibus consilium daremus: alios item in laudationibus, in quibus ad personarum dignitatem omnia referrentur. Cumque esset omnis oratoris vis ac facultas [48] in quinque partes distributa, ut deberet reperire primum, quid diceret: deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio [p] dispensare atque componere: tum ea denique vestire

[m] *pervulgata.* [n] *in utroque quæstionis genere.* [o] *quæ finitæ sint, ac certis circumstantiis alligatæ.* [p] *disponere.*

41. *De infinitæ rei quæstione.* Quæstio est argumentum orationis, sive id de quo quæritur. Ea quæstio, si nullis definita est circumstantiis personarum, loci, temporis, &c. vocatur infinita, et vulgo thesis, interdum etiam locus communis; verbi gratia, an bellum sit gerendum. Si designantur personæ, locus, tempus, &c. vocatur quæstio definita, seu hypothesis, causa, controversia; verbi gratia, an contra Cæsarem bellum sit gerendum. Vide Topica, n. 79, &c. *Proust.*

Ibid. *Infinitæ;* h. e. sejunctæ a circumstantiis personarum et temporum, quæ uno verbo *causa* dicitur. *Ernest. in Clave.*

42. *In utraque autem re——esse videatur.* Exemplum, in quo quatuor illa postulata reperiuntur, ipse Cicero in orat. pro Milone præbet. v. Wetzel.—*controversia* est consideratio ipsa quæstionis. add. Streb. ad h. l. qui est classicus: infra ad libr. ii. 19. *Harl.*

43. *Interpretatione.* Conf. Cic. in Bruto c. 39. et infra ii. 26. *Harl.*

44. *Contrarie. Contrarie* scriptum, est, in quo repugnantia sunt, at Part. 31. est aliud de eadem re scriptum. *Ernest in Clave.*

45. *Partim in judiciis.* De triplici genere, judiciali, deliberativo, et exornativo diximus, lib. i. Herenniano, n. 2. *Proust.*

46. *Locos.* Sunt *loci rhetorum*, qui sunt fontes argumentorum. *Ernest. in Clave.*

47. *Æquitas quæreretur.* Pro vulgato *quæritur*, recte sic edidit Pearcius: nam id ordo et ratio scribendi postulat, etsi omnes libri vulgatum habent. Sed sic et alibi faciendum erat. *Ernest.*

Ibid. *In quibus æquitas quæreretur.* Sic Strebæus bene edidit. [item Ernest.] Nam postea Cicero usus est imperfecto tempore modi subjunctivi *dirigerentur* et *referrentur*. Vulgo *quæritur*. *Pearce.* De triplici hoc dicendi genere pleni sunt veterum rhetorum libri: v. Aristotel. Rhetor. i. 3. 3. Quinctil. Institt. iii. 3 fin. atque c. 4. et quos laudat Gesner ad illa capita: Cicer. infra ii. 10. *Harl.*

48. *In quinque partes.* Inventionem scilicet, dispositionem, exornationem, memoriam, et actionem. *Proust.*

[49] atque ornare oratione: post [q] memoria sepire: ad extremum agere cum dignitate ac venustate. [50] Etiam illa cognoram, et acceperam, antequam de re diceremus, [51] initio conciliandos eorum esse animos qui audirent: deinde rem demonstrandam: postea controversiam constituendam: tum id, quod nos intenderemus, confirmandum: post, quæ contra dicerentur, refellenda: extrema autem oratione, ea, quæ pro nobis essent, amplificanda et augenda; quæque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda.

(32.) [52] Audieram etiam quæ de orationis ipsius ornamentis traderentur; in qua præcipitur primum, ut pure et latine loquamur: deinde ut plane et dilucide: tum ut ornate: post ad rerum dignitatem apte et quasi decore: singularumque rerum præcepta cognoram. [53] Quinetiam, quæ maxime propria essent naturæ, tamen his ipsis artem adhiberi videram: nam de actione, et de memoria quædam brevia, sed [54] magna cum exercitatione præcepta gustaram. In his enim fere rebus [55] omnis istorum [r] artificum doctrina versatur, quam ego si nihil dicam adjuvare, mentiar: habet enim quædam quasi ad commonendum oratorem, quo quidque referat, et quo intuens, ab eo, quodcunque sibi proposuerit, minus aberret. Verum ego hanc vim intelligo esse in præceptis omnibus, non ut ea secuti oratores, eloquentiæ laudem sint adepti, sed, quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse, [56] atque [s] id egisse: sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non ejicio: est enim etiamsi minus necessarium ad bene dicendum, tamen ad cognoscendum [t] non illiberale. [57] Et exercitatio quædam suscipienda vobis est: quam-

[q] *memoria conservare, et quasi claudere.* [r] *dicendi magistrorum.* [s] *rebus observatis usos fuisse.* [t] *homine liberaliter educato dignum.*

49. *Atque ornare.* Ad inventionem Antonius, ii. 35. 1. refert acumen ingenii, rationem s. artem, diligentiam: de dispensando sive de dispositione sunt præcepta ii. 76—85. de memoria agitur ii. 86—88. de elocutione et ordine Crassus loquitur a c. 24. aut potius a cap. 37. de actione Crassus disserit iii. 56—62. vid. Wetzel. *Harl.*

50. *Etiam illa cognoram.* Hic duas primas ex quinque partibus, paullo supra memoratis, leniter attingit, sc. Inventionem et Dispositionem. *Pearce.* Add. Wetzel. not. *Harl.*

51. *Initio conciliandos.* Partes orationis designat, exordium, narrationem, propositionem, confirmationem, refutationem, ac perorationem. *Proust.*

52. *Audieram etiam.* Hæc de tertia parte vis et facultatis oratoriæ, nempe ornatu, dicuntur. *Pearce.*

53. *Quinetiam.* Hinc nonnihil dicturus est de Actione et Memoria, quarta et quinta ex iis partibus, in quas oratoris vis et facultas antea distributa fuit. *Pearce.*

54. *Magna cum exercitatione præcepta.* Pearcius addi voluit *percepta.* Non bene; nec assecutus est sensum loci. Non per longam exercitationem præcepta a Cicerone percepta erant: immo gustaverat tantum: sed præcepta, quæ gustarat, conjuncta fuerant cum magna exercitatione. *Ernest.*

55. *Omnis—doctrina,* h. e. institutio, *Unterricht. Harl.*

56. *Atque id egisse.* Frigidum esse videtur. Credo, Ciceronem dedisse: *ad artemque redegisse.* Hoc tota sententia et res desiderat. cf. c. 41. extr. *Ernest.*

Ibid. *Atque id egisse.* Strebæus interpretatus est: atque id egerunt, ut arte quadam comprehenderent. *Harl.*

57. *Et exercitatio quædam.* Non dubitavi scribere *et* pro *ea,* ut jam Strebæus et Gulielmius voluere: non enim de exercitatione dictum erat; sed quid præceptis accedere deberet, explicare volebat. *Ernest.*

Ibid. *Et.* De natura egerat antea Crassus in c. 25. etc. de arte c. 30. etc. Hic exercitationem tractat, tertiam rem, ex qua conficitur Eloquentia. *Pearce.* Müller. in disp. cit. p. 20. unice veram esse pronunciat lectionem, quam exhibet ed. Thanner. s. Lips. *at exercitatio. Harl.*

quam vos quidem [u] jampridem estis in cursu: [58] sed ii, [x] qui ingrediuntur in stadium, [59] quique ea, quæ agenda sunt in foro, [60] tamquam in acie, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra prædiscere ac meditari. Hanc ipsam, inquit Sulpicius, nosse volumus: attamen ista, quæ abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus, quamquam sunt nobis quoque non inaudita. Verum illa mox: nunc, de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus.

(33.) Equidem probo ista, Crassus inquit, quæ vos facere soletis, ut, causa aliqua posita consimili causarum earum, quæ in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad veritatem accommodate: sed plerique in hoc vocem modo, neque eam scienter, et vires exercent suas, et [y] linguæ celeritatem incitant, verborumque frequentia delectantur. In quo fallit eos, [z] quod audierunt, dicendo homines, ut dicant, efficere solere. Vere enim etiam illud dicitur, PERVERSE DICERE, HOMINES, PERVERSE DICENDO, FACILLIME CONSEQUI. Quamobrem in istis ipsis exercitationibus, etsi utile est, etiam [a] subito sæpe dicere, tamen illud utilius, sumto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. Caput autem est, quod (ut vere dicam) minime facimus: est enim magni laboris, quem plerique fugimus: quam plurimum scribere. [61] STILUS OPTIMUS, ET PRÆSTANTISSIMUS DICENDI EFFECTOR AC MAGISTER: neque injuria: nam [b] si subitam et fortuitam orationem commentatio et [62] cogitatio facile vincit; hanc ipsam profecto assidua ac diligens [63] scriptura

[u] *ista exercitatione jampridem utimini.* [x] *qui incipiunt studere eloquentiæ.* [y] *magna celeritate declamant.* [z] illud axioma. [a] *ex tempore.* [b] *si oratio parata præstat extemporali, eadem certe si fuerit scripta, meditatam duntaxat superabit.*

58. *Sed ii, qui ingred.* Sic pro *iis* dedimus. Nam nullum verbum est, unde *iis* pendeat: sed *ii* vel *hi* refertur ad *possunt*. Et sic habent edd. pr. MS. E. *Ernest.*

59. *Quique ea.* Int. ingrediuntur: nisi quid excidit. *Ernest.*

60. *Tanquam in acie.* Forum comparatur cum acie et prœlio: exercitatio vero domestica cum palæstra, in qua milites tyrones ludicris certaminibus finguntur ad vera prœlia. *Proust.*

61. *Stilus.* Proprie significat graphium, hoc est, acum ferream, qua Romani veteres, cum in obductis cera tabulis scriberent, utebantur ad formandas in cera literas. Hic stilus sumitur pro exercitatione scribendi frequenter, et per otium. Vulgo stilus est ipse modus et ratio scribendi, seu conformatio certa sententiarum et verborum in oratione: quomodo Ciceronianus, Virgilianusque stilus dicitur. Interdum etiam accipitur pro reprehensione, quo sensu Tullius ait, *censorium stilum* pertimescere, pro Cluent. 44. *Proust.*

Ibid. *Stilus—magister.* Hanc veram et auream sententiam uberius explicat et inculcat Quinctil. Institt. Orat. x. 3. per totum caput: conf. infra cap. 60. fin. Brut. 24, 3. —*Subita et fortuita oratio* est declamatio extemporalis; *commentatio* autem h. l. est meditatio. V. Ernest. in Clav. Cicer. voc. *comment. Harl.*

62. *Cogitatio.* Commentatio oratoris. Or. i. 33, 34. *in quotidianis* cogitationibus; MSS. et Edd. Vett. *concitationibus:* unde Manutius fecit *commentationibus*, Pearcius *exercitationibus:* sed præter rem. *Cogitationes* et *concitationes* sæpe confunduntur a librariis, vid. v. c. Gruter. Et I. Gronov. ad Auct. ad Her. iii. 16. *Cogitationes* autem quare non pro *commentationibus* dici possint, non video, cum *cogitare* et *meditari* pro exercitatione uti dicatur. c. 61. *meditando perfecit Demosthenes*, &c. h. e. exercitatione. Sic meditatio belli est præparatio ad bellum. Eodem fere sensu cogitatio est apud Vitruvium. Hæc ex prolusione de libris Cic. de Oratore a. 1736. edita, in qua obiter Pearcianas quasdam conjecturas rejecimus. Livius, xxxv. 28. clare *cogitationes* vocat exercitationes Philopœmenis in comparando usu militaris rei, quoad animo peraguntur. *Ernest. in Clave.*

63. *Scriptura.* Commentatio oratoris. *Ernest. in Clave.*

superabit. [c] [64] Omnes enim, sive artis sunt [65] loci, sive ingenii cujusdam atque prudentiæ, qui modo insunt in ea re, de qua scribimus, anquirentibus nobis, omnique acie ingenii contemplantibus [66] ostendunt se et occurrunt: omnesque sententiæ, verbaque omnia, quæ sunt cujusque generis maxime illustria, [d] sub acumen stili subeant et succedant necesse est: tum ipsa collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo, non poëtico, sed quodam oratorio numero et modo. Hæc sunt, quæ [67] clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt, neque ea quisquam, nisi diu, multumque [e] [68] scriptitarit, etiam si vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur: et [f] qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, ut etiam subito si dicat, tamen illa, quæ dicantur, similia scriptorum esse videantur; atque etiam, si quando in dicendo [g] scriptum attulerit aliquid, [h] cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur. Ut concitato navigio, [69] cum remiges [i] inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum: sic in oratione perpetua, cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine et vi concitata.

(34.) [70] In quotidianis autem [k] cogitationibus equidem mihi ado-

[c] *omnia quæ vel ab arte inveniuntur, vel ingenii perspicacia.* [d] *expandantur ab eo, qui scribit accurate, ac per otium.* [e] *sæpe scripserit.* [f] *qui dicit publice, postquam privatim scripsit plurima.* [g] *recitaverit.* [h] *licet aliquid dicat non scriptum, simile illi sit quod ante scriptum attulerat.* [i] *desierunt remos impellere.* [k] *meditationibus* ad scribendum.

64. *Omnes enim, sive a. s. l.* Sic interpungendum. *Omnes* enim, sc. loci, refertur ad *ostendunt se e. o.* Pro *sunt* MS. E. *sint*; non male. Pro *acie* in edd. pr. est *arte*; male. *Ernest.*

Ibid. *Omnes—sunt loci. Omnes* scil. *loci* refertur ad *ostendunt*: *loci* autem, h. e. sedes argumentorum et totius inventionis, *sive artis sunt*, e parte dialectices τοπικῇ erui et inveniri possunt, quam Aristoteles et alii tradiderunt, *sive ingenii cujusdam atque prudentiæ*, quod Stoici judicarunt, *qui modo insunt*, (de quo verbo v. ad ii. 23.)—*scribimus*, h. e. ex ipsius vi naturaque sumi possunt, *anquirentibus nobis—occurrunt*, non item obvii sunt ex tempore dicentibus. De studio orationis extemporalis agit Quinctil. Institt. Or. x. 7. adde vero eumdem, ii. 4. 17. *Harl.*

65. *Loci.* Loci oratorii sunt argumentorum sedes; alii intrinseci, et in ipsa causa positi; ut definitio, enumeratio partium, &c. alii extrinseci, et extra rem ipsam; ut locus a fama, a testibus, &c. *Proust.*

66. *Ostendunt se.* Triplex scribentium utilitas. Inveniunt certius ea omnia quibus probari ac defendi causa potest: illustres sententias seligunt: verba expendunt; quod facere non possunt qui dicunt ex tempore. *Proust.*

67. *Clamores*, n. plaudentium et laudantium. v. Plin. iv. epist. 5. ibique Gesner. *Harl.*

68. *Scriptitarit. Scriptitare*, multum commentari. *Ernest. in Clave.*

69. *Cum remiges inhibuerunt.* Pearcius edidit *sustinuerunt.* Sic Ciceronem scribere debuisse, certum est ipsius judicio: an sic scripserit, dubium videtur. Academicæ quidem disputationes serius scriptæ sunt, et in his dederat *inhibere*: multo ergo magis in his de Oratore libris. Quomodo librariis in mentem venerit, verbo noto *sustinuerunt* substituere *inhibuerint?* An Cicero bis ediderit libros suos, non constat. *Ernest.*

Ibid. *Inhibuerunt.* In hujus vocis notione deceptum olim se fuisse fatetur Cicero ad Atticum, lib. xiii. epist. 21. *Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum. Quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. Id non esse ejusmodi didici heri, cum ad villam nostram navis appelleretur: non enim sustinent, sed alio modo remigant. Id ab ἐποχῇ remotissimum est: Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem, remigationis navem convertentis ad puppim. Proust.* v. Gronovii Obs. iv. 26.

70. *In quotidianis cogitationibus.* P. Manutius corrigebat *commentationibus*; Pearcius

lescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, qua [71] C. Carbonem, nostrum illum inimicum, solitum esse uti sciebam, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta [l] ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis, pronuntiarem: sed post animadverti, hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quæ maxime cujusque rei propria, quæque essent ornatissima, atque optima, [m] occupasset, aut Ennius, si ad ejus versus me exercerem, aut [72] Gracchus, si ejus orationem mihi forte proposuissem: ita, si iisdem verbis uterer, nihil prodesse; si aliis, etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem. Postea mihi placuit, eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Græcas orationes [n] explicarem: quibus lectis hoc assequebar, ut, cum ea, [73] quæ legerem Græce, Latine redderem, non solum optimis verbis uterer, et tamen usitatis, sed etiam [o] exprimerem quædam verba imitando, quæ nova nostris essent, dummodo essent idonea. Jam vocis, et spiritus, et totius corporis, et ipsius linguæ motus et exercitationes, non tam artis indigent, quam laboris; quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. Intuendi nobis sunt non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus. Exercenda est etiam [74] memoria, ediscendis ad verbum quam plurimis et nostris scriptis et alienis. Atque in ea exercitatione non sane mihi displicet adhibere, si consuêris, etiam istam [75] locorum simulacrorumque rationem, quæ in arte traditur. [p] Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili, [76] me-

[l] *quantum memoria poteram tenere.* [m] *prior usurpasset.* [n] *in sermonem Latinum verterem.* [o] *quædam Latina verba de novo facerem, ad Græcarum vocum similitudinem formata.* [p] *oportet ut orator, qui se privatim exercuit ad recte et cum dignitate dicendum, id ipsum deinde in foro præstet.*

exercitationibus, quod in ed. Lips. est. Sed *cogitatio* esse potest commentatio. Sic cap. superiori conjunguntur pro synonymis *cogitatio* et *commentatio*. Ergo res ad libros redit. Edd. pr. habent vitiose *concitationibus*. Aldus et Junta edidere vulgatum, nescio unde. At scriptura MS. E. tamen videtur legenda *commentationibus*: immo vix aliter legi potest, certe nulli ceterarum lectionum convenit. *Ernest.*

71. *C. Carbonem.* Qui sibi veneno necem intulit, ut traditur in Bruto. *Proust.*

72. *Gracchus.* De Graccho Cicero disserit in libro de Claris Oratoribus. *Proust.*

73. *Quæ legerem Græce, Latine redderem. Hoc veteres oratores optimum judicabant— Hoc Cicero sua ipse persona frequentissime præcipit: quinetiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos.* Quintilianus, lib. x. cap. 5. *Proust.*

74. *Memoria.* Lege Quinctil. i. 1. 36. x. 6. xi. 2. tot. ii. 7. tot. ubi inter alia: ut scribere, ait, pueros, plurimumque esse in hoc opere, plane velim: sic ediscere *electos* ex orationibus vel historiis, aliove quo genere dignorum ea cura voluminum locos, multo magis suadeam. *Harl.*

75. *Locorum, simulacrorumque rationem.* Memoria artificialis, de qua consulendus liber iii. ad Herennium, n. 34. maxime in eo continetur, ut loca, et imagines quædam animo informentur, quibus velut imponantur et inhæreant ea, quorum volumus meminisse. Loca sunt, verbi gratia, domus aliqua, ubi limen, cubicula, fenestræ, &c. Imagines, aliæ sunt hominum et ferarum, aliæ rerum anima et motu carentium, ut arborum, lapidum, &c. quæ imagines certo inter se ordine collocatæ res ipsis affixas facilius exhibent. Vide Fabium, lib. xi. cap. 2. *Proust.*

76. *Medium in agmen.* Hæsi aliquando in hoc verbo, cogitavique *solem*; quod *sol* et *pulvis* solent in hac sententia jungi. Sed *agmen* est sensu militari accipiendum, de exercitu iter faciente belli causa; nam etiam

dium in [77] agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, atque in aciem forensem: subeundus usus omnium, et [q] periclitandæ vires ingenii; et [r] [78] illa commentatio inclusa [79] in veritatis lucem proferenda est. Legendi etiam poëtæ, cognoscenda historia, omnium bonarum artium scriptores ac doctores et legendi, et pervolutandi, et exercitationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi; disputandumque de omni re in contrarias partes, et, quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eliciendum atque dicendum. Perdiscendum jus civile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, [s] senatoria consuetudo, [t] [80] disciplina reipublicæ, [81] jura sociorum, [82] fœdera, pactiones, [u] causa imperii cognoscenda est: [x] libandus etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos: quo, tanquam sale, perspergatur omnis oratio. [y] Effudi vobis omnia, quæ sentiebam, quæ fortasse, quemcunque patremfamilias arripuissetis ex [z] aliquo circulo, eadem vobis percunctantibus respondisset.

(35.) Hæc cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. Sed quamquam satis iis, qui aderant, ad id, quod erat propositum, dictum videbatur, tamen sentiebant celerius esse multo, quam ipsi vellent, ab eo peroratum. Tum Scævola, Quid est, Cotta? inquit, quid tacetis? nihilne vobis in mentem venit, quod præterea a Crasso requiratis? Immo id mehercule, inquit, ipsum attendo: tantus enim cursus verborum fuit, et sic [83] evolavit oratio, ut ejus vim atque [a] incitationem adspexerim: vestigia ingressumque vix viderim, et tamquam in aliquam locupletem ac [b] refertam domum venirem, [c] non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis, et signis propalam collocatis, sed his omnibus multis magnificisque

[q] *experiendum quid possit vis ingenii.* [r] *id faciat in aliqua vera causa, quod in fictis causis factitavit.* [s] *quæ sit consuetudo senatus* in rep. administranda. [t] *politica scientia.* [u] *ea quæ pertinent ad jura imperii.* [x] *modice cognoscendus.* [y] *promiscue exposui.* [z] *ex hominum otiose confabulantium turba.* [a] *motum celerrimum.* [b] *domum plenam* vestibus, signis, &c. [c] *non proposita,* ut quis curiose per otium inspiciat.

milites in umbratili exercitatione discunt incedere more militari. *Ernest.*

77. *Agmen. Orationem in* medium agmen *deducere e domestica exercitatione* i. e. in judicio causas dicere. *Ernest. in Clave.*

78. *Illa commentatio.* Illa exercitatio domestica, et quasi in gymnasiis inclusa, palam in caussis veris, non fictis, in foro habendis, est ostendenda, h. e. caussas forenses agere incipiat. *Harl.*

79. *In veritatis lucem proferenda.* In veram lucem, h. e. in veris caussis adhibenda. v. Ernesti Clav. Cic. voc. *veritas.* Opponitur exercitationi domesticæ et umbratili, caussis s. declamationibus fictis. *Harl.*

80. *Disciplina reipublicæ,* legibus et moribus publice privatimque receptis continetur. *Ernest. in Clave.*

81. *Jura Sociorum.* Socii Romanorum dicebantur ii populi, qui vel sua sponte, et bello non lacessiti, societatem cum Romanis inibant; vel qui ab iis victi, certas, quibus uterentur, leges accipiebant; suas etiam fœdere constituto servabant. *Proust.*

82. *Fœdera.* Multo plus habent dignitatis et cæremoniarum, quam pactiones: fiunt enim fœdera vocatis divis, dato jurejurando, occisa porca; pactiones sola voce aliquando concipiuntur, et data invicem, acceptaque fide. Rursum, pactiones iniri cum privatis possunt, non fœdera. *Proust.*

83. *Evolavit or.* Si recta est lectio, intell. avolavit, prætervolavit; quod est verbum in hac sententia usitatum. In ceteris distinctio vulgaris est vitiosa. Interpunxi igitur paullo post sic: *r. c. ac reconditis: sic modo,* &c. et sic est in edd. s. l. et a. Med. *Ernest.*

Ibid. *Evolavit or.* h. e. celeriter præterlit, ut vix quæ dicta sint, percipi potuerint. *Ernest. in Clave.*

rebus [d] constructis ac reconditis: sic modo in oratione Crassi divitias atque ornamenta ejus ingenii per quædam involucra atque integumenta perspexi: sed ea cum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit: ita neque hoc possum dicere, me omnino ignorare, [e] quid possideat, neque plane nosse, ac vidisse. Quin tu igitur facis idem, inquit Scævola, quod faceres, si in aliquam [84] domum, plenam ornamentorum, villamve venisses. Si ea seposita, ut dicis, essent, [85] tu valde spectandi cupidus esses; non dubitares rogare dominum, ut proferri juberet, præsertim si esses familiaris: similiter nunc petes a Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco, [86] quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat, et [87] suo quidque in loco collocet. Ego vero, inquit Cotta, a te peto, Scævola (me enim, et hunc Sulpicium impedit pudor ab [f] homine omnium gravissimo, qui genus hujusmodi disputationis semper contemserit, hæc, [g] quæ isti forsitan puerorum elementa videantur, exquirere:) sed tu hoc nobis da, Scævola, et perfice, ut Crassus hæc, quæ [h] coarctavit et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. Ego mehercule, inquit Mucius, antea vestra magis hoc causa volebam, quam mea. Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere ejus in causis oratione delector: nunc vero, Crasse, mea quoque etiam causa rogo, ut quoniam tantum habemus otii, quantum jamdiu nobis non contingit, ne graveris [i] [88] exædificare id opus, quod instituisti. [k] Formam enim totius negotii opinione majorem, melioremque video; quam vehementer probo.

(36.) Enimvero, inquit Crassus, mirari satis non queo, etiam te hæc, Scævola, desiderare, quæ neque ego teneo, uti ii, qui docent; neque sunt ejus generis, ut, si optime tenerem, digna essent ista sapientia ac tuis auribus. [89] Ain tu? inquit [l] ille. Si de istis com-

[d] *in acervum congestis.* [e] *quænam sint illæ divitiæ, quibus Crassi ingenium abundat.* [f] Crasso. [g] *quæ Crassus fortasse nimis abjecta, et pueris tantum explicanda credat.* [h] *congessit ac stipavit.* [i] *ad fastigium perducere.* [k] *designationem operis, primis veluti lineamentis expressam, meliorem, quam putabam, esse video.* [l] Scævola.

84. *Domum—villamve.* Sic edidi ex ed. W. Id expressit, sed paullulum mutatum, ed. s. l. et a. *vel in villam*, quod et ed. Lips. habet. Aldus dedit *illam*, ut ad domum referretur; quod sane bene latinum est. *Ernest.*

85. *Tu valde.* Delevi *que* cum ed. W. quod melius est. MS. E. *tu, qui v.* mox: *si esses fam.* sc. ei, cujus illa domus vel villa, pro *esset*, ex ed. W. et aliis scr. et edd. Tum *petes* pro *petis*, ex edd. W. A. item MS. E. Non enim refertur ad *facis*. Ed. s. l. et a. Med. Lips. habet *petas*. Confusionem peperit vitiosa interpunctio. *Ernest.*

86. *Quasi per transennam.* Per cancellos fenestris oppositos, visui tamen pervios. Metaphora ducta est a mercatoribus, qui mercibus pretiosis, quas a prætereuntibus nolunt contrectari, tales cancellos objiciunt. Itaque per transennam aspicere, idem est, quod nec propius, nec singillatim intueri. *Proust.*

Ibid. *Per transennam.* Servius et Isidorus interpretantur, extensum funem: Nonius vero Marcellinus fenestram, scil. clathratam, opus cancellatum et reticulatum, idque pluribus docuit Salmas. in Exercit. Plin. p. 643. sq. add. Cortii not. ad Sallustii fragmm. p. 961. inprimis Voss. in Lex. etymol. h. v. qui quoque de nostro Ciceronis loco, hujusque variorum lectione atque interpretatione copiose disputat, ac Gesner. in Thesauro L. L. h. v. *Harl.*

87. *Suo quidque in loco.* *In* addidimus ex edd. W. et ceteris plurimis, quibus MS. E. consentit. *Ernest.*

88. *Exædificare*, de oratoribus est, latius disserere. *Ernest. in Clave.*

89. *Ain tu? inq. ille.* Sic Pearcius e

munibus et pervagatis vix huic ætati audiendum putas, etiamne illa negligere possumus, quæ tu oratori cognoscenda esse dixisti, de naturis hominum, de moribus, de rationibus iis, quibus hominum mentes et incitarentur et reprimerentur, de historia, de antiquitate, de administratione reipublicæ, denique de nostro ipso jure civili? Hanc enim ego omnem scientiam, et copiam rerum, in tua prudentia sciebam inesse: [m] in oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem numquam videram.

Potes igitur, inquit Crassus, (ut alia omittam innumerabilia et immensa, et ad ipsum tuum jus civile veniam,) [n] oratores putare [90] eos, quos multas horas [o] exspectavit, [p] cum [91] in campum properaret et ridens et [q] [92] stomachans Scævola, cum [93] Hypseus maxima voce, plurimis verbis, a M. Crasso prætore contenderet, ut ei, quem defendebat, [94] causa cadere liceret, Cn. autem Octavius, homo con-

[m] *in iis rebus, quas adhibet orator ad instruendam orationem.* [n] *in numerum oratorum referre.* [o] *spectans audivit.* [p] *cum in campum* Martium ad comitia *festinaret.* [q] *ægre ferens* Hypsei, et Octavii, causidicorum, ignorantiam juris civilis.

MSS. duobus dedit, recte. Hanc lectionem desiderat *etiamne*, in quo *ne* ineptum esset, si verum esset *an tu;* item *possumus* quod eo referri non potest. *Ernest.*

90. *Eos, quos multas horas.* Locus hic est difficilis, etiam varietate librorum, et vix sanus satis. Edd. pr. habent *expectavi* et *properarem:* cui repugnat nomen *Scævola.* Quid porro *exspectavit?* An *toleravit?* quod, aut simile quid, desiderat sententia. Cetera sunt faciliora. Sunt exempla hominum imperitorum juris civilis, qui per inscitiam a prætore peterent ea, per quæ clientes sui caussa caderent necessario: estque locus facetissimus. Res explicatur paullo post. *Ernest.*

91. *In campum.* A Marte, cui sacer erat, nomen habuit campus Martius, ubi et comitia centuriata habebantur, et, tanquam in palæstra, juventus Romana militiæ rudimentis instituebatur. *Proust.*

92. *Stomachans Scævola.* Scævola pontifex max. collega L. Crassi, non augur, qui paullo post respondet, significatur. *Manutius.*

Ibid. *Scævola.* Non ille Q. Scævola augur, Crassi socer, quo præsente Crassus hic disserit; sed alter Q. Scævola, pontifex, jurisconsultus peritissimus, et tum, cum hoc judicium disceptaretur, tribunus erat plebis, anno scilicet U. C. DCXLIX. ante Christum CV. *Proust.*

93. *Cum Hypseus.* Causam integram accipe. Ibat Scævola pontifex in campum Martium ad comitia; iter illi per forum fuit; in eo reperit oratores duos inter se litigantes, et graviter ignoratione juris civilis peccantes. Horum uni nomen Hypseus erat, alteri Cn. Octavius, qui consulatum gesserat anno U. C. DCXXVI. ante Christum CXXVIII. Hypseus accusabat aliquem tutorem, quod pupilli fortunas male administrasset. Hoc *judicium tutelæ* appellatur. Octavius tutorem defendebat. Judex hujus controversiæ M. Crassus, qui tum prætor urbanus erat, nempe anno U. C. DCXLVIII. ante Christum CVI. Qui judicio tutelæ damnabatur, cogebatur pupillo, cujus rebus male consuluisset, pecuniam solvere, ac damnum resarcire; deinde lege duodecim tabularum jubebatur aliquid ultra pendere, mulctæ nomine. Quod si pupillus, aut ejus patronus plus a reo peteret, quam deberetur, cadebat causa. Hoc petebat Hypseus, et plus petebat, quam par esset, adeoque debebat causa cadere. Contendebat, inquit L. Crassus, ut ei quem defendebat, nempe suo pupillo, causa cadere liceret; hoc est, petebat, ut edicto prætoris tribueretur pupillo suo major pecuniæ summa, quam deberetur: quod erat velle causam amittere. Octavius, tutoris accusati defensor imperitus, cum deberet hoc ipso vehementer lætari, quod plus, quam fas erat, peteretur: id enim si objecisset postea, et probasset, causam obtinuisset, ac reum tutorem turpi judicio tutelæ male administratæ, atque omni molestia, et periculo liberasset: Octavius, inquam, longa oratione recusabat, ne plus peteretur, hoc est, ne Hypseus causa caderet, atque ipse litem obtineret. *Proust.*

94. *Causa cadere liceret.* Ut naturam hujus litis, ejusque quæ in sequenti capite occurrit, bene intelligamus, audi Erasmum in Adag. Chil. 5. Cent. 2. Prov. 15. "Causa "cadere is dicebatur qui male agendo jus "agendi perdidisset: *Si quis,* inquit Justi- "nianus, lib. iv. tit. de Action. Paragr. *Si* "*quis—agens in intentione sua plus com-* "*plexus fuerit, quam ad eum pertineret,* "*causa cadebat,* i. e. rem amittebat: in "proximo vero Paragrapho ostendit (sc. "Justinianus) vocem hanc *plus* quadrifa-

sularis, non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet, ac ne is, pro quo ipse diceret, [95] turpi tutelæ judicio, atque omni molestia, stultitia adversarii, liberaretur? Ego vero istos, inquit, (memini enim mihi narrare Mucium) non modo oratoris nomine, sed ne foro quidem dignos putarim. Atqui non defuit illis patronis, inquit Crassus, eloquentia, neque dicendi ratio aut copia, sed juris civilis prudentia: quod alter plus, [r 96] lege agendo, petebat, quam quantum [97] lex in XII. tabulis permiserat; quod cum impetrasset causa caderet: alter iniquum putabat [s] plus secum agi, quam quod erat in actione: neque intelligebat, si ita esset actum, litem adversarium perditurum.

(37.) Quid? his paucis diebus, nonne, [t] nobis [98] in tribunali [99] Q. Pompeii, prætoris urbani, familiaris nostri, sedentibus, [u] homo ex numero disertorum [100] postulabat, [x] ut illi, unde peteretur, vetus

[r] *in ea lite, quæ ipsi intendebatur ex lege.* [s] *plus a se peti in lite, quam quod lex permitteret in ejusmodi lite.* [t] *cum delecti a Q. Pompeio judices essemus.* [u] *causidicus aliquis, qui vulgo putabatur disertus.* [x] *ut debitori, a quo petebatur pecunia,* quem ipse defendebat, *liceret uti beneficio et exceptione legis, quæ hanc habebat appositam conditionem, ut ne pecunia peteretur ante diem pactam inter creditorem ac debitorem.*

" riam intelligi; re, tempore, loco, et causa: " re, si quis pro 10 aureis petat 20, quale " Hypseus iste fecerat; tempore, si quis " ante diem vel conditionem petat," quod in sequenti capite patronum quendam fecisse dicit Crassus. *Pearce.*

95. *Turpi tutelæ judicio.* Edd. pr. *turpiculo judicio,* uti MS. E. *turpicule;* unde vulgata facta est ab Aldo. *Ernest.*

Ibid. Tutelæ *judicio;* quo quis accusatur, quasi tutoris officium male præstiterit, et pupillum fraudarit. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Turpi tutelæ judicio.* Sic recte jam ed. Kob. Ald. Junt. et recentiores. Lex autem xvi. tab. vii. Leg. duodecim tabularum, secundum ed. Jo. Nic. Funccii, Rintel. 1744. 8. quem v. pag. 348. hæc fuit, *sei tutor dolo malo cerat, vituperatod quandoque finita tutelad escit, fourtom duplioned luitor,* h. e. si tutor dolo malo gerat, scil. officium, et quando finita tutela fuerit, furtum duplum resarcito. Conf. Heineccii Antiqq. roman. jurisprudentiam illustrantium syntagma, Argentor. 1755. libr. i. titul. 26. p. 264. sqq. *Hypseus* cod. Erl. ed. Rom. Pearc. aliæque.—Uberius nostrum locum explicuit Strebæus, quem vide.

96. *Lege agendo.* Alias simpliciter dicitur, *plus petere, quam lex permittit.* Addidit *lege agendo,* concinnitatis caussa, et ut manifestior stultitia hominis esset. *Ernest.*

97. *Lex in duodecim tabulis.* Vide c. 58. *Proust.*

98. *In tribunali—sedentibus.* Nempe, in consilio prætoris, qui assessores inde paullatim dicti. *Ernest.* De *tribunali* vide Heineccium Syntagm. IV. vi. vii. et de assessoribus, ibid. ix.

99. *Q. Pompeii.* Hoc ipso anno, quo Cicero fingit habitos esse hos de Oratore dialogos, scilicet U. C. DCLXIII., ante Christum XCI., Q. Pompeius Rufus urbanam jurisdictionem sortitus obtinuit. *Proust.*

100. *Postulabat, ut illi.* Hæc fuit causa. Debebat quidam alteri certam pecuniæ summam solvendam v. g. ineunte mense Januario; alter, seu petitor non exspectavit ad illum tempus, sed petiit ut sibi solveretur v. g. mense Decembri ineunte, et accusavit debitorem quod pecuniam non solveret. Causidicus imperitus, qui debitorem defendebat, cum litem inferre debitori debuisset eo nomine, quod ante tempus peteret pecuniam (erant enim graves pœnæ positæ illis, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litem intenderent) id enim si fecisset, causa cecidisset petitor; hoc postulavit tantum, ut sibi liceret, ac debitori, quem defendebat, uti beneficio legis, et exceptione, quæ vetabat ne pecunia peteretur ante illam diem, qua cœpta esset deberi. Quod cum postulabat, non intelligebat homo juris ignarus, comparatum hoc esse in utilitatem petitoris, et adversario suo prodesse. Hinc enim factum, ut petitor postea litem de integro intulerit, tanquam si ea res nunquam in judicium antea venisset; quam litem inferre non potuisset, si inficiator, hoc est, debitor probasset judici, ante petitam esse pecuniam, quam deberi cœpisset. Petitor enim, cum postea pecuniam suam peteret apud judicem, exclusus fuisset lege, hoc est, impeditus ne ageret, ac moveret litem: lex enim excipit, hoc est, prohibet, ne agatur iterum ea de re, quæ jam in judicium venit, seu quæ jam dijudicata est. *Proust.*

atque usitata exceptio daretur, [1] CUJUS PECUNIÆ DIES FUISSET? quod petitoris causa comparatum esse, non intelligebat: ut si ille infitiator probasset judici, ante petitam esse pecuniam, quam esset cœpta deberi, petitor rursus cum peteret, exceptione excluderetur, QUOD EA RES [2] IN JUDICIUM ANTEA VENISSET. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest, quam eum, qui hanc personam susceperit, ut amicorum controversias causasque tueatur, laborantibus succurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur? Equidem [3] propinquum nostrum, [4] P. Crassum, illum Divitem, [5] cum multis aliis rebus elegantem hominem et ornatum, tum præcipue in hoc [y] ferendum et laudandum puto, [6] quod, cum [7] P. Scævolæ frater esset solitus ei persæpe dicere, neque illum in

y prædicandum.

1. *Cujus pec. dies fuisset.* Exceptio legis fuit, ut pecunia non peteretur ante diem pactum inter creditorem et debitorem, seu *illum, unde peteretur:* quum hanc exceptionem patronus debitoris suo clienti dari postularet, non vidit, comparatum hoc fuisse in utilitatem petitoris, et adversario suo profuturum fuisse. *Pearce.*

2. *In judicium antea venisset.* MS. E. *ante non venisset.* Male: nam est manifeste *exceptio rei judicatæ*, qua is, unde petitur, contra petitorem utitur, qui ante litem perdidit, quia petierat ante, quam dies solutionis fuisset. Nempe sic olim erat receptum in foro, ut, si petitor temere et alieno tempore rem in judicium deduxisset, et actione cecidisset, nec postea agere posset, ut docent Justiniani Institutiones L. IV. c. 13. de Exceptionibus, ad quem locum rem explicat plane, dilucide atque apte ad hunc Ciceronis locum Cujacius. Sed illa severitas juris a Justiniano mollita est, ut ibi dicit ipse. Plura exempla negationis in talibus vel additæ vel demtæ temere notarunt ICti. v. infra ad Partit. or. c. 28. *Ernest.*

Ibid. *Antea venisset.* Sic antiquus Borromei liber, et recte; quod sententia demonstrat: nam petitor ejus pecuniæ, cujus nondum persolvendæ dies advenisset, cavebat sibi ea exceptione, *cujus pecuniæ dies fuisset.* Quod si exceptione illa usus non esset, excludebatur, id est, jus iterum petendi non habebat; exceptione, ob exceptionem omissam priore petitione. Excludebatur autem ob eam causam, quod ea res in judicium antea venisset, nec ipse sibi, nondum debitam pecuniam petens, exceptione levissima cavisset. *Manutius.*

3. *Propinquum nostrum.* De P. Crasso, Cos. a. 622. de ejus fratris filio, P. Scævola Cos. 620, et de hujus filio, Q. Scævola, vid. c. 39. Brut. 26. 1—3. 1—5, etc. *Harl.*

4. *P. Crassum, illum Divitem.* Fasti Capitolini huic Crasso, qui Mucianus fuit, cognomen Divitis non addunt, sed alteri P. Crasso, qui et ipse Pontifex max. fuit: in quo Ciceronem sequi malo; cui assentiri videtur Gellius, lib. i. cap. 13. loquitur enim de Crasso jurisconsulto, qui fuit P. Scævolæ frater. Præterea, cum de superiore Crasso mentio fit, additur, *ille vetus:* cum de inferiore, *ille dives*, Lib. iii. 33. *Hæc fuit P. Crassi, illius veteris, hæc T. Coruncanii sapientia. Manutius.*

5. *Cum m. aliis rebus*, &c. Deest in sequentibus, quod particulæ *cum* respondeat. Credo *tum* excidisse, post *ornatum: tum præcipue in hoc ferendum et l. p.* nisi cum edd. pr. particulæ *cum* substituas *et*. Sed illud melius: videturque correctum esse *cum*, quod ei nihil in seqq. respondebat. Pearcius tamen *et* recepit, et addidit iterum ante *præcipue*. *Et* non satis convenit, quia *Divitem illum* est cognomen, quocum sequentia non copulantur ita. Pro *ferendum* idem reposuit *efferendum;* sed *ferendum* idem significat apud Ciceronem, estque exquisitius. *Ernest.*

6. *Quod, cum Scævolæ fr.* Locus difficilis: unde varietas lectionis in libris, *cum Scævolæ fratri* edd. pr. quod nihili est. Vitii sane aliquid inest. Puto excidisse *'est: quod—esset, solitus est ei persæpe dicere.* In verbis *cum Sc. frater esset*, respicitur ad gloriam Scævolarum et scientiam juris civilis. Etsi tantæ dignitatis erat Scævola frater, tamen ei sæpe dixit, &c. Tum verba *illi arti* valde olent glossam. Quale enim est, in jure civili? non potest satisfacere juri civili? Sed si deleas ista verba, omnia bene se habent. Res mihi ita evidens est, ut ea uncis includerim. Denique hæc: *quod quidem hic—consecutus*, in parenthesi sunt accipienda. *Ernest.*

7. *P. Scævolæ frater.* Non patruelis, aut consobrinus, verum germanus: nam ex Mucia Scævolarum gente in Liciniam Crassorum adoptione transierat: itaque P. Lici-

jure civili satis [illi arti] facere posse, nisi dicendi copiam [z] assumsisset: (quod quidem hic, qui mecum Cos. fuit, filius ejus, est consecutus:) neque se ante causas amicorum tractare atque agere cœpisse, quam jus civile didicisset. Quid vero ille M. Cato? nonne et eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora, atque illa ætas in hac civitate ferre maximam potuit, et juris civilis omnium peritissimus? Verecundius hac de re jamdudum loquor, quod [8] adest vir in [a] dicendo summus, quem ego unum oratorem maxime admiror; sed tamen idem hoc semper jus civile contemsit. Verum, quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo, et quoad potero, vobis exponam, quid de quaque re sentiam.

(38.) Antonii incredibilis quædam, et prope singularis et divina vis ingenii videtur, etiamsi hac scientia juris nudata sit, [9] posse se facile ceteris [b] armis prudentiæ tueri atque defendere: quamobrem hic nobis sit exceptus: ceteros vero non dubitabo primum [10] inertiæ condemnare sententia mea, post etiam [11] impudentiæ. Nam [c] volitare in foro, [12] hærere in jure ac prætorum tribunalibus, judicia privata magnarum rerum obire, [d] in quibus sæpe non [13] de facto, sed de æquitate ac jure certetur, jactare se [14] in causis centumvira-

[z] *adjunxisset* ad scientiam juris civilis. [a] Antonius in jure civili parum versatus [b] *argumentis, quæ suppeditat prudentia.* [c] *causidicum se profiteri et venditare, in jure assidue versari.* [d] *in quibus sæpe non agitur, utrum res aliqua facta sit, necne; sed* cum factum esse constet, *quæritur, an jure, an injuria facta sit.*

nius Crassus Mucianus vocabatur. Velleius, lib. ii. Gellius, lib. i. cap. 13. Cicero, Acad. lib. ii. Est autem hic P. Scævola pater Q. Scævolæ pontificis max. collegæ L. Crassi, qui et ipse pontifex max. fuit. *Manutius.*

8. *Adest vir*, sc. Antonius, de quo vide cap. sequ.—*Pearce.* Hunc autem, verecundius dixit, *contemsisse*, quam ignorasse, *jus civ.* ne hoc sermone de jure civili Antonio quicquam detrahere videretur, blandeque addidit admirationem, ne propter juris ignorantiam crederetur illum parvi facere. *Harl.*

9. *Posse se fac. ceteris armis prudentiæ causas tueri.* Sic libri vulgati. At *se* et *causas* simul stare non possunt: utrum ergo delendum sit, quæri potest. Pearcius secutus est libros, a quibus abest *se*, ut a Juntina: ego *causas* delevi, quod omittunt et edd. W. s. l. et a. Lips. et MS. E. Nam exquisitius est *ingenium se potest tueri*, quam *ingenium potest causas tueri.* In hoc nemo hæserit, in illo glossator habet, quod interpretandum putet. Quid sit *ingenium se tuetur* facile intelligitur, nempe, cum efficit, ut ei nihil deesse videatur ex iis, quæ desunt, ut scientia juris, etsi ea careat. Ceterum pro *etiamsi* eædem edd. habent *si. Ernest.*

10. *Inertiæ.* Huic probandæ operam dat Crassus, cap. 41. etc. *Pearce.*

11. *Impudentiæ.* Impudentes eos esse, conatur probare usque ad finem, cap. 40. *Pearce.*] *Pudentiæ*, Cod. v. *Harl.*

12. *Hærere.* Versari diligenter, perpetuo in re aliqua. *Ernest. in Clave.*

13. *De facto.* Causa, in qua agitur de facto, a rhetoribus vocatur conjecturalis status; quia veritas plerumque conjecturis indagatur. *Proust.*

14. *In causis centumviralibus.* Centumviri erant minores judices apud Romanos e singulis tribubus lecti ad exercenda privata de causis minoris ut plurimum momenti judicia. Porro erant illi centum quinque, terni scilicet ex unaquaque tribu; tribus autem erant triginta quinque: attamen, quo facilius nominarentur, centumviri sunt appellati. His præsidebat prætor, ut colligimus ex Plinio juniore, ex quo etiam intelligimus centumvirorum numerum ad centum octoginta excrevisse. *Proust.* Vide Heineccium, Synt. IV. vi. ix.

Ibid. *Centumviralibus.* Cæcin. 18. Centumvirale judicium, dicebatur a numero judicum rotunde enunciato: nam judices erant omnino centum et quinque: cum ex singulis tribubus terni deligerentur. v. Festus in Centumviralia judicia. Ad ejus judicii notionem pertinebant causæ plurimæ, quas enumerat Cic. de Or. i. 38. sed inprimis hereditariæ. De eo judicio exstat elegans libellus Sibrandi Tetardi Siccamæ recusus Halæ an. 1725. quem vid. impr. i. 6. ii. 5, et 8. quo capite de iis causis ad centumviros actis exponit distinctius, quarum apud Ciceronem est mentio aliosque auctores Latinos.

libus, in quibus [15] usucapionum, [16] tutelarum, [17] gentilitatum, [18] agnationum, [19] alluvionum, circumluvionum, [20] nexorum, [21] mancipiorum, [22] parietum, luminum, [23] stillicidiorum, [24] testamentorum rup-

Hinc intelliges, quæ sint causæ *centumvirales*. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Centumviral.* Hic est locus classicus de judicio centumv. quod incepit circ. A. U. 514. ac de quo Plinius junior in epistolis, e. gr. i. ep. 4. etc. et Quinctil. in Institt. orat. ex. gr. iv. 1. 57. ibique Burmann. et Gesner. v. 2. 1. ibique Gesner. et alibi frequenter disputant. Conf. Budæi Annotatt. in Pandect. p. 143. sq. Heineccii Antiqq. rom. jurisprud. illustr. Synt. part. ii. p. 227. sqq. inprimis Sibrand. Tetardus Siccama in singulari libello de illo judicio, in tomo ii. Thesauri Græv. Antiqq. Rom., et separatim edito Halæ 1725. Fusius etiam explicat h. locum Strebæus. *Harl.*

15. *Usucapionum.* Usucapio, sive usucapio, est jus possidendi, et capiendi rem aliquam, quia usus illa fuisti per certum tempus lege constitutum, eamque possedisti. *Proust.* Vide Heineccium, II. vi.

16. *Tutelarum.* Tutela a Servio Sulpitio definitur, Vis ac potestas in capite libero ad defendendum eum, qui per ætatem se ipse defendere nequit, jure civili data ac permissa. *Proust.* Vide Heineccium, I. xiii. seqq.

17. *Gentilitatum.* Gentilitas est ordo et series hominum, qui sunt ex eadem familia, quique ob eam causam jura quædam habent sibi propria, v. g. hæreditatis adeundæ, suscipiendæ tutelæ, &c. Hæc autem jura non obtinebant, neque gentilitate gaudebant, servi, liberti, libertini, et capite diminuti. *Cicero in Topicis. Proust.* Vide Heineccium, App. I. i. xxxii. et ibi citatum Sigonium de Ant. I. C. R. I. 7.

18. *Agnationum.* Agnati virilis sexus propinquitate juncti sunt, quibus, ut gentilibus, propria jura sunt. *Proust.* Vide Heineccium, III. 11.

19. *Alluvionum, circumluvionum.* Alluit prædium, vel agrum, fluvius, quando præter illum it: circumluit quando totum instar insulæ cingit. *Alluvio,* inquit Justinianus, Instit. lib. xi. cap. 1. *est incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possis, quantum quoquo momento temporis adjiciatur.* Ex alluvione autem, et circumluvione, variæ controversiæ nascuntur; v. g. si vis fluminis de prædio tuo partem aliquam detraxerit, et vicini prædio adjunxerit, cuja sit ea pars? si arbores tuæ in vicini prædium delatæ fluvio, in eo prædio radices egerint, fructum tulerint, &c. *Proust.* Vide Grotium de J. B. et P. II. viii. 8. et alibi.

20. *Nexorum.* Nexum, sive nexus, est obligatio civilis, quæ cum contrahebatur, aliquis libram et æs manu tenebat, qui vocabatur libripens. Præterea civis ille nexus dicebatur, qui cum esset liber, pecuniamque alteri deberet, illi addicebatur in servitutem, ut ipsi pro pecunia, quam deberet, nec posset solvere, servilem operam præstaret, dum æs alienum dissolverit. Nexus autem dicebatur, quod necteretur, id est, compedibus, aut nervo, vinctus, et clausus teneretur, *Livius,* lib. viii. Addictus etiam vocabatur. *Proust.*

21. *Mancipiorum.* Mancipium, inquit Isidorus, est quidquid manu capi potest. Aliquando sumitur pro quolibet servo: hic pro aliqua re, quæ accipitur, aut alteri possidenda traditur: vel pro actione, qua id fit. *Proust.* De *Nexis* et *Mancipiis* vide Heineccium, Synt. II. 1. xx.

22. *Parietum, luminum.* De pariete communi sæpe incidit controversia; de tigno in parietem immisso, de alio pariete aut adjuncto, aut supra communem exædificato, &c. Item de luminibus; v. g. si quis altius ædificet, ac vicini luminibus officiat; si quis prospectum in ædes tuas habeat, &c. *Proust.* Vide Heineccium, II. iii. iv. et viii.

23. *Stillicidiorum.* Stillicidium est aquæ pluviæ lapsus e tecto. Unde possunt oriri lites de servitute stillicidii, de immittendis et recipiendis stillicidiis. *Proust.* Heineccius, II. iii. v.

24. *Testamentorum ruptorum aut ratorum.* Dedi hic cum Pearcio, quod in omnibus edd. pr. reperi, etiam MS. E. cum in recentioribus tantum sit *ruptorum:* sed mihi utrumque suspectum est, et a glossatore natum videtur. Primum cetera genera omnia simpliciter ponuntur, nec opus erat addere hujusmodi quid: deinde non facile de testamentis ruptis quæstionem esse, ipse Cicero docet c. 57. denique ineptum est, testamenta rupta et rata, aut alterutrum genus commemorari, quasi de his tantum quæstio esse, et apud centumviros tractari possit. *Ernest.*

Ibid. *Testamentorum.* Testamentum, inquit Modestinus, *est voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.* Paulo aliter Ulpianus: *est mentis nostræ justa contestatio, in id solenniter facta, ut post mortem nostram valeat.* Pluribus de causis rescindebantur, posteriore testamento, capitis diminutione, &c. De rescissis, et ratis testamentis affert exempla Valerius Maximus, lib. vii., cap. 7, et 8. *Proust.* Heineccius, II. xvii.

Ibid. *Testamentorum ruptorum* aut ratorum, *ceterarumque.* Testamenta *rupta* sig-

torum aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium jura versentur, cum omnino, quid suum, quid alienum, quare denique [25] civis aut peregrinus, servus aut liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. [26] Illa vero deridenda arrogantia est, in minoribus navigiis rudem esse se confiteri; [27] quinqueremes, aut etiam majores, [28] gubernare didicisse. Tu mihi cum [e] [29] in circulo decipiare adversarii [30] stipulatiuncula, cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur; ego tibi ullam causam majorem committendam putem? citius hercule is, qui [31] duorum scalmorum naviculam in portu everterit, in [32] Euxino ponto Argonautarum navem gubernarit. Quid? si ne parvæ quidem causæ sunt, sed sæpe maximæ, in quibus certatur de jure civili; [f] quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia juris [33] audet accedere? Quæ potuit igitur esse causa major, quam illius militis? de cujus morte cum domum falsus ab exercitu nuntius venisset, et pater ejus, re credita, testamentum mutasset, et quem ei visum esset, fecisset heredem, essetque ipse mortuus: res delata est ad centumviros, cum miles domum revenisset, [g] egissetque lege in hereditatem paternam [34] [testamento ex-

[e] *in aliquo hominum consessu.* [f] *quam insignis est impudentia.* [g] *repetiisset paterna bona, quæ lege et jure sua erant, utque paternum testamentum irritum esse pronunciaretur.*

nificant ea testamenta, quæ aliqua conditione interveniente, aut legibus, ea illo modo fieri vetantibus, decreto Centumvirum suam vim amittebant. Sic Cicero in hujus libri c. 57. *constat agnoscendo* rumpi *testamentum.* His autem testamentis *ruptis* opponuntur ea, quæ vim suam obtinebant decreto Centumvirum, et quæ *rata* esse dicebantur. De his igitur ambobus Valerius Maximus in vii. libro tractat: in cap. 7. de *rescissis*, i. e. *ruptis*, et cap. 8. de *ratis*. Immo exempla utriusque generis Crassus hic profert; nempe testamenti *rati* in proximo capite, quum M' Curius M. Coponium caussâ vicit, heresque factus est; testamenti vero *rupti* exemplum habes in hoc capite, quum miles a Centumviris obtinebat, ut patris sui testamentum rescinderetur. Valerio enim Maximo teste, miles superior in caussa discessit. *Pearce.*

25. *Civis aut p. servus aut l.* Recte Pearcius *aut* pro *an* edidit: nam et sine libris hæc lectio certa intelligitur, quia *quare* eam necessario flagitat. Mox *impudentiæ* non *imprudentiæ* habent edd. pr. idque et ipsum res docet verum esse, et imprudentiam h. l. esse plane alienam. Impudentiæ etiam post mentio, c. 41. *Ernest.*

26. *Illa vero.* Quemadmodum turpe est, ac non ferendum, si quis glorietur se posse gubernare maximas naves, qui fateatur parva navigia non posse flectere: sic turpe est in minimis causis tractandis imperitum esse illum, qui tamen gravissimas, et publicas suscipere non dubitet. *Proust.*

27. *Quinqueremes.* Naves sunt quinque remorum ordinibus instructæ. *Proust.*

28. *Gubernare didicisse.* Intelligendum e *confiteri*, dicere, aut ejusmodi quid, propter verbum *arrogantia:* nam in discendo non est arrogantia. *Ernest.*

29. *In circulo;* i. e. in conventu privato, cum privatim aguntur res, sponsiones, vadimonia, &c., *tabellas* intellige v. c. emtionis, venditionis, syngraphas, &c. *Ernest.*

30. *Stipulatiuncula.* Obligatio est quam aliquis in se recepit, cum certis verbis interrogatus respondet: spondes? spondeo: fide jubes? fide jubeo. *Proust.*

31. *Duorum scalmorum.* Scalmus est lignum teres, ad quod remi alligantur et circa quod vertuntur. "Οθεν μὲν αἱ κῶπαι ἐκδέδενται, σκαλμὸς, inquit Pollux, lib. i. cap. 9. Navicula igitur duorum scalmorum est ea, quæ duobus remis utitur. *Proust.*

32. *Euxino ponto.* Mare illud quod a Bosporo Thracio orientem versus et septentrionem porrigitur. Primo Axenus pontus, quasi inhospitalis, propter immanem eorum, qui littora occupabant, feritatem dictus est: postea, iisdem Græcorum commercio mansuefactis, pontus Euxinus, id est, hospitalis appellari cœpit: nunc *La mer noire. Proust.*

33. *Qui audet.* An *qui audeat?* sensus meus latinitatis hoc desiderat. *Ernest.*

34. *Testamento exheres filius.* Hæc un-

heres filius]. Nempe in ea causa quæsitum est de jure civili, possetne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem, neque exheredem [35] scripsisset nominatim?

(39.) Quid? qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri judicarunt, [36] cum Marcelli ab liberti filio [37] stirpe, Claudii

cis, ut spuria, inclusi; nam mediocriter adsuetus latinitati veteris juris facile sentiat, hæc esse inepta, et a glossatore adscripta, qui e sequentibus glossam hanc sumsit. *Ernest.*

35. *Scripsisset nominatim.* Filio, qui in potestate est, præterito, inquit Caius jurisconsultus, inutile est testamentum: debet enim nominatim appellari cum ab hæreditate excluditur; alioquin legitime non erit exhæres. *Proust.*

36. *Cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii ejusdem hominis hereditatem, gente ad se rediisse dicerent.* Mortuus erat Claudius quidam liberti filius; cujus hereditatem petebant omnes Claudii, sed diverso jure, Claudii patricii jure gentis: propius autem stirpe attingimur, quam gente: nec necesse est, qui sunt ejusdem gentis, ejusdem quoque stirpis esse: at vero diversarum stirpium homines ejusdem gentis esse possunt; itaque non omnes Claudii sunt ejusdem stirpis, sunt enim Claudii Pulchri, et Claudii Nerones, utrique patricii; et Claudii Marcelli, plebeii. Qui, cum sint omnes Claudii, ejusdem sunt gentis, diversarum tamen stirpium. Justior igitur Marcellorum petitio videbatur. Nam, si servus a Marcello aliquo liberatur, accipit nomen gentis, et Claudius vocatur, gentilisque fit omnium Claudiorum: sed quoniam non ab omnibus Claudiis, verum ab uno Claudio Marcello liberatur, ideo gente quidem omnes Claudios, stirpe autem solos Marcellos attingit. Ut igitur libertus patroni, qui filios aut propinquos non habuit, si is intestato obiit, heres est: sic hereditas liberti, ejusve posterorum, eadem ratione patrono debetur. Quod si patronus vita jam excessit, in ejus jura gentiles succedunt, et omnes quidem, si una tantum familia est; sin plures familiæ in eadem gente, ut Pulchri, Nerones, Marcelli in Claudia, tum non omnes gentiles, sed ea tantum familia hereditatem consequitur, ex qua patronus fuerat: ad eam enim libertus ille, ejusque posteri stirpis jure pertinent. Hic aliquis dixerit, libertos non proprie dici eorum gentiles, quorum in gente cum serviissent, ab iisdem postea liberati sunt. Quis hoc negat? verum tamen, quod in eam gentem manumissione transissent, patronorumque non modo nomina, sed etiam, tamquam parentum filii, prænomina ipsa simul accepissent, ejusdem gentis et ipsi, et eorum posteri dicebantur. Cujus generis multas familias Romæ fuisse non dubito: nam priscis temporibus, ante Appii Cæci censoris ætatem, et aliquandiu post, tribus quasi gradibus ad ingenuitatem libertos pervenisse animadverto. Primum enim liberti erant, qui aliquando servierant: deinde ex his nati, libertini; tum ex libertinis, ingenui. Ingenuorum autem duo genera, prius, et posterius. Prius appello, qui ex libertinis nascebantur: posterius, qui ex ingenuis, libertinorum filiis. Non enim a libertinis modo ingenui differebant: sed ipsorum quoque ingenuorum diversa conditio erat: et, quo longius a prima origine discedebant, eo meliora jura consequebantur. Nam prioris generis ingenui non modo suffragium, ut eorum patres libertini, et avi etiam liberti, in tribu ferebant; sed et in tribu rustica; cum illi in quatuor tantum urbanis ferre soliti essent, quæ ignobiliores; et in ordinem quoque publicorum scribarum adscribi poterant: ad honores autem, et magistratus aditum non habebant: nam etsi Cn. Flavius scriba, qui dies fastos publicavit, patre libertino natus, ædilitatem curulem adeptus est; id tamen quam novum inusitatumque fuerit, ex eo patet, quod plerique nobilium, indignatione commoti, annulos aureos et phaleras deposuere: ut apud Livium, lib. ix. 46. et L. Pisonem, Annali tertio scriptum est. Addo illud: huic ingenuorum generi, qui libertinorum filii vocabantur, curia non patebat; ait enim Livius, lib. ix. 46. de Appio censore: *senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat: et postea quam eam lectionem nemo ratam habuit, humilibus per omnes tribus divisis, forum, et campum corrupit.* Non enim, si quis esset ingenuus, et patre libertino natus, id satis erat ad obtinendam ordinis amplissimi dignitatem: sed, qui ita erat ingenuus, ut patre equite Romano natus esset, is in senatum legebatur. Argumento sunt Suetonii verba: *Latum clavum*, ait in Claudio, 24. *libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab equite R. adoptatus esset.* Horum autem ingenuorum filiis, quod posterius genus appellavi, si modo equestrem, senatoriumque censum haberent, adscensus dabatur lectione censoria; equitibus vero nondum a censore in senatum lectis, jure tamen magistratuum, quos nondum senatores interdum tamen consequebantur, aditus in curiam patebat. Qui vero equites non essent, neque magistratum petendi jus habebant, et in senatum perquam raro legebantur. Hæc propterea dixi, plane ut intelligatur illud *ab liberti filio.* Potest enim

patricii [38] ejusdem hominis hereditatem gente, ad se rediisse dicerent; nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis jure dicendum? Quid? quod item in centumvirali judicio certatum esse accepimus, [39] qui Romam in exsilium venisset, [40] cui Romæ exulare jus esset, si se ad aliquem quasi patronum applicavisset, in-

aliquis mirari, cur Cicero non dixerit *ab libertino;* cum libertini libertorum filii fuerint. Hic distinguendum ætate L. Crassi, qui hæc loquitur apud Ciceronem, libertorum filii, non dicebantur libertini, sed libertinorum filii: erant enim ingenui: libertinorum autem nomen ad ipsos libertos attinebat. Apud veteres alia ratio fuerat. Nam libertorum filii libertini vocabantur: qui ingenui non erant. Hoc intelliget, qui Suetonii verba, quæ sunt in Claudio, perpendet: *Latum clavum,* inquit, *quamvis initio affirmasset, non lecturum se senatorem, nisi civis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Cæcum censorem generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus, temporibus Appii et deinceps aliquandiu,* libertinos *dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.* Cum dixit, *libertini filio tribuit:* non dubito, quin, liberti filio, significaverit. Id ostendit subjungens: *temporibus Appii libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.* Quibus verbis indicat, mutatam consuetudinem, quæ Appii temporibus fuerat, et libertinos ætate Claudii imperatoris dictos eos ipsos, qui manumitterentur: ætate vero Appii, eos, qui ex manumissis procreabantur: qui, scribente Suetonio, ingenui erant: propterea enim dixit, habita ratione sui temporis: *Ingenuos ex his procreatos.* Idem Suetonius, Menam, qui Pompeio Magno servierat, inter libertinos nominat in Augusto. Et in vita Servii Nicanoris liberti: *Satyram fecit, in qua libertinum se ostendit.* Cicero etiam manifeste de libertis loquitur, Ep. I. lib. ii. ad Att. cum ait, *An libertinis, atque etiam servis serviamus?* nam liberti et servi conditione proximi sunt, nihil interest medium, et alibi libertum et libertinum eundem vocat. Ad hanc et posteriores jurisconsulti consuetudinem respexere, ingenuum sic definientes: *Ingenuus est, qui statim, ut natus est, liber est.* Instit. de Ingenu. et alibi. Dixit igitur Cicero *ab liberti filio:* id est, ab ingenuo, liberti aut libertini filio; nam si *ab libertino* dixisset, libertum, non liberti filium significare visus esset. *Manutius.*

Ibid. *Ab liberti filio stirpe.* Filius liberti cujusdam e Claudiorum gente intestato decessit, ejusque hereditas lege rediit ad Claudios; quorum duæ familiæ erant, altera Patricia, altera Plebeia: Claudii Patricii vocabantur Pulchri, Plebeii vero Marcelli: hi de intestato mortui hereditate certabant. Claudii Patricii (quorum familia istius gentis maxima natu fuit) sibi hereditatem vindicarunt jure Gentilitatis, quia libertus iste e gente Claudia esset, ipsorumque familia esset prima: et quamvis servitutem servisset, tamen Claudii Patricii contendebant eam injustam fuisse, ideoque se jure Gentilitatis privari non potuisse. Claudii vero Plebeii, sc. Marcelli, eandem sibi vindicarunt hereditatem, quia libertus iste stirpe propior Marcellis fuit, quam Pulchris; et quia ista servitute (quam serviisset, et quam justam fuisse ii contendebant) jus Gentilitatis Claudiis Patriciis amissum fuisse videbatur: de significatione vocis *Gentiles* audi ipsum Ciceronem in Topicis, c. 6. *Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt. Non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum majorum nemo servitutem servivit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Hoc fortasse satis est. Pearce.*

37. *Stirpe.* Stirps erat in plebeiis, gens in patriciis. *Proust.*

38. *Ejusdem hominis her.* Sic ex edd. vett. rescripsi, pro *nominis:* quibus consentit MS. E. Quid enim est *hereditas nominis?* ab errore quidem operarum hæc lectio orta, decepit etiam doctos homines, ut multæ aliæ similes. *Ernest.*

39. *Qui Romam.* Quidam peregrinus (sic appellatur quicunque civis non est) Romam venit, in exsilium ejectus ex urbe sua, et patria. Applicuit sese, id est, adjunxit ad Romanum civem, quem coleret, observaretque, ut cliens patronum, et a quo vicissim defendebatur, ac si civis et cliens suus fuisset. Contigit ut ille peregrinus testamento nullo facto moreretur. Civis Romanus, cui peregrinus ille tanquam patrono addictus fuerat, ejus hereditatem postulavit apud centumviros, ea de causa, quod iste peregrinus ad ipsum applicuisset sese, et veluti ipsi dedidisset. Hoc, applicationis jus appellat Cicero. De isto jure antea obscuro, quia raræ sunt hujusmodi causæ, dicendum causidico fuit, adeoque illustrandum et patefaciendum. *Proust.*

40. *Cui Romæ exulare jus esset.* Ed. W. Lips. addunt negationem, *cui R. e. jus non esset.* MS. E. *Romam. Quasi patronum* appellat eum, ad quem se applicuisset, quia patroni proprie sunt civium Romanorum. *Ernest.*

testatoque [41] esset mortuus : * * * * * *
* nonne in ea causa [42] jus applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in judicio atque illustratum est a patrono? Quid? nuper, cum ego C. Sergii Auratæ contra hunc nostrum Antonium judicio privato causam defenderem; nonne omnis nostra in jure versata defensio est? [43] Cum enim Marius Gratidianus ædes Auratæ vendidisset, [44] neque, servire quandam earum ædium partem, in [h] [45] mancipii lege dixisset; defendebamus, quidquid fuisset incommodi [i] [46] in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, [k] præstare debere. Quo quidem in genere familiaris noster Bucculejus, homo neque meo judicio stultus, et suo valde sapiens, et a juris studio non abhorrens, simili in re quodam modo nuper erravit. Nam cum ædes L. Fusio venderet, in [l] mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit. Fusius autem, simul atque ædificari cœptum est in quadam parte urbis, quæ modo ex illis ædibus conspici posset, [m] egit statim cum Bucculejo, [n] quod, cuicumque particulæ cœli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina putabat. Quid vero? [47] clarissima M' Curii causa M. que

[h] *in pactione venditionis et emptionis.* [i] *in tabellis, et scripto.* [k] *in venditoris damnum verti oportere.* [l] *in contractu venditionis promisit se præstiturum, ut ne qui ex illis ædibus patebat prospectus, immutaretur; aut si id fieret, damnum a se sarciendum.* [m] *in jus vocavit Bucculeium.* [n] *quod prospectus cœli aliqua parte impediretur.*

41. *Esset mortuus.* Hic lacuna sit necesse est, quam neminem reperi deprehendisse. Nempe consequens deest, quo genus caussæ et quæstionis tradatur, nempe, an hereditas ea ad patronum illum redeat, ut libertorum, nec ne, &c. *Ernest.*

42. *Jus applicationis.* Peregrini vel inquilini Athenis lege, Romæ consuetudine, sibi deligebant aliquem, quem sibi adoptarent patronum (προστάτην) ad quem ita se, ut clientes Romani, habebant. Jus applicationis igitur est, quod habet patronus in eum hominem, qui se ad eum applicuit, in ejus bona, hereditatem, &c. an possit v. c. ei heres esse, si intestato mortuus sit, nec ne, &c. *Ernest. in Clave.*

43. *Cum enim Marius.* Rem omnem paulo fusius explicat Cicero, lib. iii. 16. de Officiis: *M. Marius Gratidianus, propinquus noster, C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eodem* Sergio *ipse* Marius *paucis ante annis emerat. Hæ Sergio serviebant: sed hoc in mancipio,* sive in contractu venditionis, *Marius non dixerat. Adducta res in judicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Jus Crassus urgebat; quod vitium venditor non dixisset, sciens id oportere præstari: æquitatem Antonius; quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo jure esset, teneret.* In eodem libro statuit Tullius ad bonam fidem pertinere in venundando, notum esse emptori vitium, quod novit venditor. *Proust.*

44. *Neque, servire.* Ædes dicuntur *servire* illi, cui, dum venduntur, conditione cautum est, ut singulis annis pecuniam quandam persolvant, aut ut ille jus aliquod in iis habeat. *Pearce.*

45. *Mancipii lege. Mancipii* h. e. dominii et possessionis, *lege* h. e. formula, conditionibus abalienationis: adde Ernesti Clav. Cicer. *mancip.—præstare,* v. supra ad cap. 24. *Harl.*

46. *In mancipio.* I. e. in venditione ædium; controversia illa hujusmodi fuit: Bucculeius, cum venderet ædes suas Fusio, hæc verba in pactione scribi voluit, *Lumina* (i. e. Fenestras) *uti nunc sunt, ita recipio:* quibus verbis id unum in se suscepit, ut nequis vicinus earum fenestrarum usum vel tolleret, vel ædificiis altioribus obscuraret. In hoc Bucculeius erravit, quod verbis ambiguis usus esset; nam Fusius ei litem intendit, simul atque ædificari cœptum est in quadam remotiori urbis parte, quæ ex ædibus, quas emerat, conspici posset. Egit igitur cum Bucculeio, quia jam ex illis ædibus non idem erat cœli prospectus, et (ut ille putabat) *mutabantur lumina,* nec tum *ita erant, uti in mancipio* eo Bucculeius *receperat. Pearce.*

47. *Clarissima M'Curii causa.* Coponius quidam moriens cum uxorem gravidam putaret, filium, qui se mortuo nasceretur (is posthumus dicitur, quasi postremo loco, seu, qui post humatum patrem, natus) reliquit

Coponii nuper apud centumviros, quo concursu hominum, qua exspectatione defensa est? cum Q. Scævola, æqualis et [48] collega meus, homo omnium et disciplina juris civilis eruditissimus, et ingenio prudentiaque acutissimus, et oratione maxime limatus atque subtilis, atque, ut ego soleo dicere, juris peritorum eloquentissimus, eloquentium juris peritissimus, ex scripto testamentorum jura defenderet, negaretque, [49] nisi postumus et natus, et [50] antequam in suam tutelam venisset, mortuus esset, heredem eum esse posse, [o] qui esset secundum postumum, et natum, et mortuum, heres institutus: ego voluntatem defenderem; hac eum tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, ut, si filius non esset, qui [p] in tutelam venisset; M' Curius esset heres. Num [q] destitit uterque nostrum in ea causa, in auctoritatibus, in exemplis, testamentorum formulis, hoc est, in medio jure civili versari?

[o] *qui post filium posthumum, et natum, et mortuum secundo loco scriptus esset hæres.* [p] *perveniret ad eam ætatem, qua possidere posset ea bona, quæ fidei tutoris erant credita.* [q] *cessavit.*

hæredem; substituit illi hæredem secundum M' Curium, ea conditione, ut M' Curius esset hæres, si filius posthumus ante moreretur, quam sui juris esset. Decessit subinde Coponius: sed cum uxor ejus revera gravida non esset, nullus ei natus est filius posthumus. Statim M. Coponius, agnatus mortui, apud centumviros egit, ut sibi liceret hæreditatem adire: oratorem et patronum delegit Q. Scævolam. Contra M' Curius, secundus hæres testamento relictus, sibi hanc hæreditatem postulabat, eo nomine, quod hæres fuisset institutus, si posthumus ante moreretur, quam posset per ætatem e tutoris custodia et potestate exire; perinde autem esse, quod nullus fuisset posthumus, ac si natus revera foret, ac mortuus ante tempus a patre constitutum. Erat Curii patronus L. Crassus, quem Cicero nunc loquentem facit. Q. Scævola scripto nitebatur: hæc esse verba testamenti, ut Curius tantum hæres esset, si posthumus ante certum tempus moreretur: mori eum non posse qui natus non sit: natum non esse posthumum, itaque hæreditatem M. Coponio agnationis jure ascribendam esse, non M' Curio, qui conditione testamenti excluderetur. Crassus contra, voluntatem ejus, qui testamentum fecisset, ac scripti sententiam spectandam esse contendebat, non ipsa verba, et apices scripti. Hanc fuisse mentem testatoris: Si filius sibi non esset, qui hæreditatem paternam adiret, ut M' Curius hæres esset. Causam obtinuit L. Crassus, ut refert Cicero Oratione pro Cæcina, n. 53. *Proust.*

48. *Collega meus*, h. e. Q. Mucius Scævola, pontifex maximus, *coll. ejus* MSS. V. Z. (in margine) et δ. *Harl.*

49. *Nisi posthumus et natus, &c.* Moriens quidam, cum uxorem gravidam relinquere se crederet, filium, si qui ex ea se mortuo futurus esset, hæredem suum instituit. Curium vero hæredem instituit *secundum illum filium posthumum et natum, et mortuum:* quibus verbis moriens ille voluit, ut Curius esset hæres, si filius ipsi aut non nasceretur, aut moreretur antequam *in tutelam*, i. e. suorum bonorum possessionem, *veniret.* Mortuus est ille paulo postea: et cum uxor ejus non esset gravida, filius nullus posthumus ei natus fuit: Curius igitur rite ex testamento bona mortui petiit; sed Coponius, defuncti agnatus, se illi opposuit, dixitque Curium, cum instituetur hæres in his verbis, *secundum filium posthumum et natum, et mortuum*, non potuisse eo testamento bona petere, quia mortuo nullus posthumus filius natus fuerit. *Pearce.*

50. *Antequam—venisset.* Ita bis edidimus in hoc loco pro vulgato *veniret*, ut etiam fecit Pearcius e MSS. et edd. Librarii sæpe in hoc tempore et in ipso hoc verbo peccarunt vitiosa consuetudine temporis sui et sermonis. In hoc ipso loco fluctuant interdum, ut Juntinæ auctor, qui semel hic *venisset*, semel *veniret* dedit. Vitium ortum est ex eo, quod in scriptis erat per compendium scriptum, *veniet*, ut in Erl. *Ernest.*

Ibid. *Venisset.* Vulgo *veniret:* sed si quis Ciceronianam latine loquendi consuetudinem spectet, facile probabit lectionem MSStor. Norf. Mag. Harl. 2. et Bod. item Ascensii, Manutii et Lambin. *venisset.* Sic in Bruto c. 52. *si pupillus ante mortuus esset, quam in suam tutelam venisset:* et in Topic. c. 10. *si filius natus esset, isque mortuus prius, quam in suam tutelam venisset*, etc. *Pearce.*

(40.) Omitto jam plura exempla causarum amplissimarum, quæ sunt innumerabilia: [51] capitis nostri sæpe potest accidere, ut causæ versentur in jure. Etenim sic [52] C. Mancinum, nobilissimum atque optimum virum, ac consularem, cum eum [r] propter invidiam Numantini fœderis paterpatratus ex S. C. Numantinis dedidisset, eumque illi non recepissent, posteaque Mancinus domum revenisset, neque in senatum introire dubitasset; P. Rutilius, M. filius, tribunus plebis, de senatu jussit educi, quod eum civem negaret esse; quia memoria sic esset proditum, quem pater suus aut populus vendidisset, aut [53] paterpatratus dedidisset, [s] ei nullum esse [54] postliminium. Quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam contentionemque [55] majorem, quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis consularis: præsertim cum hæc [56] non in crimine aliquo, quod ille posset infitiari, [57] sed in civili jure consisteret? [t] Similique in genere, [u] inferiore ordine, [58] si quis apud nos servisset

[r] *quia odiosus erat* Romanis *ob fœdus cum Numantinis initum.* [s] *ei jus nullum esse bona sua, et pristinum, quem in civitate obtinebat, locum recuperandi.* [t] *in simili causa postliminii.* [u] *id homine inferioris ordinis,* quam fuisset Mancinus.

51. *Capitis nostri.* Causa capitis apud Romanos ea dicebatur, in qua agebatur de status mutatione, sive capitis diminutione. Triplex est autem capitis diminutio: maxima, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit: minor, sive media, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur: minima, cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur. Maxima servum facit; media peregrinum; minima filium familias, vel patrem familias. *Justinianus,* lib. i. Institt. cap. 16. *Proust.* Vide et Heineccium, ibid.

52. *C. Mancinum.* C. Hostilius Mancinus consul anno U. C. DCXVII. ante Christum CXXXVII. prodigiorum contemptor, a Numantinis victus, et castris exutus, pacem cum iis ignominiosam fecit. Sed hanc ratam esse vetuit senatus: itaque ipse sciens ac volens illis deditus est. Cum autem non esset ab iisdem receptus, Romam rediit. Quæsitum est, an pro cive habendus esset, sive an ullum ei postliminium esse posset. Negabat P. Rutilius, tribunus plebis, ob eam causam, quam Cicero commemorat. Affirmabant alii, quia non erat receptus ab hostibus; deditionem enim, aut donationem sine acceptione non posse intelligi; Mancinum igitur non habendum esse pro dedito, quem hostis accipere nollet. Pro Mancino judicavit populus Romanus, illumque obtinuisse præturam anno U. C. DCXX. tradit Pomponius jurisconsultus. *Florus, in Epitome, Appianus,* &c. *Proust.* Vide præcipue Velleium Paterculum, lib. ii. init.

53. *Paterpatratus.* Is unus e fecialibus erat, sanctiori quadam ornatus dignitate, atque auctoritate, ad patrandum, hoc est, sanciendum aliquod fœdus, res repetendas, bellum indicendum hosti, &c. Feciales autem fidei publicæ inter populos præerant; nec licebat bellum inferre, nisi ipsi justis de causis susceptum declarassent, atque indixissent. *Livius,* lib. i. 24. *Proust.*

54. *Postliminium.* Cic. in Topic. c. 8. *Quæ a nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint, et ex suo tanquam limine exierint, dein cum redierint post ad idem limen, postliminio videntur rediisse. Pearce.* Vide Heineccium, I. XVI. iv.

55. *Majorem.* Illa scilicet Mancini causa, in qua agebatur de illius ordine, civitate, et libertate: de ordine, an senator esset, quo in ordine erat antequam hosti dederetur: de civitate, an habendus esset in numero civium: de libertate, an servus esset, an liber: de capite, an capite diminutus esset, proindeque in exsilium pellendus, aut etiam omnino perdendus. *Proust.*

56. *Non in crimine aliquo.* Constabat enim illius crimen, videlicet fœdus ignominiosum cum Numantinis factum. *Proust.*

57. *Sed in civili jure.* Cujus est statuere, quæ sit vis illius vocis, postliminium; et an ille pro dedito sit habendus, ac proinde privandus jure postliminii, qui hostibus quidem deditus fuerit, verum ab iis non receptus: quæ causa erat Mancini. *Proust.*

58. *Si quis.* Aliquis e populo fœderato, homo inter suos liber et ingenuus, Romam venerat; ibi servitutem servilit; ea servitute liberatus ad suos rediit; ab iis receptus non est. Quæsitum est, an is dicendus esset ad suos redire postliminio, an desisset civis Romanus esse. Causa quærendi hæc erat; quod inter fœderatos postliminium

ex populo fœderato, seseque liberasset, ac postea domum revenisset; quæsitum est apud majores nostros, num is ad suos postliminio rediisset, et amisisset hanc civitatem. Quid? de libertate, quo judicium gravius esse nullum potest: nonne ex jure civili potest esse contentio, [59] cum quæritur, is, qui [60] domini voluntate [61] census sit, continuone, [62] an ubi lustrum conditum, liber sit? Quid, [x] quod usu, memoria patrum, venit, [63] ut paterfamilias, qui ex Hispania Romam venisset, cum uxorem prægnantem in provincia reliquisset, Romæque alteram [64] duxisset, [y] neque [65] nuntium priori remisisset, mortuusque esset intestato, et ex utraque filius natus esset; mediocrisne res in controversiam adducta est? cum quæreretur [z] de duobus civium capitibus, et de puero, qui ex posteriore natus erat, et de ejus matre; quæ, si judicaretur, [66] certis quibusdam verbis, [67] non novis nuptiis, fieri cum superiore divortium, in

[x] *quod ætate patrum nostrorum contigit.* [y] *neque repudiasset priorem uxorem,* quam duxerat in Hispania. [z] *de puero, qui natus erat ex posteriori conjuge, et ejus matre, quæ haberetur loco concubinæ, si statuerent judices divortium faciendum esse certis et conceptis verbis, non vero novis tantum nuptiis contrahendis.*

non est, sed tantum inter hostes; itaque si ille assertus in libertatem, factus erat civis Romanus, sine postliminio poterat redire ad suos. Non poterat tamen amplius esse civis Romanus, quia jure Romano nemo poterat, ut ait Cicero pro Corn. Balbo, duarum civitatum civis esse. *Proust.*

59. *Cum quæritur, is.* Cum a censoribus numerarentur cives Romani de more quinto quoque anno; in eo numero recensebantur tantum cives, non servi: si quis igitur servus domini sui voluntate census esset, seu relatus in tabulas, in quibus scribebantur tantum civium nomina, et fortunæ, quæri poterat, an ille continuo libertate donatus fuisset a domino, et an liber esset, et e civium numero. *Proust.*

60. *Domini voluntate census sit.* Quinto quoque anno a Censoribus in tabulas referebantur civium Romanorum tam nomina, quam opes: si quis dominus tunc temporis servo suo permisit, ut in civium numero ab iis Magistratibus recenseretur, is liber factus est: sed inter Juris-consultos quærebatur, utrum *continuo,* i. e. eo ipso die recensendi, is liber esset, an non nisi post totum censum absolutum, sive *lustrum conditum,* quod solenni sacrificio finiebatur. *Pearce.*

61. *Census sit.* Censum instituit Servius Tullus, rex Romanorum sextus. *Proust.*

62. *An ubi lustrum conditum.* Ed. W. *an tribus lustris conditis:* quæ est mirabilis lectio. Et ea est etiam in MS. Erl. Ed. Lips. sic: *si non lustrum conditum, sit ne liber continuone, an tribus lustris conditis. Ernest.*

Ibid. *Ubi lustrum conditum.* Condi lustrum dicebatur, cum census perfectus erat et absolutus: absolvebatur autem sacrificio solenni. Lustrum est ipse census seu recensio civium: a lustrando dicitur, tunc enim veluti lustrabantur, et recognoscebantur cives omnes. Aliquando lustrum est spatium annorum quinque: quia exactis quinque annis fiebat census. *Proust.*

63. *Ut paterfamilias, qui ex—venisset, cum* etc. Conjunctio *cum* in constructione præcedere debet nominativum casum *paterfamilias;* sic Cicero aliique scriptores solent loqui: lib. ii. c. 61. *Ut, olim Rusca* cum *legem ferret,* etc. Livius, lib. ii. c. 7. *Hæc dicta vulgo, creditaque,* cum *indignitate angerent consulis animum, submissis fascibus, in concionem ascendit.* Liv. viii. c. 28. *Quibus laceratus juvenis* cum *se in publicum proripuisset, ingens vis hominum,* etc. Vides in his exemplis, nominativum casum præcedere conjunctionem, qui tamen, si ad sensum respicias, sequi debet. *Pearce.*

64. *Duxisset.* In uxorem accepisset. Viri novas uxores ducere solebant domum suam. *Proust.*

65. *Nuntium — remisisset.* Non licebat Romanis plures habere uxores: at eas repudiare quæ ductæ essent, certis de causis, fas erat, et iis quasi renuntiare. *Proust.*

66. *Certis quibusdam verbis.* His fere verbis, cum vir uxorem repudiabat, utebatur: *Res tuas tibi habeto, tuas tibi res agito:* Quorum altero restituit dotem, altero tutoris munus in rebus uxoriis deponebat. *Proust.* Vide Heineccium, App. I. XLVIII.

67. *Non novis nuptiis.* Videtur is qui nuptias cum altera uxore contrahit, priorem repudiare: hunc tamen tacitum consensum recentiores jurisperiti negant sufficere. Lis igitur hæc, et controversia erat, an verbis, an mente sola, et novis nuptiis factis, divortium fieri censeretur. *Proust.*

concubinæ locum [68] duceretur. Hæc igitur, et horum similia jura suæ civitatis ignorantem, [69] erectum et celsum, alacri et prompto ore ac vultu, huc atque illuc intuentem, vagari magna cum caterva toto foro, præsidium clientibus, atque opem amicis, et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem, nonne in primis flagitiosum putandum est?

(41.) Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitiem hominum atque inertiam. Nam si esset ista cognitio juris magna ac difficilis; tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Sed, o dii immortales, non dicerem hoc, audiente Scævola, nisi ipse dicere soleret, nullius artis faciliorem sibi cognitionem videri. Quod quidem certis de causis a plerisque aliter [a] existimatur: primum, quia veteres illi, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinendæ atque augendæ [70] potentiæ suæ causa, pervulgari artem suam noluerunt: deinde, [b] posteaquam est editum, [71] expositis a Cn. Flavio primum actionibus, nulli fuerunt, qui [c] illa [72] artificiose digesta [73] generatim componerent. [74] Nihil est enim, quod ad artem redigi possit, [75] nisi ille prius, qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habeat illam scientiam, ut ex iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit. Hoc video, dum breviter voluerim dicere, dictum a me esse paullo obscurius: sed experiar, et dicam, si potero, planius.

(42.) Omnia fere, [d] quæ sunt conclusa nunç artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt: ut [76] in [e] musicis, numeri, et voces, et

[a] *creditur esse difficillima juris cognitio.* [b] *postquam patefactum est* id quod veteres tectum voluerant. [c] *varia præcepta juris civilis revocarent ad certa genera rerum.* [d] *quæ in artem redacta sunt.* [e] *in arte musica.*

68. *Duceretur*, i. e. ducta esset. v. Heusing. ad Cic. de Offic. iii. c. 19. p. 170. *Harl.*

69. *Erectum.* Est habitus hominis sibi confidentis. *Ernest. in Clave.*

70. *Potentiæ. Potentia*, dicitur ut *opes*, de gratia, auctoritate, multitudine amicorum et clientium, eloquentia et omnibus rebus, quibus multum in republ. efficitur. *Ernest. in Clave.*

71. *Expositis a Cn. Flavio. Posset agi lege necne*, inquit Cicero pro Muræna, n. 25. *pauci quondam sciebant. Fastos enim vulgo non habebant. Erant enim in magna potentia qui consulebantur: a quibus etiam dies tanquam a Chaldæis petebantur. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit*, id est, ostenderit doctrinam veterum illorum jurisconsultorum non admodum reconditam fuisse, *et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, et ab ipsis cautis jurisconsultis eorum sapientiam compilarit.* Cn. iste Flavius, patre libertino natus, ob fastos populo promulgatos fuit ædilis curulis a forensi turba creatus anno U. C. CDL. ante Christum CCCIV. *Livius*, lib. ix. *et Pomponius, de Origine juris. Proust.*

72. *Artificiose digesta*, etc. i. e. qui illa, quum digessisset in sua genera, artificio quodam quasi in unum corpus constringeret. *Pearce.*

73. *Generatim componerent*, h. e. rebus ad certa genera revocatis. *Ernest. in Clave.*

74. *Nihil est enim.* Est enim opus quadam scientia ad artem instituendam, et res artificiose ordinandas. Philosophiam intelligit, ut colligitur ex n. 188. Neque satis est ea scire, quæ in artem possint redigi, nisi via illa teneatur, quam quia pauci tenebant, nulli perdiu fuerunt, qui artem juris civilis constituerent; unde orta est illius cognoscendæ difficultas; quæ jam nulla est, arte inventa, et perfecta. *Proust.*

75. *Nisi ille prius, qui illa tenet—habeat illam scientiam.* Locus hic mihi parum dignus Cicerone videtur. Saltem *ille prius* deleverim. Cicerone dignum foret, *nisi, qui tenet, quorum a. i. vult, habeat illam scientiam*, &c. *Ernest.*

76. *In musicis, numeri. Numeri* Tacte, *voces* Töne, *modi* Melodien. *Harl.*

Ibid. *Numeri, et voces, et modi.* Ex his constant musica. 1. Voce, in qua spectatur tonus varius, alius acutus, alius gravis, alius

modi; [77] in geometria, lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines; in astrologia, cœli conversio, ortus, obitus, motusque siderum; [78] in grammaticis, poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus; in hac denique ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere; ignota quondam omnibus, et [79] diffusa late videbantur. [f] Adhibita est igitur [80] ars quædam extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi assumunt, quæ rem dissolutam divulsamque [81] conglutinaret, et ratione quadam constringeret. Sit ergo in jure civili finis hic, [82] [g] legitimæ atque usitatæ in rebus causisque civium æquabilitatis conservatio. Tum sunt [83] notanda genera, et ad certum numerum paucitatemque revocanda. Genus autem est id, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. Partes autem sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, subjiciuntur; omniaque, quæ sunt vel generum, vel partium nomina, definitionibus, quam vim habeant, est exprimendum. [84] Est enim definitio, earum rerum, quæ sunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, brevis, et circumscripta quædam explicatio. Hisce ego rebus exempla adjungerem, nisi, apud quos hæc haberetur oratio, cernerem: nunc complectar quod proposui, brevi. Si enim aut mihi facere licuerit, [85] quod jamdiu cogito, aut alius quispiam, aut, me impedito, [h] occuparit, aut mortuo effecerit, ut primum

[f] *jus civile in artem redactum est, cujus artis conficiendæ rationem philosophi a se profectam venditant.* [g] *æquabilitatis, quæ constat legibus, et usu.* [h] *prius fecerit quam ego.*

remissus; hinc variæ canentium partes. 2. Ex numeris, quæ sunt intervalla vocum, ac tempora, cum voces aut protrahuntur, aut contrahuntur, aut inciduntur, &c. 3. E modis: modus, seu modulatio, est coagmentatio quædam vocum, ac numerorum. — *Proust.*

77. *In geometria.* Ars est qua tum locorum intervalla, tum rerum, quæ sub aspectum cadunt, longitudinem, latitudinem, altitudinem ac profunditatem dimetimur, ex γῆ *terra, et* μέτρον *mensura.* Lineamenta sunt linearum ductus, formæ sunt figuræ, &c. De his Euclides fuse disserit. *Proust.*

78. *In grammaticis.* Artem significat, non homines. Sic proxime dixit, *in musicis*, pro, *in arte musica.* Quinque enim artium colligit exempla, cum ait: *in musicis, in geometria, in astrologia, in grammaticis, in ratione dicendi. Manutius.*

79. *Diffusa late* Cicero vocat, quæ late patent, ad multos vel multa pertinent, quod ab h. loco abhorret. Leg. *diffusa* (i. e. dispersa, non in unum corpus coacta, et ad caput aliquod revocata, ut ii. 33. 142.) *latere videbantur. Matthiæ.*

80. *Ars — extrinsecus;* i. e. dialectica. Adde Strebæum. *Harl.*

81. *Conglutinaret. Conglutinare,* componere, conjungere. *Dissoluta et divulsa* conglutinare, dicitur de eo, qui aliquid in artis formam redigit. *Ernest. in Clave.*

82. *Legitimæ atque usitatæ;* h. e. quæ legibus et moribus sive consuetudine constat. *Harl.*

83. *Notanda genera.* Juris genera ista sunt: aliud publicum est jus, aliud privatum. Rursus publicum aliud spectat res sacras; aliud magistratus, ordinemque civitatis; aliud continetur legibus; aliud senatusconsultis, &c., aliud civium est, aliud exterorum, &c. Vide Ciceronem in Topicis. *Proust.*

84. *Est enim definitio.* Id attulit quod maxime definitionem continet. Vulgo enim duæ illius partes afferuntur: una explicat id, quod est rei, quam definire volumus, commune cum aliis rebus: altera id quod est illi proprium. Homo est animal rationis compos: animal, hoc illi cum belluis commune, rationis compos, hoc proprium est ac peculiare. *Proust.*

85. *Quod jamdiu cogito.* Hoc in persona Crassi de se ipse Cicero dicere videtur: eum enim scripsisse librum de jure civili in artem redigendo testis est Gellius, lib. i. cap. 22. *Proust.*

omne jus civile in genera digerat, quæ perpauca sunt; deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat; tum propriam cujusque vim definitione declaret; perfectam artem juris civilis habebitis, magis magnam, atque uberem, quam difficilem atque obscuram. Atque interea tamen, [86] dum hæc, quæ dispersa sunt, [i] coguntur, vel passim licet carpentem et colligentem undique, [87] repleri justa juris civilis scientia.

(43.) Nonne videtis, equitem Romanum, hominem acutissimo omnium ingenio, sed minime ceteris artibus eruditum, [88] C. Aculeonem, qui mecum vivit, semperque vixit, ita tenere jus civile, [89] ut ei, cum ab hoc discesseritis, nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur? Omnia enim sunt posita ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum atque in foro: neque ita multis litteris aut voluminibus magnis continentur: [90] eadem enim sunt [k] elata primum a pluribus: deinde, paucis verbis commutatis, etiam ab iisdem scriptoribus, scripta sunt sæpius. Accedit vero quo facilius percipi cognoscique jus civile possit, (quod minime plerique arbitrantur,) mira quædam in cognoscendo suavitas et delectatio. Nam, sive quem [l] aliena studia delectant; [91] plurima est, et in omni

[i] *donec illa in unum corpus aliquis redigat, potest unusquisque carpendo, et colligendo undique, satis idoneam sibi comparare juris civilis scientiam.* [k] *in lucem edita.* [l] *aliena a* studio juris.

86. *Dum hæc—coguntur.* Debet esse *cogantur.* Nam illud locum haberet modo, si illo tempore aliquis occupatus fuisset in cogendo jure universo ad formam artis: ut in illo, *dum senatus cogitur. Ernest.*

Ibid. *Coguntur.* Proprie, quasi coaguntur, congeruntur, etc. atque *colliguntur.* De potestate v. *carpere* v. Drakenb. ad Sil. ii. 458. *Harl.*

Ibid. *Dispersa,* h. e. nondum ad certa genera et formas revocata et distributa, adeoque non ad artis formam redacta. *Ernest. in Clave.*

87. *Repleri justa j. c. s.* Edd. pr. habent *ista* vel *istam;* nam et in *scientia* fluctuant, ut et MS. E. *replere istam,* i. e. scientiam. Mihi *ista* verius videtur. *Ernest.*

Ibid. *Justa juris civilis scientia;* i. e. quæ sufficit, cui nihil deest ad tuendum nomen scientiæ. Sic in Oratore, c. 41. *justa excusatio* idem valet, ac satis bona, et in Epist. ad Fam. ii. 10. *victoria justa* eodem dicitur sensu. *Pearce.*

88. *C. Aculeonem.* Hic eques Romanus Ciceronis materteram duxit uxorem: propterea filios Aculeonis Cicero consobrinos suos vocat, lib. ii. 1. de Oratore. *Proust.*

89. *Ut ei, cum ab hoc disc. Ei* habent edd. pr. Aldus, *uti c. a. h. ab hoc* int. Scævola, quem nutu vel digito demonstrat. *Ernest.*

90. *Eadem s. elata p. a pl. Elata,* int. in publicum, sc. scribendo. Edd. pr. *lata* MS. E. *elata. Ernest.*

91. *Plurima est in omni jure civili, et in pontificum libris, et in duodecim tabulis, antiquitatis effigies.* Vulgata lectio *plurima est ET in omni, &c.* parum sana videtur. Quid enim? Num distincta sunt jus pontificium, et 12 tabulæ a jure civili? Minime quidem: Istæ enim 12 tabulæ, earumque interpretationes, jus civile Romanorum constituebant. Imo jus pontificium pars fuit civilis juris, ut nos docet Cicero, lib. iii. c. 35. *Sin aliquis affert juris scientiam (ne ejus quidem* UNIVERSI, *nam* PONTIFICIUM, *quod est conjunctum, nemo discit), &c.* Idem in libro, qui inscribitur Brutus, *cum ex eo jus nostrum pontificium, qua ex parte cum jure civili conjunctum esset, vellem cognoscere.* Accedit etiam Livii testimonium, lib. 9. cap. 46. ubi de Cn. Flavio sic dicit, *civile jus repositum in Pontificum penetralibus evulgavit.* Satis, credo, jam apparet mendum hic latere: ab amico igitur eodem monitus vocem ET delevi, et sententiam sic restitui. *Plurima est in omni jure civili,* &c. De jure civili universo primum Crassus loquitur, deinde partes ejus duas jus pontificium, et 12 tabulas, recenset. Atque eodem modo vox ET abest a MStis Cant. Bal. Mag. Nov. Wag. Mead. Harl. 2. Gonv. et vetustissimo Joan. — *Pearce.*

jure civili, et in [92] pontificum libris, et in XII. tabulis, [m] antiquitatis effigies, quod et verborum prisca vetustas cognoscitur, et [n] actionum genera quædam majorum consuetudinem vitamque declarant: sive quis [o] civilem scientiam [93] contempletur, quam Scævola non putat oratoris esse propriam, sed cujusdam ex alio genere prudentiæ; totam hanc, [p] descriptis omnibus civitatis utilitatibus ac partibus, XII. tabulis [94] contineri videbit: sive quem ista præpotens et gloriosa philosophia delectat, (dicam audacius,) [q] hosce habebit fontes omnium disputationum suarum, qui jure civili et legibus continentur. Ex his enim et dignitatem maxime expetendam videmus, cum [95] verus, justus, atque honestus labor honoribus, præmiis, splendore decoratur; vitia autem hominum, atque fraudes, damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exsiliis, morte multantur: et docemur non infinitis, concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate, nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.

(44.) Fremant omnes licet: dicam quod sentio: bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus, si quis legum fontes et capita viderit, et auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare. Ac, si nos, [96] id quod maxime debet, nostra patria delectat; [97] cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut [98] Ithacam illam, in asperrimis saxulis, tanquam nidulum, affixam, [99] sapientissimus vir immortalitati anteponeret:

[m] *superiorum temporum, et morum.* [n] *controversiarum et litium.* [o] *scientiam administrandæ civitatis.* [p] *ordine compositis.* [q] philosophia *fontes disputationum suarum habet contentos in jure civili.*

92. *Pontificum libris.* In quibus est jus sacrorum. Pontifices, religionis et rerum divinarum apud Romanos arbitri, ita sunt appellati, quod possent facere, hoc est, sacrificare. Qui Maximus dicebatur, cæteris summa auctoritate præerat, nec nisi in maximis rebus, quæ religionem spectabant, versabatur. Pontifices Maximi auctoritate valuerunt ad tempora C. Julii Cæsaris; post quem reliqui Cæsares hanc dignitatem usurparunt. *Proust.*

93. *Contempletur.* Respondet verbo Græco θεωρεῖν et vocc. *tabulis, effigies, videbit. Harl.*

94. *Contineri videbit.* Sic edd. pr. et sic contextus requirit, secundum communem formam: *sive quem al. studia delectant—sive —contempletur—videbit.* Bene igitur sic dedit Pearcius: sed eodem modo necessarium est, ut post pro *habet* scribatur *habebit.* Item mox *præmiis, splendore* dedimus sine *atque,* quod ab omnibus edd. vett. abest, ut et MS. E. *Ernest.*

95. *Verus,* h. e. insignis, bonus, rectus. v. Gifanii Observatt. in L. L. p. 491.—*Harl.*

96. *Id quod maxime debet.* Int. efficere. Sed sæpe inclinavi huc, ut putarem verum esse *decet.* Mox, *cujus rei tanta est vis,* &c. intell. delectationis ejus, quam patria habet in animis hominum. *Ernest.*

97. *Cujus rei tanta est vis,* etc. *Cujus rei,* sc. amoris patriæ. *Pearce.*

98. *Ithacam.* Insulam in Ionio mari prope Cephaleniam. Sophiano dicitur hodie, *Valle di Compare;* Porcaccio, *Theachi;* Turcis, *Phiachi.* De Ithacæ sterilitate vide Homerum, lib. iv. 605. Odysseæ. *Proust.*

99. *Sapientissimus vir.* Ulysses scilicet, cui Calypso pollicita est immortalitatem, modo secum manere perpetuo vellet. Sic enim illa Ulyssem alloquitur, lib. v. 208. Odysseæ.

Ἐνθάδε κ' αὖθι μίνων σὺν ἐμοὶ τόδε δῶμα φυλάσσοις,
Ἀθανάτός τ' εἴης.

Ulysses respondet,

Ἀλλὰ μὲν ὣς ἐθέλω, καὶ ἔλδομαι ἤματα πάντα,
Οἴκαδέ τ' ἐλθέμεναι, καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι. *Proust.*

quo amore tandem inflammati esse debemus in ejusmodi patriam, quæ una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis? Cujus primum nobis mens, mos, disciplina, nota esse debet; vel quia est patria, parens omnium nostrum, vel quia tanta sapientia fuisse in jure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperii comparandis. Percipietis etiam illam ex cognitione juris lætitiam et voluptatem, quod, quantum præstiterint nostri majores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intelligetis, [100] si cum illorum Lycurgo, et [1] Dracone, et Solone nostras leges conferre volueritis. Incredibile est enim, quam sit omne jus civile, præter hoc nostrum, inconditum, ac pæne ridiculum: de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere, cum hominum nostrorum prudentiam [2] ceteris omnibus, et maxime Græcis, antepono. His ego de causis dixeram, Scævola, iis, qui perfecti oratores esse vellent, juris civilis cognitionem esse necessariam.

(45.) Jam vero ipsa per sese quantum afferat iis, qui ei præsunt, honoris, gratiæ, dignitatis, quis ignorat? Itaque, ut apud Græcos infimi homines, mercedula adducti, [r] ministros se præbent in judiciis oratoribus, ii, qui apud illos [3] πραγματικοὶ vocantur: sic, in nostra civitate contra, amplissimus quisque et clarissimus vir; ut ille, qui propter hanc juris civilis scientiam sic appellatus a summo [s] poëta est:

[t] *Egregie cordatus homo, catus* [4] *Ælius Sextus,*

[r] *subserviunt oratoribus,* suggerendo illis leges, et jus civile, quo opus est ad causam. [s] *Ennio.* [t] *Sextus Ælius, homo insignis prudentiæ et sapientiæ.*

100. *Si cum illorum.* Facile esset corrigere *illarum*, quia præcedit *gentibus.* Sed quia in *illorum* consentiunt libri, intelligamus *populorum*, quod ex illo *gentium* verbo repeti potest: cujus formæ multa sunt in Græcis et Latinis exempla. *Ernest.*

Ibid. *Si cum* illorum *Lycurgo.* Paullo ante *mentem* refer ad leges; *morem* ad consuetudinem, utrumque vero ad jus civile, et *disciplinam* ad scientiam reipublicæ administrandæ. *Harl.*

1. *Dracone.* Draco primus Atheniensium legislator, cujus severiores leges sanguine, non atramento, scriptas, draconis, non hominis, esse dicebant: tanta scilicet fuit illarum immanitas, ut in levia pariter, et gravia delicta capitali pœna animadverterent; nec minus addicerent morti eum, qui otii convictus esset, quam qui parricidium admisisset. Cum in theatrum aliquando prodiisset, conjectis in eum undique stragulis et vestimentis suffocatus est. Floruit, ut tradit lib. i. Strom. Clem. Alexandrinus, XXXIX. Olymp. anno I. quo leges tulit, ante Christum DCXXIV. Eum perhibent tribus versuum millibus vitæ præcepta tradidisse.— *Proust.*

2. *Ceteris omnibus.* Loco, ceterorum omnium prudentiæ. *Wetzel.*

3. Πραγματικοί. Πρᾶγμα est negotium, actio: illi causidici apud Græcos velut agebant, instruebantque causas, quas oratores pronunciarent; tela subministrabant, quæ ab oratoribus torquerentur. *Proust.*

4. *Ælius Sextus.* Pearcius dedit *Ælii' Sextus.* Sic pronunciandum; sed non necessario scribendum. Nam modum pronunciandi vulgo tenebant; sicut omnino in poëtis literæ non scribendo sed pronunciando eliduntur, ut notum est. Sic ii. 64. in versu primo pronunciandum est *quibu'* et tamen scribitur *quibus. Ernest.*

Ibid. *Ælii' Sextus.* De quo in Bruto. Catus idem est, quod cautus. *Ælii'* scriptum est pro *Ælius:* in versu enim *s* veteres ad libitum tollebant. *Proust.*

Ibid. *Catus Ælii' Sextus. Cordatus* est, cui est multus animus, qui est sapiens, sollers: v. Cicer. Tuscul. i. c. 8. Glossarium: *Cordatus* νοννεχής, φρόνιμος. *catus* est secundum Varronem, acutus; secundum alios, prudens, callidus, doctus. v. Donat. ad Terent. Andr. v. 2. 14. et Nonius Marcell. ii.

multique præterea, [5] qui, cum [u] ingenio sibi [auctore] dignitatem peperissent, perfecerunt, ut in [x 6] respondendo de jure, auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio, valerent. [7] Senectuti vero, [y] celebrandæ et ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio? Equidem mihi hoc subsidium jam ab adolescentia comparavi, non solum ad [8] causarum usum forensium; sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis, ut, cum me vires (quod fere jam tempus adventat) deficere cœpissent, [9] ab solitudine domum meam vindicarem. Quid est enim præclarius, quam honoribus et reipublicæ muneribus perfunctum senem, posse suo jure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille [10] Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui cives consilium expetant,

> [11] [z] *Suarum rerum incerti: quos ego mea ope ex*
> *Incertis certos, compotesque consili*
> *Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.*

Est enim sine dubio [12] domus jurisconsulti totius oraculum civitatis.

[u] *opera ingenii sui.* [x] *respondendo* iis, qui se consulerent *de jure.* [y] *ab otio, et solitudine vindicandæ.* [z] *an sunt in periculo rerum suarum? ego illos auxilio meo facio ex periclitantibus securos; iis suggero consilia, ne sese implicent molestiis in negotiis.*

n. 184. *Catus*, inquit, pro sapiente, etc. *Harl.*

5. *Qui, cum ingenio*, &c. Locus hic non una parte vitiosus videtur. Primum *cum* alienum et delendum puto; deinde, cum Pearcio, verbum *auctore*, quod sane ineptum est. Quis ita dixit, *ingenio auctore sibi reperit?* Nec magis bene habet, *ingenio sibi reperire.* Edd. s. l. et a. Med. Lips. habent *peperissent*, quod est verissimum. Quid porro est, *in respondendo jure?* ut vulgati habent: quis ita dixit? Eædem edd. habent *de jure;* recte. Et videntur etiam verba hic transposita. Totus locus sic est constituendus: *multique præterea, qui ingenio sibi dignitatem peperissent, perfecerunt respondendo de jure, ut auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio, valerent.* Ceterum tantum in textu correximus, quod libris auctoribus potuimus. *Ernest.*

Ibid. *Qui, cum ingenio sibi auctore dignitatem reperissent, perfecerunt, ut in respondendo jure, auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio, valerent.* Non placet, neque puto satis Latine dici, *ingenio auctore.* Neque hic ingenium cum dignitate, sed cum auctoritate comparatur. Itaque, nisi veteres libri dissentirent, a quibus discedendum non arbitror, ita legerem: *Qui, cum ingenio sibi auctoritatem reperissent, perfecerunt, ut in respondendo jure, auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio, valerent. Manutius.*

6. *Respondendo. Respondere*, est eorum qui consuluntur, ut ICtorum, Pontificum, conjectorum, hariolorum. Legg. II. 12. respondendi *juris facultas.* In quo animadvertenda est forma: *jus respondere*, pro usitatiori, *de jure resp.* ut est etiam, Legg. i. 4. *si te ad jus* respondendum *dedisses. Ernest. in Clave.*

7. *Senectuti* celebrandæ *perfugium*, dicitur res, qua efficitur, ut etiam senum ædes celebrentur adeuntium multitudine. *Ernest. in Clave.*

8. *Causarum usum forensium.* Sic pro *forensem* rescripsimus ex edd. pr. W. s. l. et a. M. &c. Sic c. 49. *in causis forensibus.* Infra, c. 61. est *usus civitatum forensis*, quod tamen huic non satis simile est.— *Ernest.*

9. *Ab solitudine.* Vulgati *ista ab sol.* Sed *ista* abest ab edd. pr. ad Juntinam usque. Ad juris interpretationem referri durius est: deberet esse *isto*, sc. *subsidio*, quod propinquius est. *Ernest.*

10. *Pythius Apollo.* Delphis colebatur. Pythius autem dicebatur, ut volunt, a serpente Pythone, quem interemit. *Ovidius, Metamor.* i. 8. Ad Apollinis oraculum reges undique, ac populi confluebant: sic ad prudentem et peritum jurisconsultum cives sui responsa, et velut oracula, petituri conveniunt. *Proust.*

11. *Suarum rerum.* Versus tres iambici ex tragœdia quadam Enniana. *Proust.*

12. *Domus jurisconsulti.* Magnifica similitudo est, ex eo ducta, quod, ut Apollo, sic et Jurisconsulti *respondere* dicantur. Et pulcre ducitur exemplum a Q. Mucio, non solum quia perquam consultus erat et senex,

Testis est hujusce Q. Mucii [13] janua et vestibulum, quod in ejus infirmissima valitudine, [a] [14] affectaque jam ætate, maxima quotidie frequentia civium, ac summorum hominum splendore celebratur.

(46.) Jam vero illa non longam orationem desiderant, quamobrem existimem publica quoque jura, quæ sunt propria civitatis atque imperii, tum monumenta rerum gestarum, et vetustatis exempla, oratori nota esse debere. Nam ut in rerum privatarum causis atque judiciis depromenda sæpe oratio est ex jure civili, et idcirco, ut ante diximus, oratori juris civilis scientia necessaria est: sic in causis publicis [15] judiciorum, concionum, senatus, omnis hæc et antiquitatis memoria, et publici [16] juris auctoritas, et regendæ reipublicæ ratio ac scientia, tamquam aliqua materies, iis oratoribus, qui versantur [17] in republica, subjecta esse debent. Non enim causidicum nescio quem, neque [b] proclamatorem, aut [18] rabulam, hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, [c] qui primum sit ejus artis antistes, [d] cujus cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, [19] tamen esse deus putabatur, ut et ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur: deinde, qui possit, non tam [20] caduceo, quam nomine oratoris

[a] *ad exitum vergente.* [b] *declamatorem* insulsum. [c] *qui cæteris dicendo antecellat.* [d] *quamvis natura magnam artis oratoriæ facultatem afferat hominibus, tamen ars ea tanta est, ut ipse deus hanc facultatem dedisse putetur hominibus.*

ac summorum hominum splendore celebratus, sed etiam, quod hominis præsens majestas Sulpicium et Cottam plurimum movere posset. *Strebæus.* Adde Cicer. pro Muræna, c. 9. Heineccium loco supra laudato, § 33. *Harl.*

13. *Janua et vestibulum.* Janua primus est ingressus in interiora domus: vestibulum spatium est januam inter et viam relictum; ut qui ædium dominum venissent salutatum, neque in ipsis essent ædibus, neque in via starent. Vide Gellium, lib. xvi. cap. 5. *Proust.*

14. *Affecta. Affecta, sicuti M. Cicero, et veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur, quæ non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant.* Gellius, lib. iii. cap. 16. *Proust.*

15. *Judiciorum, concionum, senatus.* Judicia exercentur in foro: conciones fiunt ad populum e rostris: senatus habetur in curia. *Proust.*

16. *Juris auctoritas.* Verbum, effatum juris, (*der Ausspruch des Rechts,*) jus, ad quod provocatur, et quod decernere debet. *Harl.*

17. *In republ.* h. e. in rebus publicis, ad civitatem pertinentibus. *Harl.*

18. *Rabulam.* Eum quem insana dicendi, seu quæstus potius dicendo faciendi, rabies agitat; qui quod ratione non potest, oratione et clamore obtinere contendit. — *Proust.*

19. *Tamen esse deus putabatur.* Edd. *putatur*, quod manifeste falsum est, inter media imperfecta, *daret, erat, videretur. Deus esse*, int. qui istam facultatem daret: nisi malis legere *Deum.* Respicitur ad fabulas, quæ, ut poëticæ, ita eloquentiæ auctorem Deum aliquem fecere, Apollinem. Pro *partum* edd. pr. habent *factum.* Ed. Lips. etiam *perlatum. Ernest.*

Ibid. *Tamen esse deus putatur.* Sc. qui dedit illam homini facultatem, ut in iii. 26. *nec potest aliter esse*, i. e. suavis orator. Fateor quidem, eum, qui excellente quodam esset ingenio, solere a Cicerone adpellari *deus*, ut in cap. 23. *te, quem in dicendo semper putavi deum*, et ii. 42. *in qua tu mihi semper deus videri soles.* At, ne vocem hic in eo sensu usurpari censeam, facit id, quod sequitur, *divinitus ad nos delatum. Pearce.*

20. *Caduceo.* Caduceus bacillus quidam est duobus anguibus hinc inde exstantibus ita illigatus, ut inter illos medius sit. Insigne est Mercurii. Describitur a Virgilio his versibus iv. 243. Æneid.

Tum virgam capit; hac animas ille evocat orco
Pallentes, &c.

Legati, et feciales, qui pacem petebant, præferebant caduceum, et caduceatores interdum vocabantur. Qui virgam illam, insigne pacis, gestabant, erant jure gentium ubique tuti et incolumes. Hæc est porro

ornatus, incolumis, vel inter hostium tela, versari: tum qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo [e] subjicere odio civium, supplicioque constringere: idemque ingenii præsidio innocentiam judiciorum pœna liberare: idemque languentem labentemque populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos, mitigare: qui denique, quemcumque in animis hominum motum res et causa postulet, eum dicendo vel excitare possit, vel sedare. Hanc vim si quis existimat, aut ab iis, qui de dicendi ratione scripserunt, expositam esse, aut a me posse exponi tam brevi, vehementer errat: neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Equidem vobis, quoniam ita voluistis, fontes, unde hauriretis, atque itinera ipsa, ita putavi esse demonstranda; non ut ipse dux essem, (quod et [21] infinitum est, et non necessarium,) sed ut commonstrarem tantum viam, et [22] ut fieri solet [23] digitum ad fontes intenderem.

(47.) Mihi vero, inquit Mucius, [f] satis superque abs te videtur [g] istorum studiis, si modo sunt [24] studiosi, esse factum, nam, ut Socratem illum solitum aiunt dicere, [h] perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ percipiendæque virtutis: (quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent se esse, quam bonos viros, iis reliquam facilem esse doctrinam:) sic ego intelligo, si in hæc, quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis; facillime vos ad ea, quæ cupitis, perventuros [i] ab hoc aditu, januaque patefacta. Nobis vero, inquit Sulpicius, ista sunt pergrata perque jucunda: sed pauca etiam requirimus, inprimisque ea, quæ valde breviter a te, Crasse, de ipsa arte [k] percursa sunt, cum illa te et non contemnere, et didicisse confiterere. Ea si paullo latius dixeris, expleris omnem exspectationem diuturni desiderii nostri. Nam nunc, quibus studendum rebus esset, accepimus, quod ipsum est tamen magnum; sed [l] vias earum rerum rationemque cupimus cognoscere. Quid si, inquit Crassus, quoniam ego, quo facilius vos apud me tenerem, vestræ potius obsecutus sum voluntati, quam aut consuetudini, aut naturæ meæ, petimus ab Antonio, ut ea, [m] quæ continet, neque adhuc protulit, ex quibus unum libellum sibi excidisse jamdudum questus est, explicet nobis, et illa dicendi [n] mysteria enuntiet? Ut videtur, inquit Sulpicius: nam Antonio dicente, [25] etiam quid tu sentias, intelligemus. Peto

[e] *adducere in odium.* [f] *copiose, ut nihil quæri amplius debeat.* [g] *Sulpicii et Cottæ.* [h] *se id, quod volebat, consecutum esse.* [i] a Crasso. [k] *cursim dicta.* [l] *artem.* [m] *quæ apud se servat.* [n] *secreta præcepta.*

hujus loci sententia: Orator non tam oratoris persona, quam orationis auctoritate tutus sit. *Proust.*

21. *Infinitum est.* Videtur esse legendum *esset. Ernest.*

22. *Ut fieri solet.* Non dubito, rescribendum esse *dici*: est enim modus loquendi proverbialis: et in vulgato sensus commodus non est. *Ernest.*

23. *Digitum ad fontes intenderem.* Id est, ostenderem discendi cupidis, unde parari posset eloquentia. Metaphora ducta est ab iis, qui sitientibus fontes præmonstrant, quibus sitim compescant. *Proust.*

24. *Studiosi.* Quibus hoc studium fervet, i. e. si studio et ardore quodam amoris cetera per se ipsi persequentur. *Harl.*

25. *Etiam, quid tu intelligas, sentiemus.*

igitur, inquit Crassus, a te, quoniam id nobis, Antoni, hominibus [o] id ætatis, oneris ab horum adolescentium studiis imponitur, ut exponas, quid iis de rebus, quas a te quæri vides, sentias.

(48.) [p] Deprehensum equidem me, inquit Antonius, plane video atque sentio, non solum quod ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque [26] [q] insolens, sed quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse, succedam, id me nunc isti vitare non sinunt. [r] Verum hoc ingrediar ad ea, quæ vultis, audacius, quod idem mihi spero usu esse venturum in hac disputatione, quod in dicendo solet, ut nulla exspectetur ornata oratio: neque enim sum de arte dicturus, quam numquam didici, sed de mea consuetudine; ipsaque illa, [s] quæ in commentarium meum retuli, [27] sunt ejusmodi, non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu causisque tractata: quæ si vobis, hominibus eruditissimis, non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quæsieritis, quæ ego nescirem: [t] meam facilitatem laudatote, cum vobis, non meo judicio, sed vestro studio inductus, non gravate respondero. Tum Crassus, Perge modo, inquit, Antoni: nullum est enim periculum, ne quid tu eloquare, nisi ita prudenter, ut neminem nostrum pœniteat ad hunc te sermonem impulisse.

Ego vero, inquit, pergam: et id faciam, [28] quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo: ut, quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, [29] ne vagari et errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, [30] non idem esse illud, quo de agitur, intelligant. Nam si forte quæreretur, quæ esset [u] ars imperatoris, constituendum putarem principio, quis esset imperator: qui [x] cum esset constitutus administrator quidam belli gerendi, tum adjungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de [y] commeatu, de insidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi: [z] quarum qui essent animo et scientia compotes, eos esse imperatores dicerem; utererque exemplis [31] Africanorum

[o] *hujus ætatis*, jam senibus. [p] *occupatum ex improviso.* [q] *quorum usum non habeo:* non enim consuevi tradere dicendi præcepta, et ea valde observare. [r] *sed eo audacius aggrediar explicare ea, quæ petitis, quod idem mihi spero eventurum in hac disputatione, quod solet in causis dicendis.* [s] *quæ scripsi in libello, a me refricandæ memoriæ causa confecto.* [t] *laudate me quod ita fuerim commodus, ut vobis responderim: non quod ita judicarem esse mihi faciendum, homini rerum istarum ignaro, sed ut ardori dicendi vestro servirem.* [u] *ducis exercitus.* [x] *cum ita esset definitus.* [y] *annona militari.* [z] *satis haberent fortitudinis, ac prudentiæ, ut ea præstarent.*

Immo *quid tu sentias, intelligemus.* Sic mox, *ut exponas, quid de iis rebus sentias.* Res est ita evidens, ut sic rescribere non dubitarim. *Ernest.*

26. *Insolens.* Proprie, insuetus. Confer Parei Lexicon criticum pag. 619. Supra, cap. 22. *disputationis insolentia*, h. e. quoniam insuetus sum disput. *Harl.*

27. *Sunt ejusmodi.* Int. non diserta, qualia sum dicturus. *Ernest.*

28. *Quod in principio fieri*, &c. Desumpta est ex Phædro Platonis hæc sententia: Περὶ παντὸς, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή, ἢ ἅπαντος ἁμαρτάνειν ἀναγκή. p. 340. H. ed. Læmar. Vide Nostrum de Finibus, ii. 1.

29. *Ne oratio* vagari *cogatur*, de λογομαχοῦσι dicitur, nulla proposita rei, de qua agitur, definitione, s. de iis, qui nesciunt via et ratione, initio a definitionibus facto, disputare. *Ernest. in Clave.*

30. *Non idem esse—intelligent.* Sine dubio Cicero scripsit, *intelligant.* Itaque correxi. *Ernest.*

31. *Africanorum.* Africani duo fuere;

et [32] Maximorum; [33] Epaminondam atque Hannibalem, atque ejus generis homines nominarem. [34] Sin autem quæreremus, [a] quis esset is, qui ad rempublicam moderandam usum, et scientiam, et studium suum contulisset, definirem hoc modo: qui, quibus rebus utilitas reipublicæ pararetur augereturque, teneret, iisque uteretur; hunc reipublicæ rectorem, et consilii publici auctorem esse habendum: prædicaremque [35] P. Lentulum, principem illum, et Ti. Gracchum patrem, et Q. Metellum, et P. Africanum, et C. Lælium, et innumerabiles alios cum ex nostra civitate, tum ex ceteris. Sin autem quæreretur, quisnam jurisconsultus vere nominaretur; eum dicerem, qui legum, et consuetudinis ejus, qua privati in civitate uterentur, [36] et ad respondendum, et ad scribendum, et ad [b] [37] cavendum, peritus esset: et ex eo genere Sex. Ælium, [38] M' Manilium, [39] P. Mucium nominarem.

[a] *quis esset optimus reip. gubernator.* [b] *ad providendum, ne sui consultores decipiantur.*

alter P. Cornelius Scipio Africanus Major, consul factus anno U. C. DXLIX. bellum in Africam transtulit, ubi Asdrubale Carthaginiensi, et Syphace Numidiæ rege iterum debellatis, illustre consecutus est Africani cognomentum. Accusatus de accepta ab Antiocho pecunia ad pacis leges ferendas, adversariorum invidiæ cessit, et Literum in Campaniam se recepit, ibique obiit anno U. C. DLXXI. ante Christ. CLXXXIII. *Livius, Plutarchus,* &c. Alter P. Scipio Æmilianus Africanus Minor, Carthaginem *invisam Romano nomini funditus sustulit,* ut narrat Paterculus, i. 12. *fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementiæ.— Numantiam* item *excisam æquavit solo. Nec quisquam ullius gentis hominum ante eum clariore urbium excidio nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ.—Post duos consulatus, duosque triumphos, mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quædam elisarum faucium in cervice reperirentur notæ,* anno U. C. DCXXV. ante Christum CXXIX.— *Proust.*

32. *Maximorum.* Cujus nominis fuere complures arte militari celeberrimi, quibus omnibus antecelluisse videtur Q. Fabius Maximus, qui Hannibalem Romæ imminentem cunctando fregit, remque Romanam restituit. *Polyb., Liv., &c. Proust.*

33. *Epaminondam.* Qui Thebanorum dux maximam Lacedæmoniis cladem attulit ad Leuctra, quæ Bœotiæ urbs est, eorum duce Cleombroto occiso; anno I. Olympiadis CII. ante Christum CCCLXXII. suis imperium peperit. *Diodorus,* &c. *Proust.*

34. *Sin autem quæreremus.* Sic recte pro vulgato *quæremus* edidit J. Gronovius, ante Victorius; postulante temporum vicinorum ratione, et tota serie orationis: *Nam si quæreremus—Sin autem quæreremus.* Talia ergo sine libris corrigenda, ut nos sæpe fecimus, eodem exemplo. *quæremus* est e compendio scripturæ ortum. Lips. ed. habet *quæreretur,* quod si quis malit, quia et ante et post sic est, non repugnem. *Ernest.*

35. *P. Lentulum.* Consul fuit a. DXCI. suffectus cum Cn. Domitio P. Scipioni Nasicæ, et C. Marcio Figulo. *Ernest in Clave.* De principe Senatus, videsis *Middleton on the Roman Senate,* p. 147.

36. *Et ad respondendum, et ad agendum.* Hoc verbum *agendum* mihi semper vitiosum visum est, quia ICti, ut ICti, non *agunt:* et alias *scribere* ceteris duobus, *respondere* et *cavere* jungitur, ut pro Muren. c. 9. Ergo corrigendum, *ad scribendum,* ut feci, sine libris: nec quis, in tanta evidentia, reprehendat. *Ernest.*

Ibid. *Ad respond.* n. de jure, qui consulentibus, tam quid certo jure vel moribus s. consuetudine vel legibus obtineret, quam quid æquum bonumque videretur in causis, jure civili non definitis, traderent.— *Harl.*

37. *Cavendum. Caveo,* de Jureconsultis dicitur, cum litigantibus aut aliquid contrahentibus, sive verbis sive scripto, ostendunt, quomodo lis instruenda, resque contrahenda sit, ne causa cadant, aut decipiantur. Mur. 9. caves, *ne tui consultores decipiantur.* Ibid. *Servius hic nobiscum urbanam militiam respondendi, scribendi,* cavendi *secutus est.* ad Div. III. I. de Valerio ICto: *melius ei* cavere *volo, quam ipse aliis solet.* cf. Cæcin. 27. *Ernest. in Clave.*

38. *M' Manilium.* Sic dedi pro *M. Man.* ut res postulabat. *Ernest.* v. Buherius ad Somn. Scip. init. Hic est de quo Plin. vii. 9. ubi v. Harduin. qui recte prænomen dat *Manius,* non *M.* ut alii (vid. Viros doctos ad Liv. Epit. 49.) etiam Zosimus, ii. 4. qui et *Mallium* vocat. De varietate librorum in nomine *Manilii* notavimus in Lege Manilia. *Ernest. in Clave.*

39. *P. Mucium.* Pater Q. Mucii Scævo-

(49.) Atque, ut jam ad leviora artium studia veniam, si musicus, si grammaticus, si poëta quæratur, possim similiter explicare, quid eorum quisque profiteatur, et quo non amplius ab quoque sit postulandum. [c] Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia unus omnia pæne profitetur, est tamen quædam descriptio, ut is, qui studeat omnium rerum, [40] divinarum atque humanarum, vim, naturam causasque nosse, et omnem bene vivendi rationem tenere et persequi, nomine hoc appelletur. Oratorem autem, quoniam de eo quærimus, equidem [d] non facio eundem, quem Crassus; qui mihi visus est omnem omnium rerum atque artium scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine: atque eum puto esse, qui verbis ad audiendum jucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit [41] in causis forensibus atque communibus: hunc ego appello oratorem, eumque esse præterea instructum voce, et actione, et lepore quodam volo. Crassus vero mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus, immensis pæne, [42] describere; nam et civitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit: in quo per mihi mirum visum est, Scævola, te hoc illi concedere; cum sæpissime tibi senatus, breviter impoliteque dicenti, maximis sit de rebus assensus. M. vero [43] Scaurus, quem non longe, ruri, apud se, esse audio, vir regendæ reipublicæ scientissimus, si audierit, hanc auctoritatem gravitatis et consilii sui [44] vindicari a te, Crasse, quod eam oratoris propriam esse dicas; jam, credo, huc veniat, et hanc loquacitatem nostram vultu ipso aspectuque conterreat: qui quamquam est in dicendo minime contemnendus, prudentia tamen rerum magnarum magis, quam dicendi arte, nititur. [45] Neque vero, si quis utrum-

[c] *philosophus, etsi videtur omnes artes unus complecti, et profiteri, certa definitione tamen, et limitibus suis circumscribi potest.* [d] *non ita definio, ut Crassus;* angustioribus terminis eloquentiam circumscribo.

læ, pontificis max. collegæ L. Crassi in consulatu. Hic est P. Scævola frater P. Crassi, de quo supra. *Manutius.*

40. *Divinarum*, h. e. physicarum, quæ etiam theologiam naturalem ex veteri partitione complectuntur.—*humanarum*, h. e. dialectices et doctrinæ de moribus. v. Ernesti Clav. voc. *divinus*. *Harl.*

41. *In causis forensibus atque* communibus. Tironum causa monendum est, *communia* dici, quæ ad plures pertinent, adeoque *communia* dici posse etiam quæ *vulgaria* alias dicuntur. Quid enim sunt communia præcepta, a quibus Ciceronis de Oratore libri abhorrent, nisi vulgaria, quæ in vulgaribus rhetoricis libellis occurrunt? Est tamen etiam aliquid inter *vulgaria* et *communia* discriminis. *Vulgaria* dicimus, quæ communia sunt omnibus, sed ita, ut hoc ipso verbo contemtum eorum significemus. *Communia* autem et ipsa ad plures, atque adeo ad omnes pertinent, sed sine contemtu. Sic dicimus *communem sensum, communem rationem, communia præcepta, communia mala, vitium commune*, sed simpliciter respicimus ad id, quod ad plures aut ad omnes pertinet. *Ernest. in Clave.*

42. *Describere*, est *definire*: unde, de quo *definire* dici potest, de eodem etiam *describere* dicitur. *Ernest. in Clave.*

43. *Scaurus.* De quo vide ii. cap. 64. et 69. Brut. 29. et Clav. Ern. in Indice historico. Fuit princeps Senatus.—*prudentia*, i. e. cognitione. v. ad c. 2. *Harl.*

44. *Vindicari.* Vindiciæ, auctore Festo, appellantur res de quibus controversia est: vindicare vero dicitur ille qui rem, de qua controversia est, suam esse dicit. *Proust.*

45. *Neque vero, si quis.* Facile fieri potest, ut idem sit et senator bonus, et eximius orator; verum dotes illæ diversæ sunt; neque enim sequitur, ut qui bonus est senator, is sit orator illustris, et qui illustris orator, sit senator bonus. Sed ita distinguun-

que potest, aut ille consilii publici auctor ac senator bonus, ob eam ipsam causam orator est; aut hic disertus atque eloquens, si est idem in [e] procuratione civitatis egregius, [46] illam scientiam dicendi copia est consecutus. Multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ, atque sejunctæ, neque eadem ratione, ac via M. Cato, P. Africanus, Q. Metellus, C. Lælius, qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam, et reipublicæ dignitatem exornabant.

(50.) [f] Neque enim est interdictum aut a rerum natura, aut a lege aliqua atque more, ut singulis hominibus, ne amplius, quam singulas artes, nosse liceat. Quare non, etsi eloquentissimus Athenis [47] Pericles, idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici fuit, idcirco ejusdem hominis atque artis utraque facultas existimanda est; nec, si P. Crassus idem fuit eloquens, et juris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi juris civilis scientia. Nam si quisque, [48] ut in aliqua arte et facultate excellens, aliam quoque artem sibi assumserit, ita perficiet, ut, quod præterea sciet, id ejus, in quo excellet, pars quædam esse videatur: [g] licet ista ratione dicamus, pila bene, et [49] duodecim scriptis ludere, proprium esse juris civilis, quoniam utrumque eorum P.

[e] *administratione.* [f] *neque natura, neque lex, neque mos ullus prohibet, ne unus aliquis artes multas discat.* [g] *poterimus pari jure dicere,* (ironice dictum).

tur illæ facultates, ut in diversis hominibus separatæ sæpe reperiantur. *Proust.*

46. *Illam scientiam d. c.* Secutus sum Manutium et Lambinum, qui sine libris sic edidere pro *aliquam*, quod plane alienum est ac vitiosum. Edd. pr. fluctuant inter *aliquam copia, et aliqua copiam.* Sensus est, si illam, quam dixi, scientiam reip. regendæ æquavit copia dicendi. *Ernest.*

47. *Pericles.* De quo Tullius in Bruto, ut et de P. Crasso, ac cæteris oratoribus, qui passim hic laudantur. *Proust.*

48. *Ut in aliqua—ita perficiet.* Vulgo, *is.* ed. W. *iis*, utrumque manifeste vitiosum. Nihil certius correctione nostra, ut omnes sentient statim. Adjuvat Ed. Lips. quæ habet *id. Ernest.*

49. *Duodecim scriptis.* Vide Fragm. Hortensii apud Nonium in *scripta.* Nominativum faciunt *scriptum*, ut sit areola lineis circumscripta, ut Salmasius, Gesnerus, alii: recte, nam et diminutivum *scriptulum* est: v. Heins. ad Ovid. A. A. ii. 204. iii. 363. et *trames scriptorum* dicitur, quem calculi decurrunt. Aliter sentire video Pearcium ad hunc locum, qui nominativum facit *scriptus:* ut intelligatur lapis, calculus. In quo tamen Festi auctoritate abusus est, nam *scriptus lapis* Festi huc non pertinet. Neque id adeo ignorare Pearcius potuisset, si Festum ipse inspexisset. Tolerabllius foret, si intelligeretur *locus.* Ceterum de hoc ludo, qui est idem aut simillimus ei, qui hodie *Schachicus* dicitur, ut patet ex insigni Ovidii loco Art. Am. ii. 207. Græcis recentioribus ζατρίκιος, diversus est a ludo aleæ, in quo præter calculos etiam tesseris opus, qui a ludo Scriptorum exulant, in quo uno ingenio et arte opus est. Vide præter ceteros eruditissime disputantem Salmasium ad Vopisc. Proculum c. 13. T. ii. Hist. Aug. p. 736. sqq. et Hydeum de Nerdiludio p. 8. J. Fr. Gronovius Sest. iii. 15. ludum duodecim scriptorum distinguit a ludo latrunculorum; idemque facit Heinsius ad Ovid. l. c. 204. putans de ludo duodecim scriptorum agi his: *seu ludet, numerosque manu jactabit eburnos* (h. e. tesseras) *tu male jactato, tu male jacta dato.* Sed ibi sermo de ludo *aus und ein* sc. *trictrac*, ubi tesseris opus. Id minus recte fieri contra Casaubonum demonstrat l. c. Salmasius, contra cujus argumenta nihil Gronovius affert. Putat nempe ludum duodecim scriptorum esse eum, quem nos vocamus *aus und ein*, in quo etiam tesseris opus. Sed quomodo is duodecim scriptorum ludus esse potest, cum ipse fateatur, in illo ludo *aus und ein* utrumque ludentium quindecim calculos adhibuisse, qui in duodecim areolis locum non habent. Burm. ad Ovid. l. c. iii. 363. putat, nobis rationem istius ludi non satis perspectam esse, quem vide. Ceterum *scriptorum* dicendum esse, non *scruporum*, defendunt præter hos Burmann. ad Quintil. xi. 2. Victor. v. l. v. 13. Gronov. l. c. *Ernest. in Clave.*

Mucius optime fecerit; eademque ratione dicantur, et quos [50] φυσικοὺς Græci nominant, iidem poëtæ, quoniam [51] Empedocles physicus egregium poëma fecerit. At hoc ne philosophi quidem ipsi, qui omnia, sicut propria, sua esse, atque a se possideri volunt, dicere audent, geometriam, aut musicam, philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus præstantissimum fuisse fateantur. Ac, si jam placet, omnes artes oratori [h] subjungere, tolerabilius est, sic potius dicere, ut, quoniam dicendi facultas non debeat esse jejuna atque nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum jucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percurrisse: neque ea, ut sua, possedisse; sed, ut aliena, [i] libasse. Fateor enim, [k] callidum quendam hunc, et [l] nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque [m] hospitem in agendo esse debere.

(51.) [n] Neque vero [52] istis tragœdiis tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor, quod ista dixisti, neminem posse eorum mentes, qui audirent, aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere, cum eo maxime vis oratoris magnitudoque cernatur, nisi qui rerum omnium naturam, mores hominum atque rationes penitus perspexerit: in quo philosophia sit oratori necessario percipienda: quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorumque [o] totas ætates videmus esse contritas: quorum ego copiam magnitudinemque cognitionis atque artis non modo non contemno, sed etiam vehementer admiror: nobis tamen, qui in hoc populo foroque versamur, satis est, [53] ea de moribus hominum et scire, et dicere, quæ non abhorrent ab hominum moribus. Quis enim unquam orator magnus, et gravis, cum iratum adversario judicem facere vellet, hæsitavit ob eam causam, quod nesciret, quid esset iracundia, [54] fervorne mentis, an [55] cupiditas

[h] quasi famulas *subjicere.* [i] *leviter attigisse.* [k] *exercitatum, et acutum.* [l] *politum usu, et arte.* [m] *ignarum.* [n] *non moveor iis rationibus, quas tam vehementer, ac tragice attulisti.* [o] *totam vitam consumptam.*

50. Φυσικούς. Φύσις *natura: φυσικοὶ* qui res naturales, earum causas, et effecta indagant. *Proust.*

51. *Empedocles.* Philosophus, idemque poëta Agrigentinus. Eum tradunt, ut absumpto corpore crederetur immortalis, in ardentem Ætnæ montis voraginem sese dedisse præcipitem; ejectis autem ferreis crepidis rem fuisse deprehensam. Ita Hippobotus apud Laërtium, qui neque hoc, neque alia de ejus morte commenta approbat. Id constat, eum floruisse Olympiade LXXXIV. annis ante Christum CCCCXLIV. *Lucretius,* lib. i. 717. *Horatius, in Arte,* 914, &c. *Proust.*

52. *Istis tragœdiis tuis.* Tragœdias in nugis agere dicuntur, qui rem parvam clamitando, ut fieri solet a tragœdiarum actoribus, magnam faciunt. *Proust.*

53. *Ea de moribus hom.—ab hominum moribus.* Primum *de moribus* intelligendum de natura hominis, qua pertinet ad mores, in qua et motus animi intelliguntur, quos et paullo ante diserte commemoravit. *Ab hominum moribus* autem de consuetudine vitæ communis, quæ docet, qui homines, quibus rebus commoveri soleant. Nec tamen alienus sum a suspicione, legendum esse de *motibus animorum.* Nam de his proprie disputat etiam in sequentibus, ubi et diserte *motus animorum* commemorantur. *Ernest.*

54. *Fervorne mentis.* Sic iracundia describitur ab Aristotele per causam materialem: est, inquit, fervor sanguinis circa cor, propter ulciscendi doloris cupiditatem. Melius idem Aristoteles, lib. ii. Rhetor. cap. 2. Ἔστιν ἡ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν εἰς αὐτὸν ἢ εἰς αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως. Tullius sic IV. 9. libro Tusculan. Quæst. Ira est *libido puniendi ejus, qui læsisse videatur injuria. Proust.*

55. *Cupiditas* PUNIENDI *doloris.* i. e. ulciscendi doloris, quem aliorum injuriæ no-

puniendi doloris? Quis, cum ceteros animorum motus aut judicibus, aut populo dicendo [56] miscere atque agitare vellet, ea dixit, quæ a philosophis dici solent? qui partim [57] omnino motus negant in animis ullos esse debere, quique eos in judicum mentibus concitent, [58] scelus eos nefarium facere; partim, qui tolerabiliores volunt esse, et ad veritatem vitæ propius accedere, permediocres ac potius leves motus debere esse dicunt. Orator autem omnia hæc, quæ putantur in communi vitæ consuetudine, mala ac molesta, et fugienda, multo majora et acerbiora verbis facit: itemque ea, quæ vulgo expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat: neque vult ita sapiens inter stultos videri, uti, qui audiant, [59] aut illum [p] ineptum et [q] Græculum putent, aut [60] etiamsi valde probent ingenium oratoris, sapientiam admirentur, se esse [r] stultos moleste ferant; sed ita [s] peragrat per animos hominum, ita sensus mentesque pertractat, ut non [t] desideret philosophorum descriptiones, neque exquirat [61] oratione, [62] summum illud bonum in ani-

[p] si de reconditioribus philosophiæ disputationibus agat apud populum. [q] si eruditionem putide, ac frigide ostentare velit. [r] *rudes, et imperitos.* [s] *penetrat.* [t] *ut carere facile possit philosophorum definitionibus.*

bis fecerunt: simili modo locutus est Cicero in Orat. pro Milone: *fecit iratus, fecit inimicus, fecit ultor injuriæ,* PUNITOR *doloris sui. Pearce.*

56. *Miscere.* De oratore, est commovere animos. *Ernest. in Clave.*

57. *Omnino motus negant,* Stoici negant motus in animis ullos esse debere; Peripatetici mediocres admittunt. Vide Tullium, lib. iii. Tuscul. Quæst. *Proust.*

58. *Scelus eos nefarium facere.* Man. impressit, *scelus eos aiunt nefarium facere.* Sed vulgata lectio recte se habet: sæpe enim, cum vox aliqua negativa in priori sententia occurrit, subintelligitur vox affirmativa in posteriori sententia: hic igitur, cum præcedit *negant,* subauditur *dicunt.* Sic Cicero de Orat. l. iii. c. 14. *Nemo extulit eum verbis, sed contempsit,* &c.

Sic Horat. l. i. Serm. 1.

Qui fit, Mecænas, ut nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa
Contentus vivat; laudet diversa sequentes?

In his duobis locis citatis voces *omnis homo* subintelligi debent, vel potius ex negativa voce vox affirmativa elicitur. *Pearce.*

59. *Aut illum ineptum et Græculum.* Recepi cum Pearcio *et Gr.* Et est evidens, *ineptum et Græculum* copulari: quod respondet primo *aut,* mox sequitur. Sed etiam *illum* est alieno loco: scripserim, *aut ineptum illum et Gr.* quæ est plane Ciceroniana collocatio, vel, *ut qui audiant illum, aut i. et Gr.* Quia ambigo, utrum verius? nihildum mutavi. *Ernest.*

60. *Etiamsi valde probent.* Licet auditores maxime probent ingenium oratoris, ab eo tamen solent alienari, cum orator plus æquo suam eruditionem venditat. Qui ingenium et doctrinam aperte prædicat, auditori videtur exprobrare inopiam ingenii et scientiæ: quod valde offendit animos: nemo enim, ut sit hebes et ignarus, videri tamen aut putari amat. *Proust.*

61. *Oratione.* De disputationibus illis veterum latius disserunt Cicero in Tuscul. lib. iii. et Strebæus ad h. l. Ubi sit *summum bonum,* veteres philosophi dissenserunt. Id *in animo* posuerunt Stoici, quibus summum et unicum bonum erat virtus, adeoque in animo; sed Academici et Peripatetici etiam in corpore; at Cyrenaici atque Epicuræi in voluptate posuere; Sceptici denique et quodammodo media Academia *nihil certum sciri,* etc. statuerunt. *Harl.*

62. *Summum illud bonum.* Discrepantes philosophorum de summo bono sententias egregie et breviter Cicero collegit, Tusculan. Quæst. lib. v. n. 84. *Sunt autem hæ de finibus, ut opinor, retentæ defensæque sententiæ: primum simplices quatuor: nihil bonum, nisi honestum, ut Stoici: nihil bonum, nisi voluptatem, ut Epicurus: nihil bonum, nisi vacuitatem, ut Hieronymus: nihil bonum, nisi naturæ primis bonis aut omnibus, aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat. Hæc simplicia: illa mixta: tria genera bonorum; maxima, animi; secunda, corporis; externa tertia, ut Peripatetici, nec multo veteres Academici secus. Voluptatem cum honestate Dinomachus, et Callipho copulavit. Indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adjunxit. Proust.*

mone sit, an in corpore: virtute an voluptate definiatur: an [u] hæc inter se jungi copularique possint: an vero, ut quibusdam visum, nihil certum sciri, nihil plane cognosci et percipi possit: quarum rerum fateor magnam, multiplicemque esse disciplinam, et multas, copiosas, variasque rationes; sed aliud quiddam, longe aliud, Crasse, quærimus: acuto homine nobis opus est, et natura usuque callido, qui sagaciter pervestiget, quid sui cives, iique homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent, sentiant, opinentur, exspectent.

(52.) [x] Teneat oportet [63] venas cujusque generis, ætatis, ordinis, et eorum, apud quos aliquid aget, aut erit acturus, mentes, sensusque [y] degustet: philosophorum autem libros reservet sibi [z] ad hujuscemodi Tusculani requiem atque otium, ne, si quando ei dicendum erit de justitia et fide, mutuetur a Platone; qui, cum hæc exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam finxit [64] in libris civitatem: usque eo illa, quæ dicenda de justitia putabat, a vitæ consuetudine, et a civitatum moribus [a] abhorrebant. [65] Quodsi ea probarentur in populis atque in civitatibus: quis tibi, Crasse, concessisset, clarissimo viro, et amplissimo principi civitatis, ut illa diceres in maxima concione tuorum civium, quæ dixisti? [66] ERIPITE NOS EX MISERIIS, [67] ERIPITE NOS EX FAUCIBUS EORUM, QUORUM CRUDELITAS NOSTRO SANGUINE NON POTEST EXPLERI: NOLITE SINERE NOS CUIQUAM SERVIRE, NISI VOBIS UNIVERSIS, QUIBUS ET POSSUMUS ET DEBEMUS. Omitto *miserias*, in quibus, ut illi aiunt, vir fortis esse non potest; omitto *fauces*, ex quibus te eripi vis, [b] ne judicio iniquo exsorbeatur sanguis tuus: quod sapienti negant accidere posse: *servire* vero non modo te, sed universum senatum, cujus tum causam agebas, ausus es dicere? [c] Potestne virtus, Crasse, servire, istis auctoribus, [68] quorum tu præcepta oratoris facultate complecteris? [69] quæ et semper, et sola libera est, quæque, etiamsi corpora capta sint armis, aut constricta vinculis, tamen suum jus, atque omnium rerum [70] impunitam liberta-

[u] *virtus et voluptas.* [x] *oportet ut intelligat locos, et argumenta, quibus moveri, ac tractari possint animi hominum, cujuscunque sint illi generis, ordinis, ætatis.* [y] *cognoscat.* [z] *ruri in villa legendos.* [a] *aliena erant.* [b] *ne iniquo judicio pereas.* [c] *an homo virtute præditus servus esse potest, si audimus philosophos, quorum præceptis institutum esse vis oratorem.*

63. *Venas.* Metaphora ducta a venis aquarum, et metallorum, quas investigant ii, qui metalla, aut aquas sub terra latentes explorant. *Proust.*

64. *In libris,* de Republica. *Harl.*

65. *Quodsi ea probarentur.* Si philosophiæ placita libenter audiret populus, nunquam orationem tuam, Crasse, populus Romanus probavisset: ea quippe abhorrebat a documentis philosophorum, qui negant hominem probum et sapientem servire cuiquam posse, &c. *Proust.*

66. *Eripite nos ex miseriis.* Verba C. Crassi, ex oratione, qua legem Serviliam suasit. vide infra, et lib. ii. et in Paradoxo v. *Manutius.*

67. *Eripite nos ex faucibus eorum,* n. equitum, qui omnes fere damnant senatores, qui in illorum adducuntur judicium. Contra impotentiam ordinis equestris in exercendis judiciis dixerat Crassus. *Harl.*

68. *Quorum—complecteris,* h. e. quorum præcepta oratorem tenere jubes. *Harl.*

69. *Quæ et semper.* Videndum Ciceronis paradoxum, cujus hæc est inscriptio: *Omnes sapientes liberi, omnes stulti servi. Proust.*

70. *Impunitam.* h. e. plenissimam, non imminutam. *Ernest. in Clave.*

tem tenere debeat. Quæ vero addidisti, non modo senatum servire *posse* populo, sed etiam *debere*, quis hoc [71] philosophus tam mollis, tam languidus, tam [72] enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis doloremque referens, probare posset? Senatum servire populo, cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas, tradidisset?

(53.) Itaque hæc cum a te [73] divinitus ego dicta arbitrarer, [74] P. Rutilius Rufus, homo doctus, et philosophiæ deditus, non modo parum commode, sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat. [75] Idemque Servium Galbam, quem hominem [76] probe commeminisse se aiebat, pergraviter reprehendere solebat, quod is, L. Scribonio [d] quæstionem in eum ferente, populi misericordiam concitasset, cum M. Cato, Galbæ gravis atque acer inimicus, aspere apud populum Romanum et vehementer esset locutus: quam orationem in [77] Originibus suis exposuit ipse. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpitii Galli, propinqui sui, Q. pupillum filium ipse pæne in humeros suos [e] extulisset, qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret, et duos filios suos parvos tutelæ populi commendasset, ac se, tanquam [78] in procinctu

[d] *eum accusante.* [e] *ut toti populo spectandum exhiberet.*

71. *Philosophus mollis* est, qui voluptati aliquid tribuit in ratione bonorum, ut Epicurei. *Ernest. in Clave.*

72. *Enervatus*, de philosophis, qui non omnia virtuti tribuunt, sed voluptati etiam aliquid, &c. *Ernest. in Clave.*

73. *Divinitus ego d. a.* Delevi *et* ante *ego*. Nam et languet, et ab omnibus edd. vett. abest, et scr. ut E. Sic et Pearcius. *Ernest.*

74. *P. Rutilius Rufus.* Cujus meminit Cicero in Bruto n. 113. *Proust.*

Ibid. *Rutil. Ruf.* Fuit Panætii auditor; Cic. de Offic. 2. pæne perfectus in Stoicis, vir bonus, et Smyrnæ in exsilio vixit damnatus ab equitibus, quod in Asia Quæstor Provinciales a publicanorum injuria defenderat. Cicero frequentem ejus fecit mentionem: v. Brut. 29. sq. et cap. 22. Or. pro Fonteio 13. et Ernesti Clav. Cic. indic. histor. Ejus quoque integritatem et severitatem laudant Quinctil. Institt. xi. 1. 12. Valer. Max. ii. 10. 5. vi. 4. 4. Paul. Orosius Histor. v. cap. 17. p. 334. ed. Haverc. ibique Fabr. Ille igitur dicebat, dicta esse *flagitiose*, h. e. contra decorum et dignitatem. De origine, vi et potestate voc. *flagitium*, etc. docte disputat Vossius in Lex. Etymol. p. 216. *Harl.*

75. *Idem Servium.* G. Edd. vett. consensu, *Idem Q. Servium G.* ex quo recte factum *idemque S. G.* Hoc notavi, ut indagaturis veras lectiones e vitiosis scripturis prodesset. Simile exemplum in MS. E. reperi, ubi sic prænomen Q. factum erat. *Ernest.*

Ibid. *Serg. Galbam.* Q. Sergius Galba Hispanam provinciam, post exactam Romæ præturam, obtinuit. Is, Lusitanis ad XL. millia contra interpositam fidem partim interfectis, partim venditis, accusatus, ejus nomen deferente L. Scribonio tribuno plebis, perorante contra illum Catone, cum invidia et odio populi premeretur, et pœnas videretur daturus, C. Sulpicii Galli, propinqui sui, viri populo acceptissimi, nuper demortui, filium adolescentem in medium protulit, cum duobus filiis suis, quos populi tutelæ fiens, et quasi moriturus commendavit. C. Sulpicii Galli recordatio, pupilli orbitas, ac puerorum aspectus ita populum ab odio ad misericordiam traduxerunt, ut judicio ac periculo Galba liberatus fuerit, anno U. C. DCV. ante Christum CXLIX. *Livius*, lib. 49. *Valer. Maxim.* lib. VIII. cap. I. De Galba plura apud Tullium in Bruto, n. 82. *Proust.*

76. *Probe commeminisse.* Sic bene pro *probe nosse et comm.* dedere Junt. et Aldus. Sic et MS. Erl. habet. *Nosse* abest etiam ab ed. W. quæ et *meminisse* habet, ut aliæ. Nec latinitas patitur *nosse* sic dici, ut hic intelligi deberet. *Ernest.*

Ibid. *Commeminisse.* Erat enim tum adolescens Rutilius, cum Galba floreret. *Proust.*

77. *Originibus.* Liber hic fuit M. Catonis, cujus inscriptio hæc erat, *Origines*; quia in eo libro agebat de originibus urbium, et populorum Italiæ. Vide Ciceronem in Bruto, n. 294. *Proust.*

78. *In procinctu testamentum.* Milites Romani prœlium commissuri, tribus pluri-

testamentum faceret, [79] sine libra atque tabulis, populum Romanum tutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaque cum et invidia et odio populi tum Galba premeretur, his quoque eum tragœdiis [f] liberatum ferebat; quod item apud Catonem scriptum esse video, nisi pueris et lacrymis usus esset, pœnas eum daturum fuisse. Hæc Rutilius valde vituperabat, et [g] huic humilitati, [80] dicebat, vel exsilium fuisse, vel mortem anteponendam. Neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit, et fecit: [81] nam cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiæ; cumque illo nemo neque integrior esset in civitate, neque [82] sanctior, [83] non modo supplex judicibus esse noluit, sed ne ornatius quidem, aut liberius causam dici suam, [84] quam simplex ratio veritatis ferebat. [85] [h] Paullum huic Cottæ [86] tribuit partium, disertissimo adolescenti, sororis suæ filio. Dixit item causam illam quadam ex parte [87] Q. Mucius, more suo, nullo apparatu, pure et dilucide. [88] Quod si tu tunc, Crasse, dixisses, qui

[f] *hac vehementi, et tragica oratione.* [g] *vecordiæ.* [h] *passus est ut C. Cotta suam causam ageret,* ac partem aliquam defensionis obtineret.

busve suis commilitonibus audientibus, hæredem nominabant, ut si caderent in prœlio, testamento condito morerentur. Id testamentum *in procinctu* vocabatur, cum ad prœlium accincti milites nihil aliud nisi pugnæ signum exspectabant. Vide Gellium, lib. xv. cap. 27. *Proust.* Vide et Davisium ad Nat. Deor. ii. 3. tum præcipue Jo. Gottl. Heineccium in Syntagm. Antiquit. Rom. ii. x. iii. p. 515. ed. Basil. 1752.

79. *Sine libra at que tabulis.* Aliud erat testamenti genus per familiæ emancipationem; quo paterfamilias imaginaria venditione jus omne suum, ac bona transferebat in alium. Is porro ritus erat: Quinque testibus, ac libripende, præsentibus, futurus hæres imaginarii pretii nomine nummum æneum dabat patrifamilias, ac solennem verborum formulam pronunciabat: *Hujus ego familiam, quæ mihi empta est hoc ære æneaque libra jure Quiritium, meam esse aio.* Deinde ære percutiens libram, illud æs dabat patrifamilias, qui tum hæreditatis adeundæ jus emptori concedebat. Is autem, qui emebat, vocabatur emptor familiæ: eaque testamenta in tabulis scribebantur. Tertium testamenti genus calatis comitiis in populi concione fiebat. Consule Gellium ibidem. *Proust.* Vide Heineccium, ii. x. vii.

Ibid. *Sine libra atque tabulis.* i. e. ut in testamento militari, de quo ante, tantum pronunciando voluntatem ultimam, testibus judicibus et corona. *Ernest.*

80. *Dicebat vel exsilium.* Nempe homo Stoicus, qui affectus omnes ex hominum animis sublatos vellet, ac servilem hunc agendi modum a sapientis dignitate, et libertate vehementer abhorrere censebat. *Proust.*

81. *Nam cum esset,* &c. v. Brut. 29. *Ernest.*

82. *Sanctior,* h. e. justior, qui omni sua vita ad legem compositus fuit. v. Cort. ad Sall. B. J. c. 85. p. 805. Adcusaverat eum Apicius, homo nequissimus et luxuriosissimus, itemque ventris vitio contaminatus. v. Athenæi Deipn. iv. c. 19. p. 168. ed. Casaub. *Harl.*

83. *Non modo supplex.* P. Rutilius Rufus orator, jurisconsultus, philosophus, et historicus, quæstor in Asia anno U. C. dcxxxiii. ante Christum cxxi. cum a publicanorum injuriis Asianos defenderet, in invidiam et odium equestris ordinis, qui tum judicia exercebat, quo ex ordine publicani legebantur, vocatus est. Accusatus repetundarum, damnatus, et in exilium missus est. Vide Brutum, n. 113. *Proust.*

84. *Quam simplex ratio v. ferebat.* Vulgo *oratio;* quod hic alienum esse in promtu est. *Ratio* jam edidere Aldus et Junta ante Pearcium. Sic et MS. E. *Ferebat* accipiendum est ut dictum e persona Antonii: alias esse debet *ferret. Ernest.*

85. *Paullum h. C. tribuit partium,* i. e. parvam aliquam partem causæ orandæ tr. h. C. ut respondeat seqq. *Dixit item—— ex parte.* Etsi durius est, tamen non abhorret a consuetudine. Cicero ipse dixit alibi, *paullum novi,* aliique similiter; etsi raro. *Ernest.*

86. *Tribuit partium.* Oratores et patroni alii erant primarum partium, qui principem causæ locum, ac defensionis, habebant; qui primi dicebant, vel de rebus præcipuis: alii secundarum, alii tertiarum, &c. *Proust.*

87. *Q. Mucius.* De pontifice max. loquitur, non de augure, qui huic sermoni intererat: dixisset enim, *Hic Q. Mucius,* lib. ii. *Manutius.*

88. *Quod si tu tunc.* Sic, non *quid si tu nunc:* in quo ultimum est contra rem. *Quid*

subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus philosophi utuntur, ad dicendi copiam, petendum esse paullo ante dicebas; et, si tibi pro P. Rutilio non philosophorum more, sed tuo licuisset dicere; [89] quamvis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt, [90] pestiferi cives, supplicioque digni; tamen [i] omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus evellisset vis orationis tuæ: nunc talis vir [91] amissus est, dum causa [92] ita dicitur, ut si in illa commenticia Platonis civitate res ageretur: nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo rempublicam imploravit, nemo supplicavit. Quid multa? [93] pedem nemo in illo judicio supplosit, credo, ne [k] Stoicis renuntiaretur.

(54.) Imitatus est [l] homo Romanus et consularis veterem illum Socratem, qui, quum [94] omnium sapientissimus esset, sanctissimeque vixisset, ita in [95] judicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex, aut reus, sed magister, aut dominus videretur esse judicum. Quinetiam, quum ei [96] scriptam orationem disertissimus orator [97] Lysias attulisset; quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in [m] judicio uteretur, non invitus legit, et commode scriptam esse dixit: sed, inquit, ut, si mihi calceos [98] Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, for-

[i] *oratione tua eloquenti et copiosa exstinxisses crudele odium, quo populi animos* adversus Rutilium *incenderant.* [k] *ne id,* opinor, *moleste ferrent Stoici,* qui ejusmodi tragicos affectus condemnant. [l] Rutilius. [m] in quo accusabatur, quod deos negaret.

non consentit sequentibus: quod edidimus, est in MS. E. edd. s. l. et a. Med. Asc. Ald. Lips. *tunc* etiam in ed. W. *Ernest.*

89. *Quamvis scelerati illi f. Illi* int. judices, e superioribus n. 229. aut adde. *Ernest.*

90. *Pestiferi cives.* Equites Romani, qui in gratiam publicanorum Rutilium damnaverant. *Proust.*

91. *Amissus est.* Pulsus patria. Conf. Cic. Brut. 22. et 91, 2. *Harl.*

92. *Ita dicitur, ut si.* Non dicitur ornatius, ac liberius, quam simplex ratio veritatis ferat; nullis excitatis affectibus, nulla quæsita commiseratione, &c. id quod fieri Plato volebat in sua illa ficta rep. quam administrandam tradidit philosophis, exterminata omni elegantia dicendi, et copia. *Proust.*

93. *Pedem nemo.* Valet pedis supplosio, ut Cicero monet, in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. Si fuerit crebrior, inepti hominis est, ut docet Fabius. *Proust.*

Ibid. *Supplosit.* In adfectibus concitandis solebant oratores antiqui pedem *supplodere,* h. e. terram pede percutere: illud vero in Rutilii caussa ideo non factum fuisse putavit Antonius, ne quid fieret contra morem et dogmata Stoicorum, quos secutus est Rutilius, quique negarunt, motus omnino ullos in animis hominum inesse debere. vide iii. 18. *Pearce.* Adde Quinctil. Institt. x. 7. 26. xi. 3. 128. *Harl.*

94. *Omnium sapient.* v. Cic. Acad. i. 4. et Platonis Apologiam Socratis, sect. v. p. 37. ex. Fischeri, Quinctil. Institt. v. 11. 42. xi. 1. 10.—*sanct. vixit:* conf. Xenoph. M. S. iv. 8. 6 et 10. *Harl.*

95. *Judic.* Conf. Cic. Tusc. i. 29. *Harl.*

96. *Scriptam orationem.* Vetitum olim Athenis fuit, ne quis ad suam defensionem oratorem adhiberet. Igitur Lysias orator tum optimus scribebat orationes, quas eloquentiæ rudes, quia pro se ipsi dicere jubebantur, ediscerent, ac pronunciarent. Ea causa fuit, cur scriptam orationem obtulerit Socrati. *Proust.*

97. *Lysias.* Natus xi. ann. post Socratem a. v. 296. et mortuus xxi. post Socratem a 376.

98. *Sicyonios.* Sicyon urbs Peloponnesi, in Græcia, Corinthum inter et Athenas; teste Sophiano nunc appellatur *Basilica.* Hic olim muliebres calcei elegantissimi conficiebantur. *Proust.*

Ibid. *Calceos Sicyonios.* A Sicyone, urbe in regione Sicyonia, inter Corinthum et Achaiam sita. Sicyoniorum calcei fuerunt delicatioris cultus, muliebres, amatorii, dispunctionibus incisurisque varie et artificiose distincti, et parum viriles. Conf. Balduin. de calceo antiquo, p. 197. sqq. Amstel. 1667. *Harl.*

tem et virilem non videri. Ergo ille quoque damnatus est: [99] neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant judices, damnarent, an absolverent, sed etiam illis, [1] quas iterum legibus ferre debebant. Erat enim Athenis, reo damnato, si fraus capitalis non esset, [2] quasi pœnæ æstimatio: ex [n] sententia cum judicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maxime confiteretur: quod cum [3] interrogatus Socrates esset, respondit, [4] sese meruisse, ut amplissimis honoribus et præmiis decoraretur, et ei victus quotidianus in [5] Prytaneo publice præberetur; qui [6] honos apud Græcos maximus habetur. Cujus responso sic judices [o] exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent: qui quidem si absolutus esset; quod mehercule etiamsi nihil ad nos pertinet, tamen propter ejus ingenii magnitudinem vellem: quonam modo [7] istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cum ille damnatus est, nullam aliam ob culpam, nisi [8] propter dicendi inscientiam, tamen a se oportere dicunt peti præ-

[n] *juxta sententiam* condemnationis, *cum pœnæ æstimatio danda esset judicibus, interrogabatur reus.* [o] *in eum concitati sunt.*

99. *Neque solum primis*, &c. V. de re Vales. ad Harpocr. p. 42. Paullo post verbum *legibus* mihi interdum suspectum visum, quia intelligitur per se, nec solet addi talibus: ferri tamen potest. *Ernest.*

1. *Quas iterum*, &c. Quibus de pœna statuerent, et æstimarent quam gravis deberet esse. Id autem fiebat, cum fraus capitalis non erat, seu cum crimen capite plectendum non erat. Alioquin gravioribus delictis erat pœna capitis legibus constituta. Bis igitur sententiam ferebant judices; semel cum damnabant reum; iterum, cum pœnam constituebant. *Proust.*

2. *Quasi pœnæ æstimatio*, &c. Pearcius cum Lamb. *pœnæ* deleri vult: nempe, quia post simpliciter est *æstimatio;* (Gr. ὑποτίμησις) quod non est satis. Voluit hic explicationem rei, non solum verbum juris dare, in quo etiam nude dictum est, ut alia. Exemplum simile est in eodem verbo de æstimationibus bonorum. Edd. W. s. l. et a. et Cod. E. habent, *quasi pœna ea existimatio*, vulgari vitio, pro *æstimatio:* quod esse factum e *pœnæ æstim.* in promptu est. Porro eædem edd. et Lips. habent *et sent.* quod restituimus, nec enim *ex sententia* habere hic commodum sensum potest. Sensus est: et cum judices juberentur sententiam ferre, nempe alteram, ante interrogabatur ab iis reus. Pro *judicibus* uterque Gronovius legit *vindicibus:* quorum rationem non intelligo. *Ernest.* Æstimatio *pœnæ*, est cum accusator (more Atheniensi) in ipsa accusatione, quam pœnam reus meruerit, æstimat. vid. Xenophon. Mem. Socr. I. 1. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Pœnæ æstimatio.* Proprie æstimatio in re forensi ac judiciis ad pecuniam et pretium spectat, quod mulctæ nomine reo pendendum imponitur. *Proust.*

3. *Interrogatus Socrates esset.* Hinc colligitur judicibus id primo propositum fuisse, ut Socrates non capitis reus mulcta aliqua tantum afficeretur. Et vero narrat Laërtius, ii. 40. sic interrogatum Socratem, respondisse, se drachmas viginti quinque soluturum; tumultuantibus autem judicibus, dixisse, se dignum qui in Prytaneo aleretur. *Proust.*

4. *Sese meruisse.* Hoc desumptum ex Platone in Apologia Socratis. *Proust.*

5. *Prytaneo.* Locus Athenis, ubi publico sumptu alebantur ii, qui de rep. optime meriti essent. *Proust.*

6. *H. maximus habetur.* Hoc non dixit Socrates: sed is qui narrat. Itaque *habetur* necessario legendum, nosque ita edidimus, non *haberetur* ut est in libris omnibus, quos vidimus. Apud Platonem in Apol. p. 36. simpliciter dicit Socrates, se in Prytaneo alendum esse, nihil de honore illius rei. *Ernest.*

7. *Istos philosophos*, n. Platonem, qui a Cicer. Orat. 13. dicitur *exagitator omnium rhetorum*, Carneadem, Aristotelem, Metrodorum aliosque, qui præcepta rhetorica a philosophis esse petenda contenderunt. *Harl.*

8. *Propter dicendi inscientiam.* In dicendo tantum valuit Socrates, ut, quemadmodum in Apologia ipse sibi ab adversariis objectum testatur, deteriorem causam oratione meliorem efficeret. Et in libris sequentibus dicitur *rebus omnibus, omnium judicio, quamcunque se in partem dedisset, facile princeps.* Imo ipse, teste Antonio paulo supra, ita pro se dixit, ut non sup-

cepta dicendi? Quibuscum ego non pugno, utrum sit melius, aut verius: tantum dico, et [p] aliud illud esse, atque hoc, et hoc sine illo summum esse posse.

(55.) Nam quod jus civile, Crasse, tam vehementer [q] amplexus es; [r] video, quid egeris: tum, quum dicebas, videbam. Primum [s] Scævolæ [s] te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro ejus eximia suavitate debemus: cujus artem [10] cum [t] indotatam esse et incomtam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. Deinde quod in ea tu plus operæ laborisque consumseras, cum ejus studii tibi et [11] hortator et magister esset domi, veritus es, nisi istam artem oratione [u] exaggerasses, ne operam perdidisses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. Sit sane tanta, quantam tu illam esse vis. Etenim sine controversia et magna est, et late patet, et ad multos pertinet, et summo in honore semper fuit, et clarissimi cives ei studio [12] etiam hodie [13] præsunt: sed vide, Crasse, ne, dum [x] novo et alieno ornatu velis ornare juris civilis scientiam, [y] suo quoque eam, concesso et tradito, spolies atque denudes. Nam, si ita diceres, qui jurisconsultus esset, [14] esse eum oratorem, itemque qui esset orator, juris eundem esse consultum: præclaras duas artes constitueres, atque inter se pares, et ejusdem socias dignitatis: nunc vero, jurisconsultum sine hac eloquentia, de qua quærimus, fateris esse posse, fuisseque plurimos: oratorem negas, nisi illam scientiam assumserit, esse posse. [15] Ita est tibi jurisconsultus ipse

p *aliam esse ab arte philosophorum bene dicendi artem, et hanc sine philosophia summam, et excellentem esse posse.* q *prædicasti.* r *intelligo quæ tua mens fuerit.* s *obsequi voluisti.* t scientiam juris civilis *nullis instructam ornamentis.* u *plus justo laudavisses.* x *orationis splendore, et copia,* qui ornatus oratoris est, non jurisconsulti, adeoque novus, et alienus. y *eam spolies dignitate, quam per se sine arte oratoria obtinet.*

plex, aut reus, sed magister, aut dominus videretur esse judicum. Conciliandus igitur secum ipse Antonius hoc modo. Noluit mentes judicum Socrates permovere, quia id nefas putavit; artem vero, quam ut illicitam non attigit, dictus est nescivisse. *Proust.*

Ibid. *Inscientiam.* At disertissimus Lysias orationem illi adtulerat, quam commode scriptam esse agnovit: nec Socrates ipse in eloquentia hospes ac rudis fuit. v. iii. 16. 32. Eam igitur artem hic nescire dicitur, qua, ut ad suam philosophiam parum accommodata, uti noluit. *Pearce.*

9. *Scævolæ te dedisti.* Sic pro vulgato *dedidisti* edidimus. Nam sic edd. primæ ante Ald. et MS. Erl. *Dare se alicui* dicit Cicero, pro dicere ac facere, quæ alteri sint grata, ut *dare se populo,* non *dedere. Ernest.*

10. *Cum indotatam et incomtam.* In vulgatis additur *et incomitatam,* quod primo ex *incomtam* factum, deinde cum eo in textu conjunctum est. Ejus generis plura exempla a viris doctis notata sunt. Recte jam delevit Pearcius, quem vide. *Ernest.*

Ibid. *Indotata* est, quia non magnas magnarum artium opes habere videtur, præsertim apud eos, qui alios faciunt eloquentes, alios jurisperitos, ut Romano more Antonius. v. Strebæum. *Harl.*

11. *Hortator et magister.* Vel Scævola Crassi socer, vel L. Cælius Antipater, cujus Cicero meminit in Bruto. *Proust.*

12. *Etiam.* Edd. W. s. l. et a. M. habent *et,* ut MS. E. Sed Victorius edidit: *ei studio et semper præfuerunt, et etiam hodie præsunt;* quod et in MSS. reperit Lamb. nec displicet. Sic in Lips. *Ernest.*

13. *Præsunt.* h. e. ei operam dant et in eo excellunt. *Ernest. in Clave.*

14. *Esse eum or.* Videtur et hic *eundem* legendum esse, aut inverse, *eum esse or.* nisi malis cum MS. E. *et esse eum or.* ut et habet ed. Lips. Sed mox, post *esse consultum,* excidit *debere:* quod et res et sententia et sequentia flagitant: *ejusdem socias dignitatis. Ernest.*

15. *Ita est tibi.* Sic correximus *ita et tibi,* quod planissime vitiosum est; nam aliud *et* sequi deberet, aut in superioribus de aliquo dictum esse, qui ita sensisset, at neutrum est. In tanta evidentia nihil dubitavi corrigere. *Ernest.*

per se nihil, nisi [16] legulejus quidam cautus et acutus, [17] præco actionum, [18] cantor formularum, [19] auceps syllabarum: sed quia sæpe utitur orator subsidio juris in causis, idcirco istam juris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedissequamque adjunxisti.

(56.) Quod vero impudentiam admiratus es eorum patronorum, qui aut, cum parva nescirent, magna profiterentur, aut ea, quæ maxima essent in jure civili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent, numquamque didicissent; utriusque rei facilis est et promta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui, [20] quibus verbis coëmtio fiat, nesciat, eundem ejus mulieris, quæ coëmtionem fecerit, causam posse [21] defendere: nec, [a] si parvi navigii et magni

[a] *quamvis qui parvum navigium gubernare nesciat, idem non possit magnum; tamen qui nescit qua formula hercisci familiam oporteat, is poterit causam herciscundæ familiæ agere.*

16. *Leguleius.* Is est, qui legum apices, minutasque formulas juris callet, et sequitur. *Proust.*

Ibid. *Leguleius.* V. Quinctil. Institt. xii. 1. 25. cap. 3. 11. cui *leguleius* est *formularius, qui,* relictis ceteris artibus, *se ad album* Prætoris, ut omnia inde edicta disceret, et in numerato haberet, *ac rubricas* ICtorum *transtulit.*—*Cautus,* qui sibi et aliis in jure cavere consulereque potest, ne quid in civitatis leges peccetur. v. Budæi Annott. in Pand. parte ii. pag. 86. sq. supra ad cap. 48.—*Acutus,* qui etiam parva litium momenta videt.—*Præco actionum,* qui rudibus juris denuntiat, quando aut agi lege, aut non agi possit, et quo quis genere actionis sive formulæ suum jus persequatur.—*Cantor formularum,* qui effert formulas, i. e. legum et institutorum certas conceptiones sive comprehensiones, quibus sic actiones hominum, ut opera artificum, formulis quibusdam diriguntur. Nec ab re formulæ *cani* dicuntur ab Asconio; nam veteres ejusmodi conceptiones *carmina* dicebant. *Cantor* igitur *formularum* est, aut qui formulas quasi in carmen aptat, aut qui formulas edita voce recitat, easque sæpe multumque, ut actores fabulas, decantat. v. Strebæum.

17. *Præco actionum.* Qui denunciat imperitis juris, quando agi lege, necne possit; quo genere actionis suum quisque jus persequatur; qui sic interest actionibus et litibus, ut præco auctionibus ac venditionibus. *Strebæus.*

18. *Cantor formularum.* Qui juris formulas recitat. Formulæ autem sunt concepta verba, quibus vel patroni, vel judices utuntur in foro: quæ quia semper eandem formam retinent, et ex iis informantur lites, ideo formulæ appellantur: interdum etiam dicuntur carmina. *Proust.*

Ibid. *Cantor.* Histrio. Sext. 55. Cantorum *convicia.* Tusc. III. 19. Cantores *Euphorionis:* quo loco etiam interpretantur laudatores. vid. Salmas. ad Hist. Aug. T. II. p. 433. 842. Hinc ducta ea ratio, cum *cantorem alicujus rei* dicunt, qui eam sæpe multumque, ut actores fabulas, decantat. *Ernest. in Clave.*

19. *Auceps syllabarum.* Qui syllabas et interpunctiones omnes, puta legis alicujus, testamenti, &c. expendit, ac, velut auceps aviculas, observat, et persequitur. *Proust.*

Ibid. *Auceps syllabar.* Interprete Strebæo, is dicitur, qui litteras et syllabas et verba aucupatur in controversiam: (*ein Sylbenstecher.*) Verburg. "Ni fallor, inquit, Græcam vocem voluit auctor exprimere, quum dixit *aucupem syllabarum:* apud Græcos enim similiter dicitur ὀνοματοθήρας, ut videre est apud Reinesium in Variis, libr. i. cap. 6." *Harl.*

20. *Quibus verbis coëmptio fiat.* Coëmptio fuit formula quædam matrimonii contrahendi, qua mulier (teste Varrone) assem unum, tamquam emendi causa, marito dare solebat; verbisque quibusdam solennibus uti, quibus *coëmptionem fecerit. Pearce.*

Ibid. *Coëmptio.* Genus matrimonii ineundi, sc. ritus, quo in viri manus feminæ conveniebant, de quo multa scriptores de nuptiis, Brissonius et alii. Illud certum est, emptionem quandam imaginariam in hac coëmptione intervenisse, qualis autem fuerit, et quibus verbis et ritibus peracta sit, non satis certo constat. Formulas verborum in ea re usitatas ex Ulpiani Institutis dat Boëthius Top. c. 3. *Ernest. in Clave.* De hoc ritu optime, ut omnia, disserit J. G. Heineccius, Syntagm. I. x. x. seqq.

21. *Defendere: nec, si,* &c. Primum hic colon pro puncto scripsi: cohærent enim ista. Deinde in altera parte *nec, si,* &c. antecedens non satis consentit consequenti. Nam illud affirmat, hoc negat. Sensus est: etsi, ut tute dixisti, eodem modo navis parva et magna gubernatur, adeoque, qui magnam regere potest, etiam parvam potest; tamen secus est in caussis agendis: et, qui parvam

eadem est in gubernando scientia; idcirco qui, [22] quibus verbis erctum cieri oporteat, nesciat, idem [23] herciscundæ familiæ causam agere non possit. Nam, quod maximas centumvirales causas in jure positas protulisti: quæ tandem earum causa fuit, quæ ab homine eloquenti, juris imperito, non ornatissime potuerit dici? quibus quidem in causis omnibus, sicut in ipsa M' Curii, quæ abs te nuper est dicta, et in C. Hostilii Mancini controversia, atque in eo puero, qui ex altera natus erat uxore, non remisso nuntio superiori, fuit inter peritissimos homines summa de jure dissensio. Quæro igitur, quid adjuverit oratorem in his causis juris scientia, cum hic jurisconsultus superior fuerit discessurus, qui esset non suo artificio, sed alieno, hoc est non juris scientia, sed eloquentia, sustentatus. Equidem hoc sæpe audivi, cum ædilitatem P. Crassus peteret, eumque major natu, etiam consularis, Ser. Galba [24] [b] assectaretur, quod Crassi filiam C. filio suo [c] despondisset, accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum: qui cum Crassum [25] [d] seduxisset, atque ad eum [e] retulisset, responsumque ab eo verum magis, quam ad suam rem accommodatum [f] abstulisset; ut eum tristem Galba vidit, nomine appellavit, quæsivitque, qua de re ad Crassum retulisset: ex quo ut audivit, [g] commotumque ut vidit hominem, [h] [26] Suspenso,

[b] *per urbem comitaretur.* [c] *promisisset in matrimonium.* [d] *a turba abduxisset*, ut facilius illum consuleret. [e] *causam illi suam, consulendi causa, exposuisset.* [f] *accepisset.* [g] *perturbatum* responso Crassi ad suam utilitatem minus accommodato. [h] *incerto ac dubitante.*

e jure civili agere non potest, tamen idoneus magnæ et publicæ agendæ potest esse.— *Ernest.*

22. *Quibus verbis erctum cieri.* Per voces *erctum cieri* intellige, hæreditatem dividi: idemque valet phrasis, quæ sequitur, *herciscundæ familiæ*, sc. dividendæ familiæ sive hæreditatis: nam *familiæ* vox omnem hæreditatem et res hæreditarias complectitur, ut docet Erasmus Adag. Chil. 5. Cent. 2. Prov. 16. *Pearce.*

23. *Hercisci* est *dividi.* Et hoc sensu jam Ciceronis tempore dictum esse *hercisci*, usitatamque eam vocem fuisse, loci allati, et alii, qui sunt apud auctores, dubitare nos non sinunt. Non male igitur Tribonianus, et ex vetere usu in Dig. x. 2. titulum fecit de familia herciscunda, quicquid sit de corruptione verbi. Nam Tribonianus ejus auctor non fuit, nec hæc vox Latinis priscis ignota, ut Salmasio ad Solinum placet, p. 891. sqq. Ceterum credo et Salmasio et Ger. J. Vossio in Etymol. in *ercisco*, quos sequuntur Burmann. ad Petron. c. 141. et Sueton. Ner. 5. et Pitiscus, qui ad verbum exscripsit Salmasiana: credo iis, inquam, et ratio notationis docet; *erciscere* esse per corruptionem, aut potius contractionem duarum vocum in unam, pro *erctum ciscere s. ciere.* Est enim profecto a Græco ἔρκος ortum, aut latino *erceo*, pro *arceo*, a quo dividendi vis duci non potest. Veteres, quorum divitiæ in pecoribus erant, ut notum est, aulam habebant ante ædes, h. e. spatium septo circumdatum, quod septum ἕρκος appellabant, unde ἐνερκὴς apud Homerum. v. Ind. Eustath. in ἕρκος, &c. Jupiter ἑρκαῖος. Hinc non mirum, si *herctum*, quod est proprie locus clausus (unde Græcis ἑρκτὸς, item εἱρκτὸς, carcer) pro *patrimonio*, auctore Donato apud Servium ad Virgilium, Æn. VIII. 642. Et pro *hereditate* dictum est. Cum ad divisionem provocarent heredes, *herctum ciendum* erat, h. e. movendum loco suo, non ut Salmasio, Vossio, Burmanno placet, dividendum: hinc *herctum ciere* pro dividere dictum. Similiter *movere* est pro accipere: a *Cæcilio numum* movere *non possum.* Ut numus accipi non potest, aut dari, nisi moveatur, sic *herctum* non potest dividi, nisi moveatur seu cieatur. Viri docti, quos dixi, conjiciunt, veteres ICtos dixisse: *familiam, herctum ciscere*, ac pro eo dictum deinde; *familiam herciscere. Ernest. in Clave.* Sed consulendus Heineccius, III. XXVIII. vii.

24. *Adsectaretur*, h. e. comitaretur obeuntem loca civitatis, et suffragii caussa cives de more prensantem. Conf. c. 24. 39. Galba enim consul fuerat a. 609. Crassus autem a. 622. *Harl.*

25. *Seduxisset*, h. e. seorsim duxisset. *Harl.*

26. *Suspensus.* Intentus alicui rei.— *Ernest. in Clave.*

inquit, animo et occupato Crassum tibi respondisse video: deinde ipsum Crassum manu prehendit, et, heus tu, inquit, quid tibi in mentem venit ita respondere? Tum ille fidenter, homo peritissimus, confirmare, ita se rem habere, ut respondisset; nec dubium esse posse. Galba autem [i] [27] alludens varie, et copiose, multas similitudines afferre, multaque [28] pro æquitate contra jus dicere: atque illum, cum disserendo par esse non posset (quamquam fuit Crassus in numero disertorum, sed par Galbæ nullo modo), ad auctores confugisse, et id, quod ipse diceret, et in P. Mucii fratris sui libris, et in Sex. Ælii [k] commentariis scriptum protulisse, ac tamen concessisse, Galbæ disputationem sibi probabilem et prope veram videri.

(57.) Attamen, quæ causæ sunt ejusmodi, ut de earum jure dubium esse non possit, omnino in judicium vocari non solent. Num quis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei [29] filius natus esset, hereditatem petit? nemo: quia constat, [30] agnascendo rumpi testamentum. Ergo in hoc genere juris judicia nulla sunt. Licet igitur impune oratori omnem [31] hanc partem juris [incontroversi] ignorare, quæ pars sine dubio multa maxima est: in eo autem jure, quod ambigitur inter peritissimos, [32] non est difficile oratori, ejus partis, quamcumque defendat, [33] [l] auctorem

[i] non refutans Crassum dedita opera, sed quasi *ludibundus*. [k] jurisconsultorum peritissimorum. [l] jurisperitum aliquem *auctorem, qui sit ejusdem sententiæ*.

27. *Alludens.* Alludere *varie*, dicitur, qui aliquem variis rationibus aggreditur, ut aut de sententia deducat, aut in suam sententiam adducat. *Ernest. in Clave.*

28. *Pro æquitate contra jus.* Æquitatis nomine intelligitur ἐπιείκεια, benignitas, qua lex scripta mitigatur, ratione habita rerum, personarum ac temporum: jus autem, ut hic sumitur, est exacta et severa legis ad verbum interpretatio. *Ernest.*

29. *Filius natus esset.* Sic edidimus pro *est*, quod per latinitatem vix locum habet, ex edd. primis. *Ernest.*

30. *Agnascendo rumpi testamentum.* Si paterfamilias ante fecit testamentum, quam natus ei sit filius, irritum est nato filio, et amittit jus omne ad hæreditatem is, qui illo testamento hæres fuerat institutus: filius enim nascendo, quia inter agnatos prior est, ac potior, jus omne ad hæreditatem sibi vindicat. Agnasci dicitur, qui nascitur cum aliis, qui ex eadem stirpe per viros deinceps ducta nati et sanguine conjuncti sunt.— *Proust.* Vide Heineccium, II. XVII. iii.

Ibid. Siquis post testamentum natus esset, ad quem, si nullum testamentum esset, hereditas perveniret, neque testamento est exceptus: quod valet etiam de adoptionibus. v. de variis agnascendi modis Cajum Instit. II. 3. et ibi Intt. in Schulting. Jurispr. Antejust. p. 100. sqq. *Ernest. in Clave.*

31. *Hanc partem juris incontroversi.* Pearcius ex edd. vett. restituit *in controversiis*: et est *incontroversi* e correctione Critici, qui id opponebat juri ei, de quo ambigitur. Sed illud, *in controversiis* e quo *incontroversi* factum, est manifeste a glossatore. Nam ubi tale quid additur sententiæ huic: orator hoc potest ignorare, aut debet scire? foret enim ineptum. Verba *hanc partem juris* referenda sunt ad superiora illa: *causæ, de quarum jure dubium esse non potest.* Itaque *incontroversi* reliquimus quidem in textu, ut melius altero, qua sensum, sed uncis inclusimus. *Ernest.*

Ibid. *Hanc part. juris* in controversiis, etc. Ernesti *incontroversi*, reliquit quidem in textu, sed uncis inclusit. Dilemma autem est: jus est aut certum, aut incertum: si certum, potest consulere jurisconsultos; sin incertum, facilius ab oratore, quam jureconsultis tractari potest. *Harl.*

32. *Non est difficile. Est* pro *esse* e MSS. bene reposuit Pearcius, quod nos etiam sine iis fecissemus, quia necessarium est: et sic correxeramus ante, quam Pearcianam correctionem legissemus. Est etiam sic in MS. E. et ed. Lips. Post idem edidit *defendet*, quod nos in MS. et ap. Ald. et Junt. reperimus: sed vulgatum melius est, quod habent omnes edd. pr. *Ernest.*

33. *Auctorem*, h. e. aliquem, cujus interpretatione pro se uti possit. *Harl.*

aliquem invenire: a quo cum [m] [34] amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit. [35] Nisi vero (bona venia hujus optimi viri dixerim, Scævolæ,) tu libellis, aut præceptis soceri tui causam M' Curii defendisti. [n] Nonne [36] arripuisti patrocinium æquitatis, et defensionem testamentorum, ac voluntatis mortuorum? Ac mea quidem sententia, ([o] frequens enim te audivi, atque affui,) [p] multo majorem partem sententiarum sale tuo, et lepore, et politissimis [37] facetiis [38] pellexisti, cum et [q] illud nimium acumen illuderes, et admirarere ingenium Scævolæ, qui excogitasset, nasci prius oportere, quam emori: cumque multa colligeres, [39] et ex legibus et ex senatusconsultis, et ex vita ac sermone communi, non modo acute, sed etiam ridicule ac facete; [r] ubi si verba, non rem sequeremur, confici nil posset. Itaque hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit: in quo quid tibi juris civilis exercitatio profuerit, non intelligo; dicendi vis egregia, summa festivitate et venustate conjuncta profuit. Ipse ille Mucius paterni juris defensor, et quasi patrimonii propugnator sui, quid in illa causa, cum contra te diceret, attulit, quod de jure civili depromptum videretur? quam legem recitavit? quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occultius? nempe ejus omnis oratio versata est in eo, ut scriptum plurimum valere oportere defenderet. At in hoc genere pueri apud magistros exercentur omnes, cum in ejusmodi causis [40] alias scriptum, alias æquitatem defendere docentur. Et credo [41] in illa militis causa, si

[m] *argumenta et rationes jam informatas, et in adversarium vibrandas, instar hastarum, quæ habiles, et ad torquendum sunt expeditæ.* [n] *nonne tua oratio versata est in defendenda æquitate, et ejus, qui testamentum condiderat, voluntate,* contra adversarium, qui verba ipsa testamenti spectanda, et ita, uti scripta erant, accipienda esse contendebat. [o] *sæpe.* [p] *fecisti lepore tuo, ut maxima pars judicum secundum te sententiam ferret.* [q] *jocatus fueris in Scævolam, quasi qui nimium esset acutus, et ingeniosus.* [r] *ex quibus nihil posset concludi, si tantum verba spectarentur, non sententia verborum.*

34. *Amentata hasta,* ab amento, quod est lorum in media hasta, cujus ope majori vi projicitur hasta: unde metaph. *amentatæ hastæ,* comparatur crimen quod ita impingitur alicui, ut facile in eo hærere possit.— *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Ament. hast.* Eadem fere metaphora utitur Quinctil. Institt. ix. 4. 9. *Quare mihi compositione velut amentis quibusdam* (i. e. quidquid orationi vires adhibet,) *nervisque intendi et concitari sententiæ videntur. Harl.*

35. *Nisi vero,* etc. Hanc sententiam et sequentem fere omnes Editores copularunt, quas ego puncto plenissimo dissociavi. Sensus hujus sententiæ hic videtur. Torquebit, inquam, eas oratoris lacertis et viribus, nisi tu defendisti Curii caussam jure civili a tui soceri præceptis depromto; quod tu non fecisti, et idcirco sola oratoris facultate usus es. Sequitur enim paullo infra, *in quo quid tibi juris civilis exercitatio profuerit, non intelligo. Pearce.*

36. *Arripuisti patroc. æquit.,* h. e. contra scriptum pro æquo et bono dixisti, ut ipse Cic. ait in Bruto 39, 2. *Harl.*

37. *Facetiis.* V. supra ad cap. 5. Duo autem Q. Mucii Scævolæ fuerunt Crassi temporibus; prior, quem hoc in libro loquentem facit Cicero, fuit socer Crassi: alter, cujus ingenium admiratum fuisse Crassum dixit Antonius, fuit filius P. Scævolæ ICti, æqualis Crassi et collega, qui Coponii caussam dixit adversus Lucium Crassum: conf. c. 39. *Harl.*

38. *Pellicere,* dicitur de artibus magicis, quibus, v. c. seges ex agro vicini in nostrum deducitur, nam de hoc est apud Plin. Hist. Nat. Hinc eleganter ad alia transfertur. *Ernest. in Clave.*

39. *Et ex legibus.* Sic omnes edd. vett. et MS. E. non sine *et.* Bene jam restituit Pearcius. *Ernest.*

40. *Alias scriptum.* Quid dicendum pro scripto adversus sententiam, pro sententia adversus scriptum, fuse cum in libris Herennianis, tum II. de Inventione explicatum. *Proust.*

41. *In illa militis causa.* De qua dictum superius. Pater filium, qui erat in exercitu, obiisse falso audivit; alium instituit hære-

tu aut heredem, aut militem defendisses, [s] ad [42] Hostilianas te actiones, non ad tuam vim et oratoriam facultatem contulisses: tu vero, vel si testamentum defenderes, [t] sic ageres, ut omne omnium testamentorum jus in eo judicio positum videretur; vel si causam ageres militis, patrem ejus, ut soles, dicendo [43] a mortuis excitasses: statuisses ante oculos: [44] complexus esset filium, flensque eum centumviris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgisset, [u] ut totum illud, [45] UTI LINGUA NUNCUPASSET, non in XII. tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in [46] magistri carmine scriptum videretur.

[s] *ususne fuisses codice illo, in quem Hostilius, jurisconsultus celeberrimus, varias actiones, seu litium agendarum formulas, retulit; an potius rhetorum libris, ac præceptis.* [t] *dixisses tanti esse momenti hoc testamentum, ut nisi accurata scripti ratio haberetur, jura omnia testamentorum perturbanda forent.* [u] *illusisses etiam voces illas* XII. *tabularum,* uti lingua nuncupasset, *easque dixisses simillimas esse magici carminis,* quod ferme ad terrorem incutiendum hominibus scriptum est, non ad rei veritatem.

dem: rediit miles; egit lege in paternam hæreditatem. *Proust.*

42. *Hostilianæ actiones,* sunt formulæ a ICto quodam Hostilio excogitatæ et conceptæ, quibus, qui ex legibus agere vellet, uteretur, quibusque quasi cautum erat his, qui lege agere vellent, ne in ipsa actione, quam lex daret, peccarent, atque ita sua culpa perderent litem. Ex loco autem Ciceronis intelligi videtur, formulas illas tantum certarum causarum fuisse, nominatim, quibus de hereditate agitur. Sed tamen non negaverim, in isto libro etiam formulas rerum emendarum vendendarumque fuisse, item aliarum. Nam et Manilianæ leges vocantur *Actiones* ap. Varron. R. R. II. 5. 11. Male hic nonnulli legem Hostiliam de furtis commemorant. Nam actio non est lex, sed lex dat actionem, et ex lege fit actio. Simili fere modo Manilius formulas conscripsit, quibus in vendendo et emendo caveretur hominibus. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Hostilianas actiones.* Quis Hostilius iste sit ambigitur. Pomponius inter jurisperitos non recensuit. Actiones Hostilianas interpretantur nonnulli præscriptas Hostilia lege, quæ anno U. C. DLXXXIII. lata est de furtis: ut furti agere liceret eorum nomine, qui apud hostes essent, &c. *Proust.*

43. *A mortuis excitasses.* Figuram hanc rhetores vocant prosopopœiam, quasi personæ fictæ inductionem, v. g. cum homo demortuus excitatur velut a mortuis, ac loqui fingitur. *Proust.*

44. *Complexus esset—commendasset—coëgisset.* Hæc ad patrem referri debent. Sed ita vel patris nomen poni debuerat, *complexus pater* (vel saltem, *ille*) *esset filium,* &c. et verba illa, *complecti, flere, cogere,* non bene conveniunt parenti per figuram inducto. Itaque proclivis semper fui in hanc partem, ut hæc in secunda persona scripta a Cicerone putarem, *complexus esses —commendasses—coëgisses,* ut Galba in filio Sulpicii, supra, c. 53. Omnino locus totus: *Et credo,* &c. inconstans est in temporibus. Primum sunt plusquamperfecta, dein imperfecta; rursus utrumque tempus conjuncte in uno: quæ non satis mihi videntur ingenio Ciceronis consentire. *Ernest.*

Ibid. *Complexus esset,* etc. Ernestio legendum videtur, *complexus esses; commendasses—coëgisses.* Sed censor in Bibl. crit. Amstel. vol. i. p. 16. sq. putat, Ernest. abuti videri loco corrupto, c. 52. ad emendandum nostrum locum sanum: primum *commendasset* de patre bene dici, clarum esse: deinde in ejusmodi excitationibus mortuorum, vel repræsentationibus absentium, ipsos quasi agentes induci docet. add. Wetzel. *Harl.*

45. *Uti lingua nuncupasset.* Legunt alii *nuncupassit,* hoc est, nuncupaverit. Hæc erant concepta verba XII. tabularum. *Uti lingua nuncupasset, ita jus esto.* Cujus formulæ et carminis ea sententia est, in dicendo jure ac statuendo habendam esse verborum et scripti rationem, et ita judicandum v. g. de pactione, stipulatione, venditione, uti ea pactio et venditio verbis concepta fuerit, seu uti lingua vendentium et contrahentium nuncupaverit, seu pronunciaverit. *Proust.*

46. *Magistri carmine. Magister* a Romanis dicebatur is, qui bona sub hasta vendidit, qui præfuit auctioni, et quanti quæque res vendi debuerit, ipse suo arbitratu statuit. Hinc Quinctil. vi. 3. memorat, Ciceronem de Pletorii matre dixisse, eam, *dum vixisset, ludum; postquam mortua esset, magistros habuisse,* scil. post mortem ejus bona venisse. *Carmen* vero fuit sollemnis quædam verborum formula, qua hi magistri uti solebant in rebus ita vendendis. Videtur Cicero hic, latenter tamen, arguere illos injustitiæ. *Pearce.*

(58.) [47] Nam quod inertiam accusas adolescentium, qui istam artem, primum facillimam, non ediscant; quæ quam sit facilis, illi viderint, qui ejus artis arrogantia, quasi difficillima sit, [x] ita subnixi [48] ambulant, deinde etiam tu ipse videris, qui eam artem facilem esse dicis, quam concedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam [y] artem didicerit, ut hanc artem efficere possit, tum esse illam artem futuram: [49] deinde, quod sit plena delectationis; in qua tibi remittunt omnes istam voluptatem, et ea se carere patiuntur; nec quisquam est eorum, qui, si jam sit ediscendum sibi aliquid, non [50] Teucrum Pacuvii malit, quam [51] Manilianas venalium vendendorum leges ediscere. Tum autem quod amore patriæ censes nos nostrorum majorum inventa nosse debere; non vides, veteres leges aut [52] ipsa sua vetustate consenuisse, aut novis legibus esse sublatas? Quod vero viros bonos jure civili fieri putas, quia legibus et præmia proposita sint virtutibus et supplicia vitiis: equidem putabam, virtutem hominibus ([53] si modo tradi ratione possit) instituendo et persuadendo, [54] non minis, et vi, ac metu tradi. Nam ipsum quidem illud, etiam sine cognitione juris, [z] quam sit bellum, cavere malum, scire possumus. De me autem ipso, cui uni tu concedis, ut, sine ulla juris scientia, tamen causis [a] satisfacere possim, tibi hoc, Crasse, respondeo, neque me umquam jus civile didicisse, neque tamen in iis causis, [55] quas in jure possem defendere, umquam

[x] *elati et arrogantes*, quasi rem difficillimam tenerent. [y] dialecticam. [z] *quam sit res egregia vitium fugere.* [a] *causas agere non pessime.*

47. *Nam quod inertiam*, &c. Totus hic locus est impeditior, et fortasse etiam non ubique sanus. Caussa difficultatis est ex eo, quod responsio ad reprehensionis partem primam non distincte ponitur, sed reprehensioni intexitur studio brevitatis. Dixerat inertiam esse, quod non discant artem, quæ primum facillima sit, deinde jucundissima. Ad primum respondetur his: *quæ quam sit facilis*, &c. ad alterum: *deinde quod plena sit del.* ubi etiam videtur esse debere, *quæ:* sed potest etiam referri ad *accusas*, quamquam id durius est. Tum *in qua* int. *arte;* nisi fortasse est pro *in quo*. Tertia jam ratio: *Tum autem, quod censes*, &c. planius cum responsione explicatur. *Ernest.*

48. *Ambulant.* n. in foro, consulentibus sui copiam facturi. *Harl.*

49. *Deinde, quod sit plena delectationis.* Conjunge cum illa parte: *Quod inertiam accusas adolescentium, qui istam artem, primum facillimam, non ediscant: deinde, quod sit plena delectationis.* Quorum alterum, quam sit facilis, ipse videris: in altero, tibi remittunt omnes istam voluptatem. *Manutius.*

50. *Teucrum Pacuvii.* Teucer tragœdia fuit scripta a Pacuvio poëta. *Proust.*

51. *Manilianas.* Manilianæ leges *venalium vendendorum*, erant formulæ, quibus uti possent in rebus vendendis emendisque, qui se decipi nollent: unde *Actiones* vocantur a Varrone R. R. ii. 5. 11. et verbosiores fuisse discimus. Exemplum talis legis est apud eundem, ii. 3. 5. Auctorem habebant *Manium Manilium*, ICtum eum, qui A. U. DCIII. Consul cum L. Marcio Censorino fuit. De Scriptura, utrum *Manil.* an *Mamil.* v. Victor. ad Varr. l. c. variant enim libri. *Ernest. in Clave.*

52. *Ipsa sua vetustate.* Sic edd. MS. E. *Ipsas* primum apud Juntam reperi. Sic et Pearcius edidit. Alias *ipsas* explicari posset, *sua sponte;* quo sensu eleganter dicitur. *Ernest.*

53. *Si modo tradi ratione.* Magna olim inter philosophos quæstio, an essent virtutes a natura insitæ. Socrates in Menone apud Platonem ait, non parari industria, sed divinitus dari: censet Galenus corporis constitutioni mores hominum esse consentaneos: rectius Peripatetici docent animis inesse virtutum semina, quæ pro cujusque studio fructus ferre possint. *Proust.*

54. *Non minis, et vi.* Scil. ut ait Horat. Ep. XVI. 52.

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Proust.

55. *Quas in jure possem def.* i. e. apud tribunal prætoris. *Ernest.*

istam scientiam desiderasse. Aliud est enim, esse artificem cujusdam generis atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine nec hebetem, nec rudem. [56] Cui nostrum non licet fundos nostros [b] obire, aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis, invisere? tamen nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut, quid sit [57] sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino nesciat. Num igitur, si cui fundus inspiciendus, aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit, [58] Magonis Karthaginiensis sunt libri perdiscendi? [59] an hac communi intelligentia contenti esse possumus? Cur ergo non iidem in jure civili, præsertim, cum in causis, et in negotiis, et in foro [c] [60] conteramur, satis instructi esse possumus ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini atque advenæ esse videamur? Ac si jam sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit, cum hoc Scævola communicare; quamquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita deferunt. An vero si [d] de re ipsa, si [e] de finibus, cum [61] in rem præsentem non venimus, si [62] de tabulis [63] et per-

[b] *invisere.* [c] *assidue occupati simus.* [d] *si de aliquo certo negotio,* et suis circumstantiis alligato, quod *proinde difficilius est.* [e] *de agrorum limitibus, quando ipsos agrorum fines, de quibus controversia est, ipsi non adiimus.*

56. *Cui nostrum* non *licet.* Totum locum ita interpretor: Non possumus *fundos,* h. e. agros nostros, obire, aut *res rusticas,* h. e. villas, pecora, stirpes, fructusque ruris, vel *fructus* i. e. proventus et reditus prædiorum agrorumque vel delectationis caussa invisere. At si cui *fundus inspiciendus,* i. e. si videndum et judicandum, probene an improbe operæ locatæ sint, aut mandandum aliquid *procuratori,* h. e. ei, qui res domini prædii curat, et negotia aliena mandato domini administrat, et expensarum ducit rationes, aut imperandum *villico,* i. e. qui agri colendi caussa ac pascendi pecoris a domino constitutus est, communi hac intelligentia contenti sumus, nec Magonis sunt libri ideo perdiscendi. *Harl.*

57. *Sementis.* Differt a semine; est enim ipsa seminandi actio. Sementem facere, est seminare. Messis est satorum matura perceptio. *Proust.*

58. *Magonis.* Mago Carthaginiensis scripsit Punice libros octo et viginti de re rustica, quos ex senatusconsulto Cassius Dionysius Uticensis convertit. *Varro,* lib. i. *de Re Rustica,* cap. 1. *et Columella,* qui eundem rusticationis parentem appellat.— *Proust.*

59. *An hac communi.* Particula *an* in interrogatione idem valet ac *an non:* ut in lib. i. de Off. c. 15. *An imitari agros fertiles* (sc. debemus) *qui multo plus afferunt quam acceperunt?* de Senect. c. 7. *an in omnibus iis studiorum agitatio vitæ æqualis fuit?* In utroque enim loco *non* subintelligitur. Simile est illud Terentii in Andr. Act. 5. Sc. 2. v. 8. *Etiam tu hoc respondes?* ad quem locum vide notam Donati. *Pearce.*

60. *Conteramur,* h. e. conficiamus nos, teramus ætatem seu vitam. *Wetzel.*

61. *In r. p. non venimus.* Cur negatio addita est? nam cum de finibus lis est, necessario est in rem pr. veniendum inspiciendi causa: secus est in aliis generibus vindiciarum, ubi inspiciendi necessitas nulla est. Et tamen in his imago veteris moris servata, et in rem præsentem ventum est. Offic. i. 10. *Ernest.*

62. *De tabulis.* Tabulæ sunt chartæ, scripta, instrumenta litis; et quidem hic privatæ tabulæ intelliguntur: publicæ enim tabulæ sunt libri, et literæ, quæ publicam memoriam continent. *Proust.*

63. *Et* PERSCRIPTIONIBUS *controversia est.* Vulgo *præscriptionibus,* qua voce significantur Senatusconsulta, in quibus Senatorum nomina præscribebantur; sed vox istius significationis huic loco minime convenit: veram lectionem PERSCRIPTIONIBUS protulit Lambinus, secutus auctoritatem duorum MStorum quibus consentiunt MSti Bod. Nov. Wag. Norf. Cant. Mead. et editio Veneta. Nomen *perscriptionis,* (inquit Lambinus) locum habet in nominibus, tabulis, et rationibus, l. 4. Ep. ad Att. Ep. ultima: *Hæc pactio, non verbis, sed nominibus, et* PERSCRIPTIONIBUS *multorum tabulis cum esse facta diceretur, a Memmio prolata est.* Or. pro Roscio Comœdo. *Nam quemadmodum turpe est scribere, quod non debeatur; sic*

scriptionibus controversia est, [f] [64] contortas res et sæpe difficiles necessario perdiscimus: si leges nobis, aut si hominum peritorum responsa cognoscenda sunt, veremur, ne ea, si ab adolescentia juri civili minus studuerimus, non queamus cognoscere?

(59.) Nihilne igitur prodest oratori juris civilis scientia? Non possum negare [65] prodesse ullam scientiam, ei præsertim, cujus eloquentia copia rerum debeat esse ornata: sed multa, et magna, et difficilia sunt ea, quæ sunt oratori necessaria, ut ejus industriam [66] in plura studia distrahere nolim. Quis neget, opus esse oratori, in hoc oratorio motu statuque, Roscii gestum et venustatem? tamen nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus, in gestu discendo histrionum more elaborare. Quid est oratori tam necessarium, quam vox? tamen, me auctore, nemo dicendi studiosus, [67] Græcorum more, et tragœdorum, [g] voci serviet, qui et annos complures sedentes declamitant, et quotidie, antequam pronuntient, vocem cubantes sensim excitant, eandemque, cum [h] egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum [i] recipiunt, et quasi quodam modo colligunt. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toties, [68] quoties perscribitur, [69] pæanem, aut munionem citarimus. Quod

[f] *implicatas et obscuras.* [g] *vocis fingendæ curam habebit.* [h] *emiserunt contentius.* [i] *demittunt, atque inflectunt.*

improbum est non referre, quod debeas: æque enim tabulæ condemnantur ejus, qui non retulit; et ejus, qui falsum PERSCRIPSIT. Vides, Lector, *perscribere* idem significare, ac in tabulis accepti et expensi scriptione res notare; earum vero notationes, *perscriptiones* dicebantur. *Pearce.*

Ibid. *Perscriptionibus.* Hoc verum est, non *præscriptionibus:* nam verbum rei pecuniariæ desideratur, quale est perscriptionis. Ac sic est in edd. W. s. l. et a. et aliis, etiam MSS. apud Pearcium, qui recte jam restituit: altera lectio, ut in Mediol. quæ alias fere sequitur ed. s. l. et a. orta est e modo scribendi *prescr.* qui in hac et aliis edd. antiquis, ut in MS. sæpe occurrit. E. Mediol. venit in Ascens. Ald. Junt. &c. *Ernest.*

Perscriptio, est omnium earum rerum quæ literis consignantur, in codices referuntur, æri inciduntur. *Ernest. in Clave.*

64. *Contortas.* Invent. I. 20. inter præcepta narrandi est: *nequid perturbate, nequid* contorte *dicatur:* h. e. obscure. Est autem in eo genere obscuritatis, quod ex nimia brevitate oritur, quod oratio nimis brevis citius, quam intelligi potest, prætervehitur. *Ernest. in Clave.*

65. *Prodesse ullam scientiam.* Si ad solam jurisprudentiam pertinet, de qua sola sermo est, scribendum est *illam.* Si alias quoque disciplinas spectavit Antonius; intelligendum est, non possum dicere, ullam sc. non prodesse: itaque nec juris scientiam non prodesse: et sunt exempla talia notata, ubi *negare* sic, in *dicere,* sequente *non,* resolvendum est. Atque hoc magis sequentibus consentit. *Ernest.*

66. *In plura studia.* Tam multa sunt, tamque difficilia quæ sunt oratori necessaria, ut nolim eum iis omnibus omnino cognoscendis operam dare, ne tot rebus cognoscendis distractus non satis habeat otii ad artem suam plane percipiendam. *Proust.*

67. *Græcorum more, et tragœdorum.* Lambinus e tribus MSS. delet *et,* placetque Pearcio. Sane in sequentibus de tragœdis sermo est: sed possunt etiam Græci oratores in primo intelligi, quos vocis fingendæ curiosiores fuisse et gestus, satis constat, et in tragœdis etiam Latini tragœdi, quos pariter ad Græcorum modum exercuisse vocem constat. De oratorum Græcorum studio in voce fingenda v. Cresoll. Theatr. Rhet. III. 18. Sed ed. Lips. habet *Græcorum more sophistarum et tragœdorum:* quod, nescio unde haustum, perplacet. *Ernest.*

68. *Quoties perscribitur. Præscribitur* corrigunt P. Manutius et Lamb. probatque Pearcius. Nil melius scio. *Ernest.*

Ibid. *Quoties perscribitur,* etc. *Perscribitur* i. e. dies dicitur, *διαγράφεται. Harl.*

69. *Pæanem, aut munionem.* Nisi fallor, hic potius de hymnis, quam de pedibus, ut putarunt nonnulli, mentio fit: nam pæan hymnus est, non pes; pæon autem, pes, non

si in gestu, qui multum oratorem adjuvat, et in voce, quæ una maxime eloquentiam vel commendat, vel sustinet, elaborare nobis non licet; ac tantum in utroque assequi possumus, quantum, [k] in hac acie quotidiani muneris, spatii nobis datur: quanto minus est ad juris civilis perdiscendi occupationem descendendum? quod et summatim percipi sine doctrina potest, et hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod vox et gestus subito [l] sumi, et aliunde arripi non potest; juris utilitas ad quamque causam, quamvis repente, vel a peritis, vel de libris depromi potest. Itaque [70] illi disertissimi homines ministros habent in causis juris peritos, [71] cum ipsi sint imperitissimi, et qui, ut abs te paullo ante dictum est, pragmatici vocantur. In [72] quo nostri omnino melius multo, quod clarissimorum hominum auctoritate leges et jura tecta esse voluerunt. Sed

[k] *in hac forensi quasi pugna.* [l] *formari ac perfici.*

hymnus: at hic non pæon, sed pæan nominatur, quem esse hymnum, vel hic unus Homeri versus indicat. Il. A. 473.

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα, κοῦροι Ἀχαιῶν.

Præterea verbum *citarimus* mihi quidem convenire magis in hymnum, quam in pedem, videtur: et Catullus: LXI. 39.

Dicite; o Hymenæe hymen,
Hymen o Hymenæe:
Ut lubentius audiens
Se citarier ad suum
Munus, huc aditum ferat.

et Horat. Sat. iii. 6. lib. I.

—— *Si collibuisset: ab ovo*
Usque ad mala citaret, Io Bacche.

Assentior igitur viro in primis erudito, et ingenioso, Hadriano Turnebo, qui pro *munionem*, quod mendosum videtur, arbitratur esse reponendum, *nomionem*. Arcades enim νομιῶνα vocabant Apollinem, quod eis dedisse leges putaretur, ut ait Cicero, lib. iii. 23. de Nat. D. hinc hymni nomen, ut Pæan, Apollini cantatus. Proclus etiam legendus περὶ τραγῳδίας. *Manutius.*

Ibid. *Pæan et Pæon*, pes tribus brevibus et una longa, et equidem, aut sic; ˘˘˘¯, aut sic, ˘˘¯˘, aut ˘¯˘˘, ¯˘˘˘. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Munio* quid sit, ignorare se fatentur omnes. Turnebus correxit: *minuritionem*, idque probatur in Lexico Fabri: quod mihi secus videtur. Nam quomodocunque Cicero scripserit, pedis certe alicujus nomen posuerit necesse est, ut pæanis verbum ostendit. In MS. fuit *munychionem*. De quo vide Victorium ad h. l. Mihi non displicebat conjectura ill. Bunavii, Domini in Kreypau, doctæ nobilitatis præcipui ornamenti, qui legendum censebat, *monogenem*. Is pes est ex tribus longis et una brevi syllaba, notiori nomine epitritus quartus, contrarius pæoni, qui est ex tribus brevibus et una longa, atque adeo aptus huic loco. Hujus pedis mentio apud Hephæstionem de metris p. 11. quem librum Vir ill. Latine conversum docto commentario illustraverat. Gesnerus autem ad Quintil. XI. 3. 22. quid si pro hoc monstro legamus: *etiam ionem*, vel *ionium*. Sed illud *etiam* languet, et inculcatum esset a Cicerone. *Ernest. in Clave.*

70. *Illi disertissimi homines.* Int. de Græcis, ut e c. 45. patet, et quod opponit *nostros*, diserteque post nominantur: fortasse excidit hoc verbum. Mox recepi de Lambini correctione, quam et Pearcius probat, *imperitissimi*, pro *peritissimi*, propter evidentiam. *Ernest.*

71. *Cum ipsi sint* PERITISSIMI, *et qui, ut abs te paulo ante dictum est,* PRAGMATICI *vocantur.* Pro *peritissimi* legit Lambinus IMPERITISSIMI: quod sensus postulat; nunquam enim efficies, Lector, ut vox *peritissimi* cum reliqua sententia cohæreat: non potest referri ad *ministros*, quia illos ante Antonius vocaret *juris peritos:* non ad substantivum *homines;* eos enim *homines disertissimos* postea dicit ignaros fuisse juris civilis. Deinde sequitur, *et qui, ut abs te paulo ante dictum est,* PRAGMATICI *vocantur.* Paulo ante, id est, c. 45. ubi dicit Crassus, *ii, qui apud illos* πραγματικοὶ *vocantur:* video Manutium in utroque loco Græca voce usum esse. Tota igitur sententia sic legenda est. *Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis juris peritos* (*cum ipsi sint* IMPERITISSIMI) *et qui, ut abs te paulo ante dictum est,* πραγματικοὶ *vocantur. Pearce.*

Ibid. *Pragmaticus*, juris peritus, oratorum minister. *Ernest. in Clave.*

72. *In quo*, &c. Consultius faciunt Romani Græcis: illi enim jurisperitos volunt esse homines amplissimos, et clarissimos; cum apud Græcos fere sint homines despicatissimi, qui adducti mercedula se oratoribus administros præbent. *Proust.*

tamen [m] non fugisset hoc Græcos homines, si ita necesse esse arbitrati essent, oratorem ipsum erudire in jure civili, non ei pragmaticum adjutorem dare.

(60.) Nam quod dicis senectutem a solitudine [n] vindicari juris civilis scientia: [o] fortasse etiam pecuniæ magnitudine. Sed nos, non quid nobis utile, verum quid oratori necessarium sit, quærimus: quamquam, [p] quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus, [73] solet idem Roscius dicere, se, quo plus sibi ætatis accederet, [74] eo tardiores tibicinis modos, et cantus remissiores esse facturum. Quod si [75] ille, adstrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis [76] excogitat, [q] quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus? Neque enim hoc te, Crasse, fallit, quam multa sint, et quam varia genera dicendi, [77] et [r] quod haud sciam, an tu primus ostenderis, qui jamdiu multo dicis remissius et lenius, quam solebas: neque minus hæc tamen tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis et contentio probatur: multique oratores fuerunt, ut illum [78] Scipionem audimus, et Lælium, qui omnia sermone conficerent paullo intentiore, numquam, ut Ser. Galba, lateribus, aut clamore contenderent. Quodsi [s] jam hoc facere non poteris, aut noles: vereris, ne tua domus, talis et viri, et civis, si a litigiosis hominibus non [79] colatur, a ceteris deseratur? Equidem

[m] *non omisissent Græci erudire oratorem in jure civili, si,* &c. [n] *liberari.* [o] *vide ne opes et fortuna felix id faciant,* et senectutem facilius a solitudine vindicent. [p] *quoniam in plurimis rebus, quæ pertinent ad oratorem, explicandis, utimur exemplis, et similitudinibus ab eodem artifice,* nempe Roscio, ductis. [q] *pedes ac numeros orationis non tantum lentiores, et solutiores facere nos possumus,* qui, ut poëtæ et histriones, numeris certis ac modis astricti non sumus; *sed totam orationis conformationem mutare* ad levandum dicendi laborem. [r] *quod tu fortasse primus ostendisti.* [s] *si agere vehementius, et voce, lateribusque contendere non poteris.*

73. *Solet idem Roscius.* Probare contendit oratorem juris civilis imperitum, quanquam sit senex, non ideo deserendum, et solitudine laboraturum esse. Causas enim aget orator senex, sed remissius tamen, et lenius; ut Roscius jam senior agebat fabulas moderatius, et minori contentione. *Proust.*

74. *Eo tardiores tibicinis.* Solebant histriones cum dicerent, vel agerent, adhibere tibicinem, ad cujus modos vocem gestumque accommodarent. Itaque Roscius dicebat se, cum senior foret, ac proinde lentius caneret, ac remissius ageret, adhibiturum quoque tibicinem lentiorem, qui modos tardiores faceret. *Proust.*

75. *Ille, astrictus.* Versus enim, qui recitantur ab actore comœdiæ, certis pedibus ac numeris astricti sunt. *Proust.*

76. *Excogitat.* Nempe ut remissiorem tibicinem sibi apponat, ne senilis vox laboret. *Proust.*

77. *Et quod haud sciam.* Lambinus *et* deleri vult, probante Pearcio, qui etiam conjicit *atque h. s.* Malim *idque haud sciam.* forte etiam *scio* rectius: nam in oratione recta fere est in hac forma *scio.* Est tamen *atque haud sciam* etiam II. 17. et alibi. Quid sit, *haud scio,* vid. in Clave. Nempe est lenis et venusta adfirmatio; quod nostri homines nolunt discere et in scribendo servare. *Ernest.* Teneant tirones vim formulæ *haud scio an;* quæ cum dubitationem habere videatur, tamen simpliciter affirmat. Fin. v. 3. *Aristoteles, quem, excepto Platone,* haud scio an *recte dixerim principem philosophorum.* ad Q. Fr. I. i. 10. *ubi tibi tanti honores haberentur, quanti* haud scio an *nemini,* &c. Illustrarunt hoc dicendi genus multi laudati Duker. ad Florum III. 12. et Draken. ad Liv. xxxvii. 54. *Ernest. in Clave.*

78. *Scipionem,* n. Africanum juniorem. De Scipionis et Lælii eloquentia cf. Brut. xxviii. 8. 12. et de comparatione cum Galba v. Brut. 22. et 24. 7. Conf. Heusinger. ad Cic. de Offic. p. 50. not. r. de usu præsentis temporis *audimus.* *Harl.*

79. *Colatur.* h. e. frequentetur, tui salutandi, consulendi, colendi caussa. *Wetzel.*

tantum absum ab ista sententia, ut non modo non arbitrer subsidium senectutis, in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse ponendum, sed tanquam portum aliquem, exspectem istam, quam tu times, solitudinem. Subsidium enim bellissimum existimo esse senectuti otium.

Reliqua vero etiamsi adjuvant, historiam dico, et prudentiam juris publici, et [80] antiquitatis iter, et exemplorum copiam, si quando opus erit, a viro optimo, et istis rebus instructissimo, familiari meo, Longino mutuabor. Neque repugnabo, quo minus (id quod modo hortatus es) omnia legant, omnia audiant, in omni recto [81] studio atque humanitate versentur: sed mehercule [t 82] non ita multum spatii mihi videtur, si modo ea facere, et persequi volent, quæ a te, Crasse, præcepta sunt: qui mihi prope etiam nimis duras leges imponere visus es [u] huic ætati; sed tamen ad id, quod cupiunt, adipiscendum prope necessarias. Nam et subitæ ad propositas causas exercitationes, et accuratæ, et meditatæ commentationes, ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est, et illa orationis suæ cum scriptis alienis comparatio, et de alieno scripto subita, vel laudandi, vel vituperandi, vel comprobandi, vel refellendi causa, disputatio, non mediocris contentionis est, vel ad memoriam, vel ad imitandum.

(61.) [83] Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor, ne majorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. Voluisti enim in suo genere unumquemque nostrum [x] quasi [84] quendam esse Roscium; dixistique, non tam ea, quæ recta essent, probari, quam [85] quæ prava [sunt] [y 86] fastidiis adhærescere: quod ego non tam fastidiose in nobis, quam in histrionibus, spectari puto. Itaque nos raucos sæpe attentissime audiri video: [z] tenet enim res

[t] *brevior videtur ætas, ea persequi volentibus.* [u] *juventuti.* [x] *tam perfectum esse, quam sit Roscius.* [y] *fastidium creare.* [z] *attentionem conciliat.*

80. *Antiquitatis* iter. i. e. cursum sive continuatum ordinem eorum omnium quæ præterita sunt; nec aliud sonat istud Ciceronis in Epist. ad Att. lib. iv. Epist. 2. *ut interrumpat iter amoris nostri et officii mei. Pearce.*

Ibid. *Antiquitatis iter.* Forsan licet *antiquitatis iter* interpretari viam et rationem, quam veteres in moribus vitaque et in republica tenuere. *Harl.*

81. *Studio atque human.* h. e. studio humanitatis.

82. *Non ita multum spatii m. v.* Edd. W. s. l. et a. M. habent *mihi habere videntur*, eodem sensu. *Ernest.*

83. *Illud—fuit horribile.* h. e. ad illud, quod dixisti c. 28. 10. cohorrui. add. c. 27. 3. c. 25. 7. *Harl.*

84. *Quemdam esse Roscium.* Vid. c. 28. *Pearce.*

85. *Quæ prava sunt. Sunt* nec modo, nec tempore, consentit præcedenti, *quæ recta essent;* arbitror esse delendum, et a glossatore adscriptum, qui contextum non curaret. *Ernest.*

86. *Fastidiis adhærescere.* Cl. Clericus, cum hanc lectionem minus probaret, censuit legendum esse, *fastidia iis adhærescere:* sed vulgata (opinor) lectio se satis commendat: Noster enim hic per *fastidiis adhærescere*, intelligit *non probari*, vel *fastidiose spectari:* eodem modo, quo in lib. iii. c. 10. *ad alicujus studium adhærescere*, significat *probari. Pearce.*

Ibid. *Fastidiis adhærescere.* Ea, *quæ prava sunt*, non solum fastidiose, sed etiam diu fastidiose spectantur: hæc videtur vis esse vocis *adhærescere:* nam, (ut dicitur in c. 27.) *cujus in dicendo aliquid reprehensum est, aut æterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis. Pearce.*

ipsa atque causa: at [a] [87] Æsopum, si paullum irrauserit, explodi. A quibus enim nihil præter voluptatem aurium quæritur, in iis offenditur, simul atque imminuitur aliquid de voluptate. In eloquentia autem multa sunt, quæ teneant, quæ si omnia summa non sunt, (et pleraque tamen magna sunt,) necesse est, ea ipsa, quæ sunt, mirabilia videri.

Ergo, ut ad primum illud revertar, sit orator nobis is, qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere: is autem [b] concludatur in ea, quæ sunt in usu civitatum vulgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, [88] quamvis ea sint ampla atque præclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctes et dies [c] urgeatur: imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse, tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturæ, diligentia industriaque superaret: cumque ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam [d] litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur: deinde, cum [e] spiritus ejus esset angustior, tantum [f] continenda anima in dicendo, est assecutus, ut [89] una continuatione verborum ([90] id quod ejus scripta declarant) binæ ei contentiones vocis et remissiones continerentur: qui etiam (ut memoriæ proditum est) conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat: neque is consistens in loco, sed inambulans, atque [g] adscensu ingrediens arduo. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos juvenes vehementer assentior? cetera, quæ collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere sejuncta esse arbitror.

(62.) Hæc cum Antonius dixisset, sane dubitare visus est Sulpicius, et Cotta, utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere.

[a] *Æsopum, si aliquantulum raucus fuerit, sibilis, et sinistro clamore explodi.* [b] *tractet tantum eas res.* [c] *diligenter occupetur.* [d] *literam R, sive ῥ, quæ prima est in hac voce* ῥητορικὴ, rhetorica. [e] *halitus.* [f] *spiritum in pectore diutius retinendo.* [g] *locum aliquem arduum ascensu superans.*

87. *Æsopum.* Histrionem longe celeberrimum, cujus filius, furiosæ luxuriæ juvenis, cantu commendabiles aviculas, immanibus emptas pretiis, in cœna pro ficedulis apponere, acetoque liquatos magnæ summæ uniones potionibus aspergere solitus erat. *Valer. Max.* lib. ix. cap. 1. *Plinius*, lib. x. *Proust.*

88. *Quamvis ea sint a.* Reposui *sint* pro vulgato *sunt* cum Pearcio, quia sic est in edd. pr. ut et in MS. E. Ceterum *sunt* etiam h. l. stare potest, si *quamvis* accipitur pro *quamquam*: quod fieri potest. Non ita multo post cum Pearcio *superaret* edidimus pro *superarit*: nam et sequitur post *putaretur*. Edd. pr. habent *superasset*, quod in *superaret* debebat mutari, ut est in MS. E. *Ernest.*

89. *Una continuatione verborum.* Periodum videtur intelligere, cujus verba omnia continua, partes omnes aptæ ex sese invicem, et colligatæ sunt. Demosthenes igitur in una eademque periodo bis vocem contendebat, bis remittebat: contendebat in prioribus periodi membris, remittebat in posterioribus; idque uno spiritu, et perpetua pronunciatione faciebat: unde illum oportuit esse amplo, et prolixo spiritu, cujus tamen spiritus antea erat angustior. *Proust.*

90. *Id quod ejus scripta declarant.* Sc. quod in iis periodi ita longæ reperiuntur, in quibus bis contendendus et remittendus spiritus, cum ipse uno spiritu pronunciare posset. *Ernest.*

Tum Crassus: [91] operarium nobis quendam, Antoni, oratorem facis, [h] atque haud scio, an aliter sentias, et utare tua illa mirifica ad refellendum consuetudine, qua tibi nemo umquam præstitit: cujus quidem ipsius facultatis exercitatio oratorum propria est, sed jam in philosophorum consuetudine versatur, maximeque eorum, qui de omni re proposita in utramque partem solent copiosissime dicere. Verum ego non solum arbitrabar, his præsertim audientibus, a me informari oportere, qualis esse posset is, qui habitaret in [92] subselliis, neque quidquam amplius afferret, quam quod causarum necessitas postularet: sed majus quiddam [93] videbam, cum censebam, oratorem, præsertim in nostra republica, [94] nullius ornamenti expertem esse oportere. Tu autem, quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc facilius nobis exponES ea, quæ abs te [95] de officiis præceptisque oratoris quæsita sunt: sed opinor, [i] secundum hunc diem: satis enim multa a nobis hodie dicta sunt. [96] Nunc et Scævola, quoniam in Tusculanum ire constituit, paullum requiescet, dum se calor [k] frangat; et nos ipsi, quoniam [l] id temporis est, valetudini demus operam. Placuit sic omnibus. Tum Scævola, Sane, inquit, vellem non [m] constituissem, [97] in Tusculanum me hodie venturum esse, Lælio: libenter audirem

[h] *aliter sentire te suspicor.* [i] *post hunc diem.* [k] *imminuat.* [l] *quoniam jam ad medium diem processimus.* [m] *promisissem.*

91. *Operarium.* Operarius est is qui opus manu facit. Operarium oratorem vocat, qui ad laborem et operam tenuem adjectus sit, uti mercenarius, qui mercedula adductus improbo et humili labore occupetur. *Proust.*

92. *Subselliis.* In judiciis subsellia sunt sedes judicum et patronorum utriusque partis. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Habitaret in subselliis.* Invidiose dictum *habitaret*, quasi hæreat in subselliis, qui nulla alia in re majore commode habere se possit. *Strebæus.*

93. *Videre*, cogitare, habere in animo. *Ernest. in Clave.*

94. *Nullius ornam. expertem.* Omnibus doctrinæ liberalis ornamentis instructum. *Wetzel.*

95. *De officiis præceptisque* Oratoris. Fortasse *Oratoriis:* sic enim Cicero ad hos de Oratore Dialogos respiciens loquitur. in Topic. c. 25. *Harum causarum propria argumenta, ex iis sumpta locis, quos exposuimus, in* præceptis oratoriis, *explicata sunt.* Et in Invent. lib. i. c. 10. *antequam de* præceptis oratoriis *dicamus:* nec aliter Quinct. Inst. Or. lib. xii. c. 3. *Veluti despexissent* oratoria præcepta. Vereor, ut sit Ciceronianum dicere, *præcepta oratoris*, cum ea præcepta intelligantur, non quæ Orator dat (Rhetoris est enim ea dare) sed quibus utitur. Interim dissimulandum non est, Ciceronem in Acad. Quæst. lib. i. c. 2. hæc dicere: *Nos autem* præceptis *Dialecticorum et* Oratorum *etiam sic parentes, ut legibus*, &c. Sed et hic pro *Oratorum* videtur legendum esse *Rhetorum:* cum duæ hæc voces in MStis sæpius confundantur. *Pearce.*

96. *Nunc et Scævola.* Cur in his dialogis non perstet Scævola, causam affert ipse Tullius, lib. iv. ad Atticum Epist. 16. *Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras Scævolæ; non eam temere dimovi: sed feci idem, quod in πολιτείᾳ deus ille noster Plato, cum in Piræeum Socrates venisset ad Cephalum locupletem, et festivum senem: quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex, deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere: neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multo ego satius hoc mihi cavendum putavi in Scævola: qui et ætate et valetudine erat ea, qua meministi, et iis honoribus, ut vix satis decorum videretur eum plures dies esse in Crassi Tusculano: et erat primi libri sermo non alienus a Scævolæ studiis. Reliqui libri τεχνολογίαν habent, ut scis. Huic joculatoriæ disputationi senem illum, ut noras, interesse nolui. Proust.*

97. *In Tusculanum.* Aliam quandam agri Tusculani partem intelligit, ab ea disjunctam in qua erant. *Proust.*

Ibid. *Tusculanum.* Intelligit eam partem agri Tusculani, in qua Scævola villam

Antonium: et, cum exsurgeret, simul arridens, Neque enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod jus nostrum civile [n] [98] pervellit, quam jucundus, quod se id nescire confessus est.

[n] *insectatus est.*

habuit; in eodem etiam agro suas villas habuerunt Catulus et Cæsar. Vide ii. 3. *Pearce.*

98. *Pervellit.* Perstringit, ac lacerare conatur, [haud necessarium esse declarat, conf. c. lv. 7.] ut ii, qui pressis unguibus extremas corporis partes vellicant. *Strebæus. jus nostrum*, conf. c. xv. 5. et c. x. 1. Eleganter autem dicitur *molestus*, qui plura agit, loquitur scribitve, quam alter velit. V. Burmanni Comment. ad Phædr. iv. 25. 2. *Harl.*

M. TULLII CICERONIS

DE

ORATORE.

LIBER SECUNDUS.

(1.) [a] MAGNA nobis pueris, Quincte frater, si memoria tenes, opinio fuit, L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quam quantum prima illa puerili institutione potuisset; M. autem Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse: erantque multi, qui, quamquam [1] non ita sese rem habere arbitrarentur, tamen, quo facilius nos incensos studio dicendi a doctrina deterrerent, libenter id, quod dixi, de illis oratoribus prædicarent, ut, si homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esse labor, et stultum in nobis erudiendis, [2] patris nostri, optimi ac prudentissimi viri, studium videretur. Quos tum, ut pueri, refutare domesticis testibus, patre, et C. Aculeone, propinquo nostro, et [3] L. Cicerone, patruo, soleba-

INTERPRETATIO.

[a] *ita homines opinabantur olim, cum essemus pueri.*

NOTÆ.

1. *Non ita sese rem h. Non* addidimus ex edd. pr. quod et in MS. E. est, et vel sine libris addendum esset. *sese* ex iisdem edd. pro *se*. *Ernest.*

2. *Patris nostri.* M. Tullii Ciceronis pater, stirpe Tullia antiquissima ortus, cum esset infirma valetudine in Arpinati villa fere ætatem egit in literis. *Cicero*, lib. ii. *de Legibus*, n. 3. Eum ex regio Volscorum genere editum in Eusebii Chronico legitur. Contra fulloniam fecisse, et vitibus oleisque colendis dedisse operam, tradit Q. Calenus in oratione maledica apud Dionem, lib. xlvi. Cum alibi scribit Cicero se novum hominem, sine ulla majorum commendatione, tum Oratione II. contra Rullum n. 1. *Mihi quidem apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur; non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos disciplinisque institutos videtis; sed quod laude populari, atque honoris vestri luce caruerunt. Proust.*

3. *L. Cicerone.* L. Cicero M. Ciceronis patruus. Ejus filius *L. Cicero* est, Att. i. 5. *patruelis Ciceronis.* Eum appellat *fratrem*, sc. patruelem: item Fin. v. Eum extinctum esse a. DCLXXXV. docent ex illo (Att. I. 5.) loco Mongaltius ad l. c. et Tunstallus Ep. ad Middleton, p. 7—12. *Ernest. in Clave.*

mus, quod de Crasso pater, et Aculeo, ([b] [5] quocum erat nostra matertera,) quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum, et patruus, qui cum Antonio in Ciliciam profectus [c] una [6] decesserat, multa nobis de ejus studio doctrinaque sæpe [7] narravit: cumque nos cum [8] consobrinis nostris, Aculeonis filiis, et ea disceremus, quæ Crasso placerent, et ab his doctoribus, quibus ille uteretur, erudiremur, etiam illud sæpe intelleximus ([d] [9] cum essemus ejusmodi, [10] quod vel pueri sentire poteramus) illum et Græce sic loqui, nullam ut nosse aliam linguam videretur, et [e] doctoribus nostris ea ponere in percunctando, eaque ipsum omni in sermone tractare, ut nihil esse ei novum, nihil inauditum videretur. De Antonio vero, quamquam sæpe ex [11] humanissimo homine, patruo nostro, acceperamus, quemadmodum ille vel Athenis vel Rhodi se doctissimorum [f] hominum sermonibus dedisset: tamen ipse adolescentulus, quantum illius ineuntis ætatis meæ patiebatur pudor, multa ex eo sæpe quæsivi. Non erit profecto tibi, quod scribo, hoc novum (nam jam tum ex me audiebas,) mihi illum ex multis, variisque sermonibus, nullius rei, quæ quidem esset in his artibus, de quibus aliquid [g] existimare possem, rudem aut ignarum esse visum. Sed fuit hoc in utroque eorum, ut Crassus non tam existimari vellet non didicisse, quam illa despicere, et nostrorum hominum in omni genere prudentiam Græcis anteferre: Antonius autem [h] [12] probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino [13] didicisse numquam puta-

[b] *qui matris nostræ sororem habebat in matrimonio.* [c] *in Ciliciam abierat, simul cum Antonio profectus.* [d] *cum vel hac ætate puerili satis haberemus ingenii, ut intelligeremus quam eruditus esset.* [e] *interrogando objicere iis a quibus docebamur.* [f] *versatus, et collocutus esset cum hominibus eruditissimis.* [g] *judicare.* [h] *remotiorem ab omni fraudis et fuci faciendi suspicione.*

5. *Quocum erat nostra mat.* Hæc videantur esse loco alieno, quod orationem duriorem faciunt; *quocum—quem*, melius post superiorem hominis mentionem: *C. Aculeone, p. n. quocum*, &c. collocanda. *Ernest.*

6. *Decesserat.* Id est, itineri se commiserat; non autem, ut quidam interpretantur, mortuus fuerat: Cicero enim ille patruus in patriam redux narrabat quemadmodum Antonius Athenis et Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus dedisset. *Proust.*

7. *Narravit.* Non consentit tempore cum *solebamus*, quocum per *quod* cohæret; legendum vel *narrabat*, vel *narraverat*; Vitium ortum e compendio, ut MS. E. *narrat. Ernest.*

8. *Consobrinis.* Consobrini sunt proprie qui ex duabus sororibus nascuntur, quasi consorini.—*Gaius.* Qui vero e duobus fratribus geniti sunt, proprie patrueles vocantur. *Proust.*

9. *Cum essemus ejusmodi, quod*, &c. Hoc non potest per grammaticam rationem rectum ac verum esse: nec expediunt rem, qui corrigunt *ejus domi*; nam id cum sequentibus non consentit. An scripsit: *cum esset ejusmodi* (sc. negotium, res,) *quod*, &c. Secundum *ἀκρίβειαν* quidem *possemus* esse deberet, sed sunt alia exempla similia, pauca tamen, quæ vid. ap. Pearcium ad h. l. nec ea omnia sunt certa. Sensus quidem hic expressus esse debet, quem emendatio nostra efficit.—*Ernest.* Et sic plane conjecit Toupius.

10. *Quod.* Pro *ut* dici putat Pearcius: sed locus ille est sine dubio corruptus, et ceteris locis allatis nil conficitur. *Ernest. in Clave.*

11. *Humanus*, doctus. *Ernest. in Clave.*

12. *Probabiliorem hoc populo or.* Pearcius corrigit *huic*, quia *hoc* nihil habet quo referatur, et plane totidem verbis hæc sententia occurrit c. 36. Possis etiam invertere, *hoc probabiliorem.* Sed illud melius. Si Cicero scripsit *hoc populo*, intelligi debet, cum populum hunc, talem habeamus: quo sensu hæc forma et alibi est. *Ernest.*

13. *Disco*, simpliciter, pro literis operam do. *Ernest in Clave.*

retur: atque ita se uterque [i] graviorem fore, si alter contemnere, alter ne nosse quidem Græcos videretur.

[k] Quorum consilium quale fuerit, nihil sane ad hoc tempus. Illud autem est hujus institutæ scriptionis ac temporis, neminem eloquentia, non modo sine dicendi doctrina, sed ne sine omni quidem sapientia, florere unquam et præstare potuisse.

(2.) Etenim ceteræ fere artes [l] se ipsæ per se tuentur singulæ: bene dicere autem, quod est scienter, et perite, et ornate dicere, non habet definitam aliquam regionem, cujus terminis [14] septa teneatur. Omnia, quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur, aut eloquentiæ nomen relinquendum est. Quare equidem et in nostra civitate, et in ipsa Græcia, quæ semper [m] hæc summa duxit, [15] multos et ingeniis, et magna laude dicendi sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor: talem vero existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso et Antonio, non cognitis rebus omnibus, [16] quæ ad tantam prudentiam pertinerent, tantamque dicendi copiam, [17] quanta in illis fuerit, non potuisse confirmo. Quo etiam feci libentius, ut eum sermonem, quem illi quondam inter se de his rebus habuissent, mandarem litteris: vel ut illa opinio, quæ semper fuisset, tolleretur, alterum non doctissimum, alterum plane indoctum fuisse; vel ut ea, quæ existimarem a summis oratoribus de eloquentia divinitus esse dicta, custodirem litteris, si ullo modo assequi complectique potuissem; vel mehercule etiam, ut laudem eorum, jam prope senescentem, quantum ego possem, ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem. Nam si ex scriptis cognosci ipsi suis potuissent, minus hoc fortasse mihi esse putassem laborandum: sed cum [18] alter non multum, ([n] quod quidem exstaret,) et id ipsum adoles-

[i] *plus habiturum auctoritatis in dicendo.* [k] *rectene an secus voluerint Crassus et Antonius videri literarum maxime Græcarum aut contemptores, aut imperiti, non est hujus loci expendere*: eruditi certe fuerint necesse est. [l] certa quadam, ac definita in materia versantur, *neque aliis artibus indigent, ut earum auxilio possint præstare id quod profitentur.* [m] *eloquentiam summo semper in pretio habuit.* [n] *quod quidem scriptum esset.*

14. *Septa teneatur.* Intellige *ars ea*, e superiori, *ceteræ artes.* Ita non necesse erit, cum Lambino corrigere *septum*, quod et Pearcio placebat.—*Ernest.* Subintellige, *Ars bene dicendi. Toupius.*

15. *Multos et ingeniis, et magna laude dicendi sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor.* Sic puto Ciceronem scripsisse: verbum enim *fuisse* ad illud propinquius retulit, *magna laude dicendi*: sed *ingeniis fuisse* non dicitur usitate. Si diceret, *excellentibus ingeniis fuisse*; valde probarem. *Manutius.*

16. *Quæ ad t. pr. pertinerent.* Vulg. *in*: illud habet ed. s. l. et a. cum Med. Lips. idque melius; *in* edd. W. Junt. Ald. — *Ernest.*

Ibid. *In prudentiam pertinerent.* Pro quo Pearcius reposuit *ad*, ex ed. Venet. et Mediolan. et ita judicarat jam Lambinus.—*Ernest. in Clave.*

17. *Quanta in illis fuerit.* Pro vulgato *fuit.* Ante est *qualis fuerit*: ergo hic debet esse *quanta fuerit.* Etiam in priori loco MS. E. habet *fuit.* E compendio scribendi vitium ortum est: *fuit. Ernest.*

18. *Alter non multum—alter nihil admodum scripti reliquisset.* Non multum scripti Crassus, nihil admodum reliquit Antonius. Crassi extabant hæc: Partes quædam orationis, quam pro Licinia virgine, annos XXVII. natus, habuit: Oratio de colonia Narbonensi deducenda: Oratio qua suasit legem Serviliam Cæpionis, de judiciis ab equestri ordine ad senatum transferendis, quam habuit anno ætatis XXXIV. Præterea non oratio, sed orationis commentarium paullo plenius, pro Q. Cæpione, contra Cn. Domi-

cens, [o] [19] alter nihil admodum scripti reliquisset: deberi hoc a me tantis hominum ingeniis putavi, ut, cum etiam nunc [p] vivam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, si possem. [20] Quod hoc etiam spe aggredior majore ad probandum, quia non de Ser. Galbæ, aut C. Carbonis eloquentia scribo aliquid, in quo liceat mihi fingere, si quid velim, [21] nullius memoria jam refellente: sed edo hæc iis cognoscenda, qui eos ipsos, de quibus loquor, sæpe audierunt; ut duos summos viros, iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti sint, vivorum et præsentium, memoria teste, commendemus.

(3.) Nec vero te, carissime frater atque optime, rhetoricis nunc quibusdam libris, quos tu [q] agrestes putas, insequor ut erudiam: quid enim [22] tua potest oratione aut [23] subtilius, aut ornatius esse? [24] sed quanquam, sive [r] judicio, ut soleo dicere, sive, ut ille pater eloquentiæ de se Isocrates scripsit ipse, pudore [s] a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti, sive, ut ipse jocari soles, unum putasti [t] satis esse non modo in una familia rhetorem, sed pæne in tota civitate: non tamen arbitror tibi hos libros in [u] eo fore genere, quod merito, propter eorum, qui de dicendi ratione disputarunt, [25] jejunitatem bonarum artium, possit illudi. Nihil enim mihi quidem videtur in Crassi et Antonii sermone esse præteritum, quod quisquam summis ingeniis, acerrimis studiis, optima doctrina, maximo usu cognosci ac percipi potuisse arbitraretur: quod tu facillime poteris judicare, qui [x] prudentiam rationemque dicendi per

[o] *nihil fere.* [p] *recentem.* [q] *incultos.* [r] *certo consilio.* [s] *a causis publice agendis.* [t] *sufficere quod unus ego e nostra familia rhetor essem.* [u] *a te reponendos esse in eorum librorum numero, qui merito contemnuntur, propterea quod illi, a quibus scripti sunt, bonarum artium sunt ignari.* [x] *artem et præcepta eloquentiæ.*

tium collegam suum in censura. Hæc tantum extabant a Crasso scripta; quæ nominantur in Bruto. Ab Antonio autem nihil fere dicit relictum, quia reliquerat libellum unum de ratione dicendi, eumque satis exilem: de quo alibi. *Manutius.*

19. *Alter nihil admodum.* Ait nihil fere scripti reliquisse Antonium, cujus tantum superarat libellus de ratione dicendi. *Proust.*

20. *Quod hoc etiam spe.* Fore, ut probem doctissimos fuisse Crassum et Antonium, contra quam putabatur, hoc spero facilius, quod etiamnum vivant ii, qui Crassum et Antonium viderunt et audierunt, qui possint me refellere, si quid fingam. *Proust.*

21. *Nullius memoria jam refellente.* Edd. primæ fere, ut MS. E. habent *me ref.* quod et recepit Pearcius. sed vulgatum elegantius est; *me* a glossa: nam et res refelli dicitur. *Ernest.*

22. *Tua—oratione.* Libellus ejus, de petitione consulatus, ad nostram pervenit ætatem. V. de Q. Cicerone ejusque libello superstite Corradi Quæsturam, p. 96. 380. sqq. 389. sq. ed. Lugd. Bat. 1668. *Harl.*

23. *Subtilius.* Subtilitas est virtus orationis, quæ est primo perspicua, atque adeo ad docendum apta, deinde sine vitio sententiarum et verborum: quæ omnia via et ratione, ut Dialectica jubet, docet: in qua nihil superfluum, nihil curtum, nihil falsum, omnia recta, sed non magnopere ornata. *Ernest. in Clave.*

24. *Sed quanquam, sive judicio, ut soleo dicere.* Duplicem hic correctionem sine libris induxi: sed fidenter, ut nemo reprehendere possit: primum *quanquam* pro *quoniam*, tum, quia hic non causa commemoratur, sed aliquid removetur; tum quia sequitur *tamen*: deinde *soleo* pro *soles*, ut jam aliis visum, nam de Quinto est post, *ut ipse jocari soles.* *Ipse* indicat, superiora de aliis esse: qui sunt primum Cicero, deinde Isocrates: ceterum in MS. E. *quoniam* abest, scriptumque, *sed sive*, &c. quod fortasse optimum. *Ernest.*

25. *Jejunitatem.* Inscitiam. *Ernest. in Clave.*

te ipsum, usum autem per nos percipere voluisti. Sed, quo citius hoc, quod suscepimus, non mediocre munus, conficere possimus, omissa nostra adhortatione, ad eorum, quos proposuimus, sermonem disputationemque veniamus.

Postero igitur die, [y] quam illa erant acta, [26] hora fere secunda, cum etiam tum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu, repente eo [27] Q. Catulus senex cum C. Julio fratre venit. Quod ubi audivit, commotus Crassus surrexit, omnesque admirati, majorem aliquam esse causam eorum adventus suspicati sunt. Qui cum inter se, [z] ut ipsorum usus ferebat, amicissime consalutassent; Quid vos tandem? Crassus, [28] num quidnam, inquit, novi? Nihil sane, inquit Catulus: etenim vides esse ludos: sed (vel tu nos ineptos licet, inquit, vel molestos putes) cum ad me in Tusculanum [inquit] heri vesperi venisset Cæsar [a] de Tusculano suo, [b] dixit mihi, a se Scævolam hinc euntem esse conventum, ex quo mira quædam se audisse dicebat: te, quem ego, toties omni ratione tentans, ad disputandum elicere non potuissem, permulta de eloquentia cum Antonio disseruisse, et tanquam in schola, prope ad Græcorum [c] consuetudinem, disputasse. [29] Itaque frater exoravit me, ipsum quidem a studio audiendi non nimis abhorrentem, sed, mehercule, verentem, ne molesti vobis interveniremus, ut huc secum venirem: Scævolam enim ita dicere aiebat, bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. Hoc si tu [d] cupidius factum existimas, Cæsari attribues: si familiarius, utrique nostrum: nos quidem, nisi forte molesti intervenimus, venisse delectat.

(4.) Tum Crassus, Equidem, quæcunque causa vos huc attulisset,

[y] *illa disputata, quæ superiore libro exposita sunt.* [z] *pro usitata sua familiaritate.* [a] *de suo agro suburbano.* [b] *mihi dixit, se convenisse Scævolam, qui a te redibat.* [c] qui in utramque partem disputant. [d] *curiosius.*

26. *Hora fere secunda.* Secunda scilicet post solis ortum. Apud Romanos enim prima hora diei erat ea, qua sol oriebatur; duodecima et ultima, qua occidebat. *Proust.*

27. *Q. Catulus cum C. Julio fratre.* Quorum, ut et aliorum, quorum hic obiter fit mentio, characterem describit Cicero in Bruto. *Proust.*

Ibid. *Julio fratre.* In familiam Juliam jure adoptionis is venerat. Conf. Cic. de Offic. i. 27. ibique Heusinger. *Harl.*

28. *Num quidnam, inquit.* Hic in tribus versiculis quater est *inquit:* semel in verbis Crassi, ter in unius Catuli responsione: quod nunquam a Cicerone esse crediderim. Quartum certe delendum; idque et abest ab ed. Lips. In exemplo nostro ed. Asc. delevit manus docta. Tertium, quod est in parenthesi, fortasse tolerari possit, et a Cicerone sit, quia in parenthesi est, sed vix tamen. *Ernest.*

29. *Itaque frater,* &c. Sic constitui hunc locum e MSS. et edd. pr. qui in vulgatis sic erat: *ita me frater exoravit me ipsum, non quidem a studio audiendi nimis abhorrentem, sed meh. verentem tamen.* Primum ex *ita me* feci *itaque*, ut dudum conjeceram; quod sic deinde reperi in edd. a. l. et a. Med. Asc. Lips. Deinde interpunxi post *me*, transposui *non* in suum locum, e consuetudine Ciceronis, et delevi *tamen*, quod in edd. pr. non reperitur, delevitque etiam Pearcius. Non intellecta elegantia, in *ipsum quidem* decepit homines, ut locum corrumperent, *quidem* h. l. respondet Græco δή, quo non animadverso, addidere in altero membro *tamen*, quod abest et a MS. E. Pearcius edidit: *ita me fr. ex. ne ipsum quidem*, &c. Sed *ne ips. quidem* huic loco et sententiæ non convenit. Spero, me correctionem hujus loci intelligentibus probaturum. *Ernest.*

lætarer, cum apud me viderem homines mihi carissimos et amicissimos: sed tamen, vere dicam, quævis mallem fuisset, quam ista, quam dicis. Ego enim (ut, quemadmodum sentio, loquar) numquam mihi minus, quam hesterno die, placui, ([30] magis adeo id [e] facilitate, quam alia ulla culpa mea contigit;) qui dum obsequor adolescentibus, me senem esse sum oblitus, fecique id, quod ne [31] adolescens quidem feceram, ut iis de rebus, quæ doctrina aliqua continerentur, disputarem. Sed hoc tamen cecidit mihi peropportune, quod, transactis jam meis partibus, ad Antonium audiendum venistis. Tum Cæsar, [32] Equidem, inquit, Crasse, ita sum cupidus te in illa longiore ac [f] [33] perpetua disputatione audiendi, ut, si id mihi minus contingat, vel hoc sim quotidiano tuo sermone contentus. Itaque experiar equidem illud, ut ne Sulpicius, familiaris meus, aut Cotta, plus quam ego apud te valere [34] videatur, et te exorabo profecto, ut mihi quoque, et Catulo [g] tuæ suavitatis aliquid impertias. Sin tibi id minus libebit; non te urgebo, neque committam, ut, dum vereare, tu ne sis ineptus, me esse [h] judices. Tum ille, Ego mehercule, inquit, Cæsar, ex omnibus Latinis verbis hujus verbi [i] vim vel maximam semper putavi: quem enim nos *ineptum* vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod *non* sit *aptus*; idque in sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut, tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, [35] is ineptus dicitur. Hoc vitio [k] cumulata est eruditissima illa Græcorum natio: itaque quod vim hujus mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt: [l] ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, [36] non reperies. Omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, [37] haud scio,

[e] *benigniore quadam indulgentia.* [f] *non interrupta.* [g] *ut eadem comitate nobiscum loqui non graveris.* [h] ineptum. [i] *significationem.* [k] *maxime laborat.* [l] *quamvis omnia eorum vocabula excutias.*

30. *Magis adeo—contigit.* Hæc in parenthesi posui, alias obscura et non cohærens esset oratio. *Ernest.*

31. *Adolescens.* Adolescentiam igitur Cicero perducit ad annum XXXIV. nam eo anno Crassus orationem habuit, quæ extabat, pro lege Servilia. *Manutius.*

32. *Equidem, inquit, Crasse. Inquit* abest MS. E. et ed. Lips. *Ernest.*

33. *Perpetua.* Quæ non interrumpitur.

34. *Videatur.* Sic recte e MSS. reposuit Pearcius pro *videantur*. Pluralem non patitur, Sulpicius *aut* Cotta. Mox quod idem e *vereare, tu ne sis in.* facit *v. ne tu*, non secutus sum: *tu* ne sis ineptus, *me* esse i. melius sibi respondent, et consulto *tu* primo loco est. *Ernest.*

35. *Is ineptus dicitur.* Recte P. *esse* delevit, abest edd. Junt. Ald. Res etiam sine libris patet. *Ernest.*

Ibid. *Ineptus.* Vide ea quæ de hac voce disputarunt viri eruditissimi Gul. Budæus *de Asse*, p. 13. Inter opp. *Basil.* 1557. T. II. et Jul. Cæs. Scaliger in Ep. ad Ferronium Atticum, p. 366. inter Epist. et Orat. *Hanoviæ* 1612, &c. Adde et Gatakerum in *Dissert. de novi instrumenti stilo*, cap. iv. p. 28. G.

36. *Non reperies.* Et vero frustra sunt qui totam hujus verbi vim expressisse putant vocabulis *ἀνάρμοστος, ἀπειρόκαλος, σκαιὸς, ἄπρεπὴς*, &c. minus aberrat *ἀνεπιτήδειος* est enim *ἐπιτήδειος, idoneus, commodus*, cui si jungatur *α* privativum, idem fere significabit quod apud Latinos *ineptus. Proust.*

37. *Haud scio, an nulla sit major.* Sic edidi e MS. Erl. pro *an ulla*: quod vitiosum esse, etiam sine libris intelligi debet: quia ista forma *haud scio* modeste adfirmat. *Ernest.*

an nulla sit major, [38] quam illorum, qui solent, quocumque in loco, quoscumque inter homines visum est, de rebus aut difficillimis, aut non necessariis, argutissime disputare. Hoc nos ab istis adolescentibus facere inviti et recusantes heri coacti sumus.

(5.) Tum Catulus, Ne [m] Græci quidem, inquit, Crasse, qui in civitatibus suis clari et magni fuerunt, sicuti tu es, nosque omnes in nostra republica volumus esse, horum Græcorum, [39] qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt: nec tamen in otio sermones hujusmodi, disputationesque fugiebant. Ac si tibi videntur, qui temporis, qui loci, qui hominum rationem non habent, inepti, sicut debent videri; num tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa, ubi ambulamus, et [40] palæstra, et tot locis [n] sessiones, gymnasiorum et Græcarum disputationum memoriam quodammodo [o] [41] commovent? aut [42] importunum tempus in tanto otio, quod et raro datur, et nunc peroptato nobis datum est? aut homines ab hoc genere disputationis alieni, qui omnes [p] hi sumus, ut sine his studiis [q] [43] vitam nullam esse ducamus? Omnia ista, inquit Crassus, ego alio modo interpretor, qui primum palæstram, et sedes, et porticus, etiam ipsos, Catule, Græcos, exercitationis et delectationis causa, non disputationis, invenisse arbitror. Nam et sæculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his philosophi garrire cœperunt, et hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores [44] discum audire, quam philosophum, malunt: qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relinquunt; ita levissimam delectationem gravissimæ, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt. Otium autem quod dicis esse, assentior: verum otii fructus est, non contentio animi, sed relaxatio.

[m] *atqui non omnes Græci fuerunt similes eorum, qui se offerunt nobis invitis, ut audiantur.* [n] *sedilia.* [o] *renovant.* [p] *ita comparati sumus.* [q] *insuavem, et acerbam.*

38. *Quam illorum, qui solent.* Sic rescripsimus, pro *quam, ut illi solent:* quod manifeste vitiosum est. Ed. W. habet, *quam illi, qui solent.* vitiose. Hinc factæ aliæ lectiones: *Quam illorum, qui solent,* ut habent edd. s. l. et a. Med. Lips. quam nos, ut optimam, prætulimus.—*quam quod illi solent —quam ut illi solent,* &c. *Ernest.*

39. *Qui se* inculcant *auribus nostris.* h. e. qui nobis ad satietatem usque disputant. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Qui se inculcant auribus nostris.* Ante tempora Lælii philosophia non fuit in pretio Romæ: quum cœperunt Romani operam dare philosophiæ, tum Græcorum multi Romam docendi caussa migrarunt, sed leviores fere, quibus in patria nulla dignitas erat: eo quum venissent, et primoribus civitatis se dedissent, sui tandem fecere contemtum. Ii sunt, qui se inculcant auribus virorum, nec exspectant leviculi, dum a quopiam rogentur. *Strebæus.*

40. *Palæstra.* Videtur Crassi *palæstra* fuisse spatium vacuum et sub dio, in medio porticuum undique exstructarum: quale Itali hodie vocant *piazza.* Apud Vitruvium vero v. 11. hac voce significatur totum ædificium, quo et porticus et sedes, et alia continentur. *Pearce.*

41. *Commovent.* Instaurant, revocant. *Ernest. in Clave.*

42. *Importunum.* P. dedit *inopportunum.* MS. E. *num imp.* quod non displicet. *Ernest.*

43. *Vitam nullam.* Sic edd. pr. MS. E. Vulgo: *null. v.* sed illo ordine Latini in hac forma dicunt, e Græco: *βίον ἀβίωτον. Ernest.*

44. *Discum.* Fuit *discobolia* inter genera exercitationis apud veteres, cum in massæ plumbeæ, in disci speciem rotundam conformatæ, projectionibus se exercerent et vires brachiorum augerent. Itaque Horat. Carm. i. 8. inter reliqua exercitationum genera etiam *discus* commemoratur. *Ernest. in Clave.*

(6.) Sæpe ex socero meo audivi, cum is diceret, socerum suum Lælium semper fere cum Scipione solitum [45] rusticari, eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe, tanquam e vinculis, evolavissent. Non audeo dicere de talibus [r] viris, sed tamen ita solet narrare Scævola, conchas eos et [46] umbilicos ad [47] Cajetam et ad [48] Laurentum legere consuesse, et ad omnem animi remissionem, ludumque descendere. [49] Sic enim se res habet: [ut] quemadmodum volucres videmus, procreationis atque utilitatis suæ causa, fingere et construere nidos, easdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa, passim ac libere solutas opere volitare: sic nostri animi forensibus negotiis, atque urbano opere defessi, gestiunt ac volitare cupiunt, vacui cura atque labore. Itaque illud, quod ego [50] in causa Curiana Scævolæ dixi, non dixi secus, ac sentiebam. Nam si, inquam, Scævola, nullum erit testamentum recte factum, nisi quod tu scripseris, omnes ad te cives cum tabulis veniemus, omnium testamenta tu scribes unus. Quid igitur? inquam: quando ages [s] negotium publicum? quando amicorum? quando tuum? [t] quando denique nihil ages? tum illud addidi: mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit. In qua permaneo, Catule, sententia, meque, cum huc veni, hoc ipsum nihil agere, et [u] plane cessare, delectat. Nam, quod addidisti tertium, vos eos esse, qui vitam insuavem sine his studiis putaretis, id me non modo non hortatur ad disputandum, sed etiam deterret. Nam ut C. Lucilius, homo doctus et perurbanus, dicere solebat, [51] ea, quæ scriberet, neque ab indoctissimis se, neque ab doctissimis legi velle; quod alteri nihil intelligerent, alteri plus

[r] quia videtur id esse indignum illorum gravitate. [s] in senatu, in foro, in comitio. [t] *quando eris in otio?* [u] *delectat me ipsa vacatio ab omni opere et labore.*

45. *Rusticari*, dicuntur Romani homines, cum ex urbe in prædia rustica secedunt, delectationis et otii causa. *Ernest. in Clave.*

46. *Umbilici*, lapilli litorales nitidi, in umbilici modum natura facti. *Ernest. in Clave.*

47. *Caieta* portus et urbs maris inferi ad Campaniam, in Latii et Campaniæ finibus, quod nomen ab Æneæ nutrice acceptum hodie manet. Vid. Virgil. vii. Æn. 2. ibique de la Cerda, et Heyne in Excurs. i. p. 90. sq. tom. iii. Virgil. *Harl.*

48. *Laurentum.* Sic legendum potius quam *Lucrinum*, cum editiones optimæ, tum Valerius Maximus, lib. viii. cap. 8. suadet. Est autem Laurentum urbs Latii ad mare Tyrrhenum, quæ hodie dicitur *S. Laurentii. Proust.*

Ibid. *Laurentum*, oppidum Latii maritimum, hodie *Lorenzo*, ac si a S. Laurentio nomen esset: vid. Antonini Itinerarium, p. 301. ibique Wesseling.

49. *Sic enim se res habet, ut, quemadm.*, &c. Sic vulgati omnes. At primo, in seqq. libri omnes habent indicativos, *gestiunt, cupiunt:* deinde Cicero solet hoc, *sic se res habet*, absolute ponere, non per conjunctionem cum seqq. copulare. Similiter infr. c. 17. *Sic statuo. Ut in c. a.* Itaque *ut* inducendum puto cum Lambino. Uncis inclusi. In ed. W. est *habent:* unde forte natum est *ut*, eademque cum ceteris edd. pr. mox *effingere*, ut MSS. quidam ap. Grut. et E. *Fingere* de nido est verbum proprium. *Ernest.*

50. *In causa Curiana.* In oratione quam habui pro Curio, cujus causa exposita est libro superiore n. 180. *Proust.*

51. *Ea, quæ scriberet.* Hæc MSS. quidam ut et E. non habent, probatque Gruterus. Sed videntur characterem dictionis Ciceronianæ habere. Deinde cum Pearcio *se* addidimus post *indoctissimis;* ex libris ejus. Edd. pr. nostræ et MS. E. id habent post *neque:* sed ille locus Ciceronis mori convenientior: certe *se* addi debuit. *Ernest.*

fortasse, [52] quam [y] ipse: [z] quo etiam scripsit, [53] *Persium non curo legere:* (hic enim fuit, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus:) [54] *Lælium Decimum volo,* (quem cognovimus virum bonum, et non illiteratum, sed [a] nihil ad Persium:) sic ego, si jam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud [55] rusticos, sed multo minus apud vos: malo enim non intelligi orationem meam quam reprehendi.

(7.) Tum Cæsar, Equidem, inquit, Catule, jam [b] mihi videor [56] navasse operam, quod huc venerim: nam hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quædam fuit mihi quidem perjucunda. Sed cur impedimus Antonium, cujus audio esse partes, ut de tota eloquentia disserat, quemque jamdudum Cotta et Sulpicius exspectant? Ego vero, inquit Crassus, neque Antonium verbum facere patiar, et ipse obmutescam, nisi prius a vobis impetraro. Quidnam? inquit Catulus. Ut hic sitis hodie. Tum, cum ille dubitaret, [c] quod ad fratrem promiserat, Ego, inquit Julius, pro utroque respondeo: sic faciemus: atque ista quidem conditione, [57] vel ut [d] verbum nullum faceres, me teneres. Hic Catulus arrisit: et simul, [e] Præcisa, inquit, mihi quidem dubitatio est, quoniam [f] neque domi imperaram, et [g] hic, apud quem eram futurus, sine mea sententia tam facile promisit.

Tum omnes oculos in Antonium conjecerunt: et ille, Audite vero, audite, inquit: hominem enim audietis [58] de schola, atque a magistro, et Græcis litteris eruditum: et eo quidem loquar [h] confidentius, quod Catulus auditor accessit: cui non solum nos Latini sermonis, sed etiam Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem elegantiamque concedere. Sed tamen, quoniam hoc totum, quidquid est, sive artificium, sive studium dicendi, nisi accessit [59] os, nullum

[y] intelligeret. [z] *quam in sententiam scripsit se non curare legere Persium, sed malle Lælium.* [a] *sed nulla in re cum Persio comparandum.* [b] *non operam perdidisse.* [c] *se venturum ad Julium Cæsarem fratrem,* ut apud eum cœnaret, *promiserat.* [d] *ut hic manerem, quamvis me non invitares.* [e] *sublata.* [f] *non jusseram mihi cœnam domi apparari.* [g] *Julius* frater meus, *apud quem eram cœnaturus, tam facile promisit, etiam me non consulto, neque rogato* quid vellem, *se hic futurum.* [h] *audacius.*

52. *Quam ipse: quo etiam scr.* In vulgatis est *q. ipse de se,* quod primum editio Med. expressit, errore operarum; unde in alias venit. Ed. s. l. et a. habet *de quo,* ut MS. E. idque receptum a Pearcio. Ed. W. *quo.* Mihi *de quo* languere videtur, *quo scripsit,* est, in quam sententiam scripsit. eo pertinet, quod scripsit, &c. quæ sunt clara et aptissima huic loco. *Ernest.*

53. *Persium.* Persius hic, de quo Lucilius loquitur, non est poëta ejusdem nominis, qui sub Nerone floruit, sed orator doctus, qui scripsit Gracchi tempore: de quo Cicero mentionem facit in Bruto, quem consule n. 99. *Proust.*

54. *Lælium Decimum volo. Lælius Decimus* idem valet, ac *Decimus Lælius. Pearce.*

55. *Rusticos.* Indoctos. *Ernest. in Clave.*

56. *Navasse operam.* h. e. bene collocasse. *Ernest. in Clave.*

57. *Vel ut verbum — teneres.* h. e. ista quidem conditione, qua te neque Antonium verbum facere passurum, et ipsum mutum futurum dixisti, nisi hodie apud te maneamus, me teneres, etiamsi verbum nullum faceres aliud nos invitandi caussa, (ut verbis et interpretatione Schützii utar.) *Harl.*

58. *De schola.* Ironice dictum, ut et quæ consequuntur. Audietis hominem qui magistris nunquam operam dedit. *Proust.*

Ibid. *Hominem—de schola.* Est elegans adjectivi circumlocutio. Cic. Orat. c. 15. init. (ubi vide Schirach,) *non declamatorem aliquem* de ludo, *aut rabulam* de foro. *Harl.*

59. *Nisi accessit os.* Os in hoc loco confidentiam, audaciam et impudentiam quan-

potest esse; docebo vos, [60] discipuli, quod ipse non didici, quid de omni genere dicendi sentiam. Hic posteaquam arriserunt, [l] Res mihi videtur esse, inquit, facultate præclara, arte mediocris. [61] Ars enim earum rerum est, quæ sciuntur: [k 62] oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia, continetur. Nam et [l] apud eos dicimus, qui nesciunt, et ea dicimus, quæ nescimus ipsi: itaque et [m] illi alias aliud iisdem de rebus et sentiunt, et judicant, et nos contrarias sæpe causas dicimus, non modo ut Crassus contra me dicat aliquando, aut ego contra Crassum; cum alterutri necesse sit falsum dicere: sed etiam ut uterque nostrum eadem de re alias aliud defendat, [n] cum plus uno verum esse non possit. Ut igitur in ejusmodi re, quæ [o] mendacio nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perveniat, quæ opiniones hominum, et sæpe errores aucupetur, ita [p] dicam, [q] si causam putatis esse cur audiatis.

(8.) Nos vero, et valde quidem, Catulus inquit, putamus, atque eo magis, quod nulla mihi ostentatione videris esse usurus. [r] Exorsus es enim [63] non gloriose, [64] magis, ut tu putas, a veritate, quam a nescio qua dignitate. Ut [s] igitur [65] de ipso genere sum confessus, inquit Antonius, artem esse non maximam: sic illud affirmo, præcepta posse quædam dari peracuta [66] [t] ad pertractandos animos

[l] *eloquentia mihi videtur habere parum artis, at vi quadam naturæ ac indole maxime effici.* [k] *causæ in quibus agendis orator versatur, in quibus nulla est certa cognitio, sed opinio tantum probabilis.* [l] *dicimus apud imperitos.* [m] *imperiti qui nos audiunt.* [n] *cum simplex et unica quædam res sit veritas,* adeoque necesse sit falsum dicere qui aut alteri, aut sibi ipsi pugnantia defendat. [o] *falsa opinione.* [p] ut dici potest. [q] *si vobis causa videtur* idonea. [r] *adhibuisti exordium non ostentationis plenum, ductum magis a veritate, ut tu quidem putas, quam ab ambitiosa quadam dignitate,* quam arti suæ conciliare plerique student. [s] *de ipsa eloquentia generatim sumpta.* [t] *ad captandas quasi ex insidiis voluntates.*

dam significat. Oportet, inquit, me pene esse impudentem, qui velim docere quod ipse nunquam didicerim; sed quoniam oratores audaciam hanc in laude ponunt, neque orator esse bonus quisquam potest, nisi sit idem ore duriori, et paulo confidentior, aggrediar sane ad dicendum, quid sentiam de eloquentia. *Proust.*

60. *Discipuli, quod i. n. d.* Delevi *id* ante *quod*, abest enim edd. pr. omnibus. *Ernest.*

61. *Ars enim.* Eloquentiam non esse proprie artem sic probat Antonius. Ars, inquit, certissimis ac verissimis nititur principiis, et versatur in iis rebus quas certa scientia percipere possumus; eloquentia autem versatur in causis in utramque partem probabilibus, et in iis rebus, in quibus quid certum, quid verum sit, deprehendi nullatenus potest. Nam contrarias causas tractant oratores, et alias aliud de iisdem rebus iidem sentiunt. Non est igitur proprie ars eloquentia. *Proust.*

62. *Oratoris—actio——quæ nescimus ipsi.* Hoc non de omni eloquentia, sed tantum de forensi valet. Conf. Quinctil. Institt. ii. 36. sqq.—Vocab. *scientia* h. l. forsan ex schola academica est interpretandum: v. Heyne ad Epictet. p. 170. sq. Add. supra, l. 37. et 58. *Harl.*

63. *Non gloriose, magis,* &c. Sic interpunxi, et ita omnis difficultas loci tollitur, nec opus Pearciano *magisque.* Immo copula elegantius abest. *Quam a dignitate,* intell. artis, de qua vulgo prædicare solent in principio doctrinæ alicujus explicandæ. MS. E. ed. Lips. hunc ordinem faciunt, *magis a veritate, ut tu p.* Nec hoc male. *Ernest.*

64. *Magis, ut tu putas, a veritate.* Antonius professus erat initio minimum artis eloquentiam habere. Juxta hanc suam opinionem, quam veram existimat, utitur exordio simplice, et quod ab artis fuco alienum est. *Proust.*

65. *De ipso genere.* Genus eloquentiæ est ars, vel facultas, vel scientia: est enim id illi commune cum artibus aliis et disciplinis. Negabat autem Antonius vel scientiam esse, vel artem. *Proust.*

66. *Ad pertractandos animos.* Ed. W. *pertractandum,* quod et ipsum rectum est, et ab antiquariis utique præferetur. *Ernest.*

Ibid. *Ad pertractandos animos.* h. e. ad movendos, commovendos animos. *Harl.*

hominum, et ad [67] excipiendas eorum voluntates. [u] Hujus rei scientiam, si quis volet, magnam quandam artem esse, dicere, non repugnabo. Etenim cum plerique temere ac nulla ratione causas in foro dicant, nonnulli autem propter exercitationem, aut propter consuetudinem aliquam, callidius id faciant; non est dubium, quin, [68] si quis animadverterit, quid sit, quare alii melius, quam alii dicant, id possit notare. Ergo id qui toto in genere fecerit, is si non plane artem, at quasi artem quandam invenerit. Atque utinam, ut mihi illa videre videor in foro atque in causis, ita nunc, quemadmodum ea reperirentur, possem vobis exponere!

[x] Sed de me videro: nunc hoc propono, quod mihi persuasi, quamvis ars non sit, tamen nihil esse perfecto oratore præclarius. Nam, ut usum dicendi omittam, qui in omni pacata et libera civitate dominatur, tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus, aut mentibus, jucundius percipi possit. Qui enim cantus [y] moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inveniri potest? quod carmen artificiosa verborum [69] conclusione aptius? qui actor in imitanda, quam orator in [z] suscipienda veritate jucundior? Quid autem subtilius, quam acutæ crebræque sententiæ? quid admirabilius, quam res splendore illustrata verborum? quid [a] plenius, quam omni rerum genere [70] cumulata oratio? Neque enim ulla non propria oratoris est res, quæ quidem ornate dici graviterque debeat.

(9.) Hujus est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia: ejusdem et languentis populi incitatio, et effrenati moderatio. Eadem facultate et fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentius, quis a vitiis acrius revocare, quis vituperare improbos asperius, quis laudare bonos ornatius, quis cupiditatem vehementius frangere [71] accusando potest? quis mœrorem levare mitius consolando? Historia vero testis temporum, lux veritatis, [72] vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur? Nam si qua est ars alia, quæ verborum, aut faciendorum, aut deligendorum scientiam profiteatur: [73] aut si quisquam dicitur, nisi orator, formare orationem,

[u] *scientiam* tractandorum animorum, et bene dicendi. [x] *non refert nunc id possim necne.* [y] *sententiarum verborumque dignitate gravis.* [z] *in tractandis veris causis.* [a] *perfectius.*

67. *Excipiendas — voluntates.* Excipere *voluntates* hominum, est, adducere, quorum velis: sumtum e re venatoria. *Ernest. in Clave.*

68. *Si quis animadverterit.* Hæc omnia desumpta sunt ex Aristotelis Rhetor. lib. i. *Proust.*

69. Conclusio *verborum*, est periodus, in qua verba numerose collocata sunt. Cf. III. 44. Or. 50. Conclusio *sententiarum* est, cum sententiæ apta periodo comprehenduntur. *Ernest. in Clave.*

70. *Cumulata oratio*, h. e. copia sententiarum, exemplorum aliorumque dicendi ornamentorum. *Harl.*

71. *Accusando.* h. l. graviore quadam objurgatione et reprehensione extra senatum est accipiendum. *Harl.*

72. *Vita memoriæ.* h. e. quæ memoriam hominum, eorum factorum rerumque gestarum conservat. *Harl.*

73. *Aut si quisquam. Aut* cum Pearcio addidimus, estque in edd. pr. et MS. E. *nisi orator* intell. *præter* oratorem, ut mox, et infra c. 45. extr. *Ernest.*

eamque [74] variare et distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque [75] insignibus: aut si via ulla, nisi ab hac una arte, traditur, aut argumentorum aut sententiarum, aut denique descriptionis atque ordinis: [b] fateamur aut hoc, quod hæc ars profiteatur, alienum esse, aut cum aliqua alia arte esse commune. [c] Sed si in hac una est ea ratio atque doctrina: non, si qui aliarum artium bene locuti sunt, eo minus id est hujus unius proprium; sed ut orator de iis rebus, quæ ceterarum artium sunt, si modo eas cognorit, (ut heri Crassus dicebat,) optime potest dicere: sic ceterarum artium homines ornatius illa sua dicunt, si quid ab hac arte didicerunt. [d] Neque enim si de rusticis rebus agricola quispiam, aut etiam id, quod multi, medicus de morbis, aut de pingendo pictor aliquis diserte dixerit, aut scripserit, idcirco illius artis putanda sit eloquentia: [e] [76] in qua quia vis magna est in hominum ingeniis, eo multi etiam sine doctrina aliquid omnium generum atque artium consequuntur: sed, [f] quid cujusque sit proprium, etsi ex eo judicari potest, cum videris, quid quæque doceant, tamen hoc certius nihil esse potest, quam quod omnes artes aliæ sine eloquentia suum munus præstare possunt, orator sine ea nomen suum obtinere non potest: ut ceteri, si diserti sint, [g] aliquid ab hoc habeant: hic nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere pon possit.

(10.) Tum Catulus, Etsi, inquit, Antoni, minime impediendus est interpellatione iste [77] cursus orationis tuæ, patiere tamen mihique ignosces. *Non enim possum, quin exclamem,* [78] ut ait ille in Trinummo: ita mihi [79] vim oratoris tum exprimere subtiliter

[b] si quæ ars alia præter artem oratoriam docet hæc omnia, *dicendum sane fuerit aut hoc est illi arti, quæ hoc doceat, alienum,* et aliunde sumptum, nempe ab arte oratoria, cujus hæc propria sunt; *aut certe hoc illi esse cum arte oratoria commune.* [c] *si ars oratoria una docet modum componendæ atque illustrandæ orationis, non idcirco minus hoc erit illius unius proprium, quod alii aliarum artium periti bene et ornate locuti sunt.* [d] *si agricola quispiam de sua arte ornate loquatur, non idcirco putandum est agriculturam esse ipsam artem bene dicendi: vel si pictor,* &c. [e] *in qua* eloquentia *multi omnium generum et artium homines aliquid consequuntur,* et aliquid dicendo possunt, *eam ob causam, quia vis magna est in hominum ingeniis, ut sine cognitione* præceptorum eloquentiæ *de suis tamen artibus eloquenter et ornate dicant.* [f] *quæ sit artis cujusque materia propria, ex eo quod quæque doceat, videri potest: itaque cum ars oratoria doceat hoc unum recte dicere, hoc illius unius proprium est, non aliarum.* [g] *aliquid ab oratore sumant: orator vero nisi ab arte sua, et quasi penu domestico copiam et regulas bene dicendi sumat, eas non possit aliunde mutuari.*

74. *Variare,* ornare, distinguere. *Ernest. in Clave.*

75. Insignia *verborum et sententiarum,* sunt lumina orationis, tropi et figuræ. *Ernest. in Clave.*

76. *In qua,* etc. Distingue *in qua, quia vis est magna in hom. ingeniis,* h. e. quia ingenia hominum multum valent, ut etiam sine doctrina per se aliquid adsequantur, *eo multi etiam,* etc. *Multi* junge cum *omnium generum atque artium. Matth.*

77. Cursus *orationis,* dicitur de oratione perpetua. *Ernest. in Clave.*

78. *Ut ait ille in Trinummo.* Ut ait servus in comœdia Plauti, quæ Trinummus inscribitur, actu III. scena ii. Stasimus servus ad verba Lysitelis adolescentis hunc in modum exclamat:

Non enim possum quin exclamem:
Euge! euge! Lysiteles, πάλιν
Facile palmam habes, hic victus:
Vicit tua comœdia. *Proust.*

79. *Vim oratoris tum expr. Tum* pro *cum* ex edd. pr. quod est mollius. Ed. sine l. et a. habet etiam *jus oratoris;* quod valde arridet. Dixerat enim, ut supra est, de veritate artis, tum mox huc spectant illâ: *vestrum esse hoc totum diserte dicere, idque si quis in alia arte faciat, eum assumto aliunde uti bono, non proprio, nec suo. Ernest.*

visus es, tum laudare copiosissime: quod quidem eloquentem vel optime facere oportet, ut eloquentiam laudet: debet enim ad eam laudandam, ipsam illam adhibere, quam laudat. Sed perge porro: tibi enim assentior, vestrum esse hoc totum, diserte dicere, idque si quis in alia arte faciat, eum assumto aliunde uti bono, non proprio, nec suo. Et Crassus, Nox te, inquit, nobis, Antoni, expolivit, [h] hominemque reddidit: nam hesterno sermone, [80] unius [i] cujusdam operis, ut ait [81] Cæcilius, remigem aliquem, aut bajulum, nobis oratorem descripseras, [82] inopem quendam humanitatis atque inurbanum. Tum Antonius, [k] Heri enim, inquit, hoc mihi proposueram, ut, si te refellissem, hos a te discipulos abducerem: nunc, Catulo audiente et Cæsare, videor debere non tam pugnare tecum, quam, quid ipse sentiam, dicere.

Sequitur igitur, [l] quoniam nobis est hic, de quo loquimur, in foro atque in oculis civium constituendus, ut videamus, quid ei negotii demus, cuique eum muneri velimus esse præpositum. Nam Crassus heri, cum vos, Catule et Cæsar, non adessetis, posuit breviter in artis distributione idem, quod Græci plerique posuerunt: neque sane quid ipse sentiret, sed quid ab illis diceretur, ostendit: duo prima genera quæstionum esse, in quibus eloquentia versaretur, unum infinitum, [83] alterum certum. Infinitum mihi videbatur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetendane esset eloquentia? expetendine honores? certum autem, in quo quid in personis, et in constituta re, et definita quæreretur: cujusmodi sunt, quæ in foro, atque in civium causis disceptationibusque versantur. [84] Ea mihi videntur aut in lite ordinanda, aut in consilio dando esse posita: nam illud tertium, quod et a Crasso tactum est, et, ut audio, ille ipse Aristoteles, qui hæc maxime il-

[h] *humaniorem effecit.* [i] *operarium quendam, et mercenarium faciebas oratorem, qui opus faceret, non secus ac remiges, et bajuli faciunt.* [k] *volebam scilicet heri te refellere, ut a te Scævolam Cottamque abducerem:* (id joco dictum) *nunc dicam quod sentio.* [l] *quoniam agimus præcipue de illa parte artis oratoriæ, quæ in foro judiciisque versatur.*

80. *Unius cujusdam o.* Edd. W. s. l. et a. Lips. *uniuscujusque operis,* illud magis consentit consuetudini latinæ in hac sententia. Ed. Lips. habet etiam *At Crassus. Ernest.*

81. *Cæcilius.* Natione Insuber Gallus, professione comicus poëta; quod servus fuisset, servile nomen habuit Statius, ut notat Gellius, lib. iv. cap. 20. Vixit Romæ, et comœdiæ princeps habitus est ætate sua. Eum licet dicat Cicero malum Latinitatis auctorem, tamen ei primas inter comicos tribuit Volcatius Sedigitus, quod refert Gellius, lib. xv. cap. 24. Ipse Tullius, lib. de opt. gen. Orat. n. 2. videtur ipsi primum inter comicos locum dare. Sane apud Nonium in verbo *poscere* Varro principatum in argumentis Cæcilio dedit. *In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ἤθεσιν Terentius, in sermonibus Plautus.* Claruit Cæcilius anno U. C. DLXXVII. ante Chr. CLXXVII. *Proust.*

82. *Inopem quendam h. a. i.* Video *quendam* referri posse ad *bajulum:* sed ei commune est *aliquem; remigem aliquem aut bajulum,* et nimis longe ab eo videtur distractum. Suspicatus sum *quidem. Ernest.*

83. *Alterum certum. Certum* est finitum. *Harl.*

84. *Ea mihi videntur.* Antonius quæstiones, sive materiam oratori propositam revocat ad deliberationes, et ad judicia, quia hæc plerumque ab eo tractantur; et si quando versetur in exornativo genere, vel ad defensionem vel ad suasionem laudatio, vituperatio ad accusationem aut dissuasionem referri facile potest. v. g. in oratione pro Lege Manilia in laudes Pompeii Tullius excurrit, ut suadeat eum deligendum imperatorem contra Mithridatem: secunda Philippica invehitur in Antonium, ut tanquam hostis reip. condemnetur, quod spectat genus judiciale. *Proust.*

lustravit, adjunxit, etiamsi [85] opus est, tamen minus est necessarium. Quidnam? inquit Catulus, an laudationes? id enim video poni genus tertium.

(11.) Ita, inquit Antonius, et in eo quidem genere scio et me, et omnes, qui affuerunt, delectatos esse vehementer, cum abs te est Popilia, mater vestra, laudata: [86] cui primum mulieri hunc honorem in nostra civitate tributum puto: sed non omnia, quæcumque loquimur, mihi videntur ad artem et ad præcepta esse revocanda. Ex his enim fontibus, unde omnia ornate dicendi præcepta sumuntur, licebit etiam laudationem ornare, neque illa [m] elementa desiderare: quæ ut nemo tradat, quis est, qui nesciat, quæ sint in homine laudanda? [n] Positis enim iis rebus, quas Crassus in illius orationis suæ, quam [87] contra collegam censor habuit, principio dixit, *Quæ natura, aut fortuna darentur hominibus, in iis rebus se vinci posse animo æquo pati: quæ ipsi sibi homines parare possent, in iis rebus se pati vinci non posse:* [88] qui laudabit quempiam, intelliget, exponenda sibi esse [89] fortunæ bona. Ea sunt, generis, pecuniæ, propinquorum, amicorum, opum, valetudinis, formæ, virium, ingenii, ceterarumque rerum, quæ sunt aut corporis, aut extraneæ: si habuerit, bene his usum; si non habuerit, sapienter caruisse: si amiserit, moderate tulisse. Deinde, quid sapienter is, quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter, quid juste, quid magni-

[m] *præcepta rudia et* trita quæ ad laudationes pertinent. [n] *si enim statuamus res duplicis generis spectandas esse, alias quæ natura vel fortuna dentur hominibus, alias quas sibi homines comparare possunt, ut Crassus dixit,* &c.

85. *Opus est.* i. e. commodum est.

86. *Cui primum mulieri.* Popilia si matronarum prima publice post mortem laudata est, erravit Plutarchus in vita Camilli, qui diu ante Popiliam funebris orationis honorem matronis concessum refert, propterea quod ornamenta sua ad persolvendum Apollini votum contulissent: nisi forte tanto post id senatusconsultum tempore nulla sit laudata; quod vix credibile est. *Strebæus.*

87. *Contra collegam.* Cn. Domitium Ahenobarbum, Neronis imperatoris atavum, de quo dicebatur non esse mirandum, quod barbam haberet aheneam, cui os ferreum, et cor plumbeum esset. Censor fuit anno U. C. DCLXII. ante Christum XCII. Cum L. Crasso graves exercuit inimicitias. Vide Plinium, lib. XVII. cap. I. et Valerium Maximum, lib. ix. cap. 1. *Proust.*

88. *Qui laudabit quempiam, intelliget, exponenda sibi esse fortunæ bona.* Putabam deesse *naturæ:* quia subjunguntur exempla non earum modo rerum, quæ a fortuna, sed etiam quæ a natura proficiscuntur, generis, pecuniæ, propinquorum, amicorum, opum, valetudinis, formæ, virium, ingenii, ceterarumque rerum, quæ sunt aut corporis, aut extraneæ. Pleraque pertinent ad naturam et hæc tamen fortunæ bona vocavit. Præterea cum dicat: *Aut corporis, aut extraneæ,* quis non intelligit, ea, quæ sunt corporis, naturæ esse, non *fortunæ?* Extranea vero ne ipsa quidem fortunæ sunt omnia: nam nobilitas generis, amicitia, propinquitates, extranea sunt, quia nec ad animum, nec ad corpus pertinent: fortunæ tamen bona esse, nemo vere dixerit. His de causis mutilum esse locum opinabar: sed infra quoque, lib. ii. 84. confundi fortunæ et naturæ bona animadverti, proposito tantum fortunæ nomine. *Perspicuum est,* inquit, *alia esse in homine optanda, alia laudanda. Genus, forma, vires, opes, divitiæ, ceteraque quæ* fortuna *det, aut extrinsecus, aut corpori, non habent in se veram laudem, quæ deberi virtuti uni putatur; sed tamen, quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maxime cernitur, tractanda etiam in laudationibus hæc sunt* naturæ, et fortunæ *bona.* Primum dixit, *quæ fortuna det,* uni fortunæ tribuens ea, quæ proxime nominaverat, *genus, formam, vires, opes, divitias:* quorum pars a natura est: deinde subjunxit, *hæc naturæ et fortunæ bona:* quasi jam de utraque locutus esset. Itaque nihil statuo; et aliorum industriæ libenter locum relinquo. *Manutius.*

89. *Fortunæ bona.* Fortunæ nomine h. l. et natura intelligenda, quæ additur in præcedentibus, ut bene monuit Pearcius. *Ernest.*

fice, quid pie, quid grate, quid humaniter, quid denique cum aliqua virtute aut fecerit, aut tulerit. Hæc, et quæ sint ejus generis, facile videbit, qui volet laudare quempiam: et qui vituperare, contraria. Cur igitur dubitas, inquit Catulus, facere hoc tertium [o] genus, [p] quoniam inest in ratione rerum? non enim, si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum. Quia nolo, inquit, omnia, [q] quæ cadunt aliquando in oratorem, [90] quamvis exigua sint, ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine præceptis suis. Nam et testimonium [r] sæpe dicendum est, ac nonnumquam etiam accuratius, ut mihi necesse fuit in [91] Sex. Titium, seditiosum civem et turbulentum: explicavi in eo testimonio dicendo, omnia consilia consulatus mei, quibus illi tribuno plebis pro republica restitissem, quæque ab eo contra rempublicam facta arbitrarer, exposui. Diu retentus sum, [s] multa audivi, multa respondi. Num igitur placet, cum de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis, quasi in arte tradere? Nihil sane, inquit Catulus, necesse est.

(12.) Quid si (quod sæpe summis viris accidit) mandata sint exponenda, aut in senatu ab imperatore, aut ad imperatorem, aut ad regem, aut ad populum aliquem a senatu? num quia genere orationis in hujusmodi causis accuratiore est utendum, idcirco pars etiam hæc causarum numeranda videtur, aut propriis præceptis instruenda? Minime vero, inquit Catulus: non enim deerit homini diserto in ejusmodi rebus facultas, ex ceteris rebus et causis comparata. Ergo item, inquit, illa, quæ sæpe diserte agenda sunt, et quæ ego paullo ante (cum eloquentiam laudarem) dixi oratoris esse, neque habent suum locum ullum in divisione partium, neque certum præceptorum genus, et agenda sunt non minus diserte, quam quæ in lite dicuntur, objurgatio, cohortatio, consolatio: quorum nihil est, quod non summa dicendi ornamenta desideret: [t] sed ex artificio res istæ præcepta non quærunt. Plane, inquit Catulus, assentior.

Age vero, inquit Antonius, qualis oratoris, et quanti hominis in dicendo, putas esse, historiam scribere? [u] Si, ut Græci scripserunt, summi, inquit Catulus: si ut nostri, nihil opus est oratore: satis est, non esse mendacem. Atqui, ne nostros contemnas, inquit Antonius, Græci quoque sic initio scriptitarunt, ut noster [92] Cato,

[o] Nempe exornativum. [p] *quoniam est in ordine trium dicendi generum.* [q] *quæ ab oratore dici et tractari possunt aliquando, de iis nolo ita dicere, quasi sine oratoriis præceptis tractari non possint.* [r] *ab oratore confirmandum vel infirmandum.* [s] ab accusatore. [t] *non debet ars oratoria istis rebus propria præcepta ponere,* siquidem sufficiunt communia. [u] *si ita scribatur historia, uti eam scripsere Græci, summum oratorem desiderat;* est enim ab illis ornate scripta.

90. *Quamvis exigua sint.* Id est, quamvis facilia sint, seu paucis verbis tractari possint: sic ii. 84. *nec, illud tertium, laudationum, genus est difficile—sed quia multa sunt genera et graviora et majoris copiæ, de quibus nemo fere præciperet, totum hunc segregabam locum.* Non opus est igitur, ut cum Riccobono legamus, *quamvis* egregia *sint. Pearce.*

91. *Sex. Titium.* Hic tribunus plebis fuit anno U. C. DCLV. ante Christum XCIX. cum agraria lege lata plebem sibi vellet demereri, consulem Antonium, qui hic loquitur, acrem habuit adversarium. *Julius Obsequens. Proust.*

92. *Cato——Piso. Cato* Censorius scripsit VII. libros Origin.

[93] ut Pictor, [94] ut Piso. Erat enim historia nihil aliud, nisi [95] annalium confectio: cujus rei [96] memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum usque ad [97] P. Mucium, pontificem maximum, res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus, [98] efferebatque in [x] album, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi; [99] ii, qui etiam nunc annales maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Græcos [1] Pherecydes, [2] Hellanicus, [3] Acusilas fuit,

[x] *in librum, in tabulam, ut ex ea populus posset historiam cognoscere; quæ tabulæ appellantur etiam nunc annales maximi.*

93. *Ut Pictor.* Fabii clarissima gens, teste Plinio, lib. xxxv. cap. 4. Pictorum nomen ex eo traxerunt, quod princeps ejus cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno U. C. CCCCL. ante Christum CCCIV. Ex Fabiis Pictoribus alius ædem Salutis pinxit, alius consulatum gessit cum Ogulnio, alius jurisconsultus, alius, de quo jam agimus, historicus fuit, si Livio credimus, *scriptorum antiquissimus*, cui prænomen erat Quinctus, ut ex Appiano recte colligit Vossius. In Romanos plus æquo propensus, in describendo bello Punico Carthaginiensium gloriam sæpe deterit. In quo reprehenditur a Polybio. Floruit anno U. C. DXXX. ante Christum CCXXIV. *Proust.*

94. *Piso.* L. Piso *vir tanta virtute atque integritate fuit*, teste Tullio, *ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur.* Consul fuit anno DCXXI. ante Christum CXXXIII. Orationes reliquit et annales, ut quidem refert Cicero, sane exiliter scriptos, quos tamen simplicissima fuisse suavitate Gellius tradit lib. xi. cap. 14. *Proust.*

95. *Annalium confectio.* Sempronius Asellio apud Gellium, lib. v. cap. 13. hoc statuit annales inter et historiam discrimen, quod annales tantummodo quid factum, quoque anno gestum sit aliquid exponant: historia vero non modo quid factum sit demonstret, verum etiam et rerum causas, et hominum consilia explicet. *Proust.*

96. *Memoriæ.* Memoria publica, est rerum publicarum, publice, in senatu, concione, bello gestarum. *Ernest. in Clave.*

97. *P. Mucium.* Non eum quo præceptore usus est in jure civili Cicero; nam is est Q. Mucius et ipse pontifex maximus; sed hujus patrem P. Mucium, qui consul fuit anno U. C. DCXXI. ante Christum CXXXIII. *Proust.*

Ibid. *P. Mucium, pontificem max.* Miror hunc putari eum Scævolam, quo magistro usus est Cicero in jure civili: ut in libro de amicitia scriptum est: nam is est Q. Mucius, qui et ipse pontifex max. fuit: hic autem P. Mucius, Q. Mucii pater proxime nominati, consul anno urbis DCIX. de quo in Oratione pro domo, 34. lib. ii. 21. de Legg. lib. i. 41. de Nat. Deor. et Epist. 5. lib. 12. ad Att. *Manutius.*

98. *Efferebatque in album.* Lambinus corr. *referebatque in album;* recteque probat Pearcius. Si esset *de albo*, quod publice, in foro, &c. proponeretur, eo referrem *efferebat.* Sed tabula illa, in qua scripserat, domi proponebatur, in atrio scil. *Ernest.*

Ibid. *Album*, tabula alba, in qua edicta et alia hujusmodi proponebantur, item omnes libelli, tituli proponendi in publico. *Ernest. in Clave.*

99. *Ii, qui etiam nunc*, &c. Refer ad annales maximos: nam pronomina ad sequens substantivum referuntur; et sufficiebat *qui:* sed et aliis locis pronomen demonstrativum sic additur. Ed. s. l. et a. ed. Lips. habent *hique*, quod recepit Pearcius. W. *hi, qui.* at in hac fere semper est *hi* pro *ii.* Sic post c. 15. pro *denique ei qui profitetur esse*, ed. W. habet *hi*, alia *his. Ernest.*

1. *Pherecydes.* Atheniensis historicus, alius a Pherecyde Syrio antiquiore, physico, et theologo, historiam primus oratione numeris soluta scripsit Darii, Hystaspis filii, temporibus, adeoque floruit circa Olympiad. LXVIII. annis ante Christum DVIII. Eusebium et Suidam, qui duos agnoscunt Pherecydas historicos, graviter errare observavit Scaliger, et recte probat Vossius, lib. iv. de historicis Græcis, cap. 4. *Proust.*

2. *Hellanicus.* Hellanici duo sunt: alter Mitylenæus, sive Lesbius, scripsit de antiquissimis gentium principibus, et alia quam plurima: Herodotum annis duodecim præcessit, ut ex Pamphila refert Gellius, lib. xv. cap. xxiii. adeoque natus est anno I. Olympiadis LXXI. ante Christum CCCCXCVI. nec nisi octoginta quinque post annis obiit, ut testatur Lucianus in Macrobiis. Alter Milesius fuit; de utroque suo more Vossius erudite disserit. *Proust.*

3. *Acusilas.* Argivus historicus quæ vincta numeris oratione Hesiodus, eadem

aliique permulti; talis noster Cato, et Pictor, et Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornatur oratio, [y] modo enim huc ista sunt importata, et, dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem. [z] Paullulum se erexit, et addidit historiæ majorem sonum vocis vir optimus, Crassi familiaris, [4] Antipater. Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

(13.) Est, inquit Catulus, ut dicis: sed iste ipse Cœlius neque distinxit historiam [5] varietate locorum; neque verborum collocatione, et tractu orationis leni et æquabili perpolivit illud opus; sed ut homo [6] neque doctus, neque maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit: vicit tamen, ut dicis, superiores. Minime mirum, inquit Antonius, si ista res adhuc nostra lingua illustrata non est. Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi ut in causis atque in foro eluceat: apud Græcos autem eloquentissimi homines, remoti a causis forensibus, cum ad ceteras res illustres, tum ad scribendam historiam maxime se applicaverunt. Namque et [7] Herodotum illum, qui [a] princeps genus hoc ornavit, in causis nihil omnino versatum esse accepimus: atqui tanta est eloquentia, ut me quidem, quantum ego Græce scripta intelligere possum, magnopere delectet. Et post illum [8] Thucydides omnes dicendi artificio, mea sententia, facile vicit; qui ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur: ita porro verbis [9] aptus, et pressus, ut nescias, utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur. Atqui ne hunc quidem,

[y] non ita pridem hæc orationis ornamenta a Græcis didicimus. [z] historiam velut jacentem humi extulit, et oratione grandiori scripsit. [a] qui primus historiam ornate scripsit.

soluta scripsit; aut potius hujus carmina pedestrem in sermonem transtulit, et tanquam sua edidit, ut docet Clemens Alexandrinus, lib. vi. Stromatum. Paulo ante Persarum in Græcos expeditionem, hoc est, Olympiade circiter LXXII. annis ante Christum CCCCXCII. vixisse tradit Josephus, lib. i. contra Apionem. *Proust.*

4. *Antipater.* L. Cœlius Antipater belli Punici historiam edidit, ut ait Tullius in Oratore, et L. Crassi, qui in his dialogis primas tenet, magister fuit, ut idem refert in Bruto, quem consule ad n. 102. *Proust.*

5. *Varietate locorum.* Interdum suspicatus sum *rerum;* quia opponitur *verborum collocatio*, et *tractus orationis*, &c. tum paullo post de Thucydide sunt *res* et *verba.* Possum *locorum* explicare, genera argumentorum, quæ narrantur; sed tamen res est suspecta. *Ernest.*

Ibid. *Varietate locorum.* Id est, regionum: et ita Cicero in cap. sequenti, quum de historiæ legibus sermo est, dicit, *Rerum ratio ordinem desiderat, regionum descriptionem. Pearce.*

6. *Neque doctus.* Hoc refertur ad dicendum, (nam juris valde peritus fuisse perhibetur Brut. c. 26.) et significatur, Antipatrum, ut ab natura parum aptum, sic arte et doctrina non satis paratum ad dicendum fuisse, notante Schützio. *Harl.*

7. *Herodotum.* Herodotus patria Halicarnasseus, ut ipse testatur, Thurius deinde appellatus, quod, ut ait Strabo, socium se deducendæ in Thurios coloniæ præbuisset. Historiæ pater floruit Olympiade LXXXIV. annis ante Christum CCCCXLIV. *Proust.*

8. *Thucydides.* Is fuit Olori filius, qui ad bellum Peloponnesiacum scribendum excitatus est, cum Herodotum libros suos recitantem audiisset. Claruit Olympiade LXXXVII. annis ante Christum CCCCXXX. *Densus*, inquit Quintilianus, lib. x. cap. I. *et brevis, et semper instans sibi Thucydides; dulcis, et candidus, et fusus Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluptate.* Eum tamen interdum tam obscurum esse, ut vix intelligatur, Cicero fatetur in Bruto. *Proust.*

9. *Aptus.* Proprie est participium verbi obsoleti *apio* vel *apiscor*, et denotat compactum, coagmentatum. H. l. igitur *aptus et pressus* est adstrictus et non redundans. *Harl.*

quamquam est in republica versatus, ex numero accepimus eorum, [10] qui causas dictitarunt: et hos libros tum scripsisse dicitur, cum a republica remotus, atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exilium pulsus esset. Hunc consecutus est Syracusius [11] Philistus, qui, cum Dionysii tyranni familiarissimus esset, otium suum consumsit in historia scribenda, maximeque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus. Postea vero, quasi ex clarissima [b] rhetoris officina, duo præstantes ingenio, [12] Theopompus et [13] Ephorus, ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt: causas omnino numquam attigerunt.

(14.) Denique etiam a philosophia profectus princeps [14] Xenophon, [c] Socraticus ille, post ab [d] Aristotele [15] Callisthenes, comes Alexandri, scripsit historiam: et hic quidem rhetorico pæne more: ille autem superior, leniore quodam sono est usus, et qui illum impetum oratoris non habeat; vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem videtur, dulcior. Minimus natu horum omnium [16] Timæus, quantum autem judicare possum, longe erudi-

[b] *e schola Isocratis.* [c] *discipulus Socratis.* [d] *discipulus Aristotelis.*

10. *Qui causas dictitarunt.* Accipiendum est de toto genere; non ad ætatem ipsius referendum: alias esse deberet *dictitarent:* quamquam scriptura MSS. ut Erl. *dictitar.* utroque modo legi potest. *Ernest.*

Ibid. *Causas dictitarunt.* I. e. frequenter caussas dixerunt, sive id munus in se susceperunt, ut pro amicis et clientibus caussas dicerent. *Dictitare* est verbum frequentativum, ut cum Grammaticis loquar. Thucydides fertur Byrilampem in judicio, Pericle accusante, oratione defendisse, sed caussas non sæpe egit, si historiæ fides est. *Pearce.*

11. *Philistus.* Patria Syracusius *pene pusillus Thucydides* a Cicerone, lib. II. Epist. 12. ad Q. fratrem, appellatus; quia, ut notat Fabius, lib. x. cap. I. erat *imitator Thucydidis, et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior.* Obiit Olympiade CVI. annis ante Christum CCCLVI. Cum pro Dionysio juniore in prælio navali pugnaret, victus violentas sibi manus attulit, ut narrat Diodorus Siculus. *Proust.*

12. *Theopompus.* Chius, clarissimus, Dionysio Halicarnasseo teste, omnium Isocratis discipulorum. Auctor est Suidas eum historiarum Herodoti epitomen scripsisse. Refert Josephus Theopompum, cum vellet ex sacris codicibus quædam in suas historias transferre, mente turbatum fuisse; cumque in somno didicisset id accidisse, quod evulgare divina tentasset, ab incepto destitisse, pristinæque sanitati esse restitutum. Vixit annis ante Christum circiter CCCLX. *Proust.* Scripsit historiam libris XII. initio facto ubi Thucydides desiit, complexus annos 17. *Ernest. in Clave.*

13. *Ephorus.* Patria Cumæus, quem dicit Seneca sæpe decipi, sæpe decipere. Memoriæ prodidit Diodorus Siculus eum res a Græcis et Barbaris ab Heraclidarum reditu pene per DCCL. annos gestas, et in triginta volumina distributas, scripsisse. Discipulus Isocratis fuit ac floruit Olympiade CIX. annis ante Christum CCCXLIV. *Proust.*

14. *Xenophon.* Atheniensis, Socratis primum auditor, tum dux in bello præclare factis ita summi imperatoris famam adeptus est, ut privatus subinde studiis eloquentiæ palmam multis præripuerit. Refert Suidas datum ei nomen Atticæ Musæ, vel apis Atticæ, quod, ut ait Tullius, ejus oratio sit melle dulcior. Maxime floruit, teste Laërtio, Olympiadis XCIV. anno IV. nempe ante Christum CCCCI. Nonagenario major apud Corinthum obiit, anno I. Olympiadis CV. ante Christum CCCLX. *Proust.*

15. *Callisthenes.* Olynthius, Aristotelis non modo discipulus, verum etiam consobrinus, ut narrat Laërtius, tantæ fuit arrogantiæ, ut scripta sua factis Alexandri Magni superiora esse prædicaret. Odiosus Alexandro, quod divinos ipsi decerni honores dissuasisset, minimeque aulæ et assentantium accommodatus ingenio, initæ in caput regis conjurationis falso suspectus, ante tortus interiit Olympiadis CXIII. anno II. ante Christum CCCXXVII. *Nullius cædes,* inquit Curtius, lib. VIII. *majorem apud Græcos Alexandro excitavit invidiam, quam quod præditum optimis moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam erat, cum interfecto Clyto mori perseveraret, non tantum occiderit, sed etiam torserit, indicta quidem causa.* Arrianus, Plutarchus, &c. *Proust.*

16. *Timæus.* Tauromenii in Sicilia natus, trecentis circiter ante Christi ortum annis floruit, regnante Agathocle, cui ob

tissimus, et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus, et ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum usum forensem.

Hæc cum ille dixisset, Quid est, inquit, Catule, Cæsar? [17] ubi sunt, qui Antonium Græce negant scire? quot historicos nominavit? quam scienter? [e] quam proprie de unoquoque dixit? Id mehercule, inquit Catulus, admirans, illud jam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc, cum hæc nesciret, in dicendo posse tantum. Atqui, Catule, inquit Antonius, non ego utilitatem aliquam ad dicendum aucupans, horum libros, et nonnullos alios, sed delectationis causa, cum est otium, legere soleo. Quid ergo est? [18] fatebor: aliquid tamen: ut, cum in sole ambulem, etiamsi aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer; sic, cum istos libros ad [f] [19] Misenum (nam Romæ vix licet) studiosius legerim, sentio [20] orationem meam illorum [g] tactu quasi colorari. Sed

[e] *quam eleganter dixit quæ propria cujusque virtus in scribendo foret.* [f] *in villa mea, quæ est prope Misenum.* [g] *illorum oratione suavi.*

indictum exsilium ulciscendi studio fuit præter modum infensus, adeo ut in hujus principis rebus nullam, auctore Suida, fidem mereatur. Varia fuit de ipso veterum sententia: hic eximie laudatur a Cicerone. Eum alii censent nullo delectu quidlibet in suas historias infercisse, Hesychiusque et Suidas eum γραοσυλλέκτριαν, *anum collectricem*, appellatum fuisse referunt. Longinus libro περὶ ὕψους, Timæum dicit sæpe frigidum, et ad puerilia delabi. Ait Diodorus Siculus propter intempestivas reprehensiones nuncupatum esse ἐπιτίμαιον, id est reprehensorem. Annos XCVI. vixit, teste Luciano in Macrobiis. *Proust.*

17. Ubi *sunt?* i. e. errant, qui negant: eleganter. *Ernest. in Clave.*

18. *Fatebor: aliquid tamen.* Distinctionem tollunt edd. W. s. l. et a. Lips. non bene. nam sensus ita commodus nullus: in hac distinctione autem sensus est: fatebor, (sc. non in eo esse omnia, aut valde multum:) sed aliquid tamen inest, quod prosit, idque similitudine apta declaratur. *Fatebor* semper in deteriorem partem dicitur; at, quod sequitur, est bonum: igitur sic locus explicandus. Deinde vere punctum scripsi post *tamen:* nec enim *fieri* ad *fatebor* referendum, sed ad *sentio*, quod in altera parte est. *Ernest.*

19. *Misenum.* Misenus mons Campaniæ: vulgo *Miseno.* Misenum oppidum vocant Josephus et Orosius: a Miseno qui Æenean in Italiam secutus erat, nomen accepit. *Virgilius Æneid.* lib. vi. 189. *Proust.*

20. *Orationem meam illorum tactu quasi c.* Ante multos annos, cum hos libros tractarem cum juvenibus quibusdam, quibus eos, exercendæ ad modum eum, quem ipse præissem in scholis publicis, interpretationis et criticæ artis causa, proposueram, unus ex iis, qui nunc in aula Dresdensi claret, Vir ill. et generos. *de Rœder*, proposuit hanc conjecturam, ut pro *cantu*, qui nimis abhorreret a *colorandi* verbo, etsi per *quasi* emollito, legendum diceret videri, *tactu:* ingeniose sane et eleganter. Ego vestigiis vulgatæ similius putaram *contactu* e cujus verbi scriptura compendiaria *cantu* nasci potuisset: idque est proprium et usitatissimum verbum de solis hac vi ad colorandum, &c. Ecce vero MS. Erl. plane habet *tactu*: quæ profecto non est librarii aberratio. Itaque recepi. Sic *solis tactus* N. D. II. 15. *Ernest.*

Ibid. *Tactus*, de sideribus. Nat. D. II. 15. *is solis* tactus *est, ut non tepefaciat solum, sed etiam comburat.* Div. II. 46. *plus terrarum situs, quam lunæ* tactus *ad nascendum valere.* Quamquam Gruter. et Davis, &c. hic habent *tractus.* Ea vox quod nullum commodum sensum haberet, Jo. Clericus, cujus sententiam probat Davisius, legebat *status*, ex c. 44. non absurde; sed non opus est, a Codd. MSS, recedere, quorum multi habent *tactus*, quidam *actus* et *tractus;* quæ voces minus abeunt a *tactus*, quam a *status. Tactus* commode explicari potest; est enim vis lunæ in res terrestres, quæ ei tribuitur, vulgo: influxus lunæ. Sic soli *tactum* tribui vidimus, eodemque sensu *contactus* et *contagio* dicuntur. Ap. Vitruv. ix. 9. in libris est *tractus cœli:* pro quo recte repositum est *tactus cœli:* i. e. pressio aëris. Apud Virgil. *cœli tractus*, Æn. iii. 138 de aëre quoad spiritu trahitur: ubi tamen Codd. habent *tactus*: Burmannusque optionem relinquit lectori. Ego et ibi *tactus* prætulerim, quia etiam de arboribus et segetibus sermo. *Ernest. in Clave.*

Non sine causa suspicatur politissimus

[h] ne latius hoc vobis patere videatur, hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi, qui scripserunt, voluerunt a vulgo intelligi. [21] In philosophos vestros si quando incidi, deceptus indicibus librorum, quod sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus, de virtute, de justitia, de honestate, de voluptate, verbum prorsus nullum intelligo: ita sunt angustis et concisis disputationibus illigati! Poëtas omnino, [22] quasi alia quadam lingua locutos, non conor attingere. cum his me (ut dixi) oblecto, qui res gestas, aut qui orationes scripserunt suas, aut qui ita loquuntur, ut videantur [23] voluisse nobis, qui non sumus eruditissimi, esse familiares. [i] Sed illuc redeo.

(15.) Videtisne, quantum munus sit oratoris historia? [k] haud scio, an flumine orationis, et varietate maximum. Neque tamen eam reperio usquam separatim instructam rhetorum præceptis: sita sunt enim ante oculos. Nam quis nescit, primam esse historiæ legem, ne quid falsi dicere audeat? [l] deinde [24] ne quid veri non audeat? ne qua suspicio [m] gratiæ sit in scribendo? ne qua simultatis? Hæc scilicet fundamenta, nota sunt omnibus. Ipsa [n] autem exædificatio posita est in rebus, et verbis. Rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem: vult etiam, quoniam in rebus magnis memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea eventus exspectantur, et de consiliis significari quid scriptor probet, et in rebus gestis declarari, non solum quid actum aut dictum sit, sed etiam quomodo: et cum de eventu dicatur, ut [o] causæ explicentur omnes, vel casus, vel sapientiæ, vel temeritatis: hominumque ipsorum non solum res gestæ, sed etiam, qui fama ac nomine excellant, de cujusque vita, atque natura. Verborum autem ratio, et genus orationis [p] [25] fusum atque [26] tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens, sine hac judiciali [27] asperitate,

[h] *sed ne me litterarum Græcarum putetis esse peritiorem*, quam sim. [i] unde digressus sum; nempe aio nulla esse præcepta in rhetoricis propria historiæ. [k] *fortasse copia et dignitate orationis maximum.* [l] *ne quid, quod verum sit, non audeat dicere.* [m] *propensionis* erga partem alteram. [n] *structura historiæ.* [o] *ut explicentur causæ cur res facta sit, alias casu et fortuito, alias sapienter, aut temere.* [p] *numerosum, et cohærens.*

Ruhnkenius ad Timæi Lex. p. 78. Nostrum ob oculos habuisse Platonem Epist. VII. p. 718. F. Οἱ δὲ ὄντως μὲν μὴ φιλόσοφοι, δόξας δὲ ἐπικεχρωσμένοι, καθάπερ οἱ τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐπικεκαυμένοι.

21. *In philosophos vestros si quando incidi.* Malim *in philosophos vero:* quo videtur accedere unus Borromæi Cardinalis antiquus liber, in quo est, *in philosophos vero nostros. Manutius.*

22. *Quasi alia quadam lingua.* Poëtarum enim sermo ab oratione numeris soluta remotior est; maxime Græcorum, qui dialectos suas amant, verbis inusitatis gaudent, &c. *Proust.*

23. *Voluisse esse nobis*, &c. Ed. W. *esse* plane omittit, ed. s. l. et a. Lips. ponunt ante *familiares.* Carere hoc verbo oratio non potest, at durius est *voluisse esse.* Itaque editiones illas veteres et bonas secutus sum. Malim tamen esse post *familiares:* ubi facilius excidere aut absorberi potuit per finalem syllabam verbi, ut deinde alii plane non haberent, alii quo vellent loco ponerent. *Ernest.*

24. *Ne quid veri non audeat.* Recte *veri* pro *vere* jam reposuit Pearcius e MSS. et edd. vett. quibus consentit MS. E. Ego reperi in edd. J. A. non in primis. res ipsa jubet sic corrigi. Ed. Lips. *ne quid veri tacere audeat. Ernest.*

25. *Fusum* genus orationis, est lene, non asperum. *Ernest. in Clave.*

26. *Tractum.* h. e. lene. conf. Strebæum ad h. l. et Cicer. Orat. c. 20. init. *Harl.*

27. *Asperitate. Asperitas judicialis* cernitur in *πάθεσι*, sententiarum aculeis et omni illa contentione, quæ judiciali eloquentiæ propria est. *Ernest. in Clave.*

et sine sententiarum forensium aculeis [28] persequendum est. Harum tot tantarumque rerum [29] videtisne ulla esse præcepta, quæ in artibus rhetorum reperiantur?

In eodem silentio multa alia oratorum officia jacuerunt, cohortationes, consolationes, præcepta, admonita: quæ tractanda sunt omnia disertissime; sed locum suum [q] in illis artibus quæ traditæ sunt, habent nullum. [r] Atque in hoc genere illa quoque est infinita silva, quod oratori plerique (ut etiam Crassus ostendit) duo genera ad dicendum dederunt; unum de certa definitaque causa, quales sunt, quæ in litibus, quæ in deliberationibus versantur; addat, si quis volet, etiam [30] laudationes: alterum, quod appellant omnes fere scriptores, explicat nemo, infinitam generis sine tempore, et sine persona, quæstionem. Hoc quid et quantum sit, cum dicunt, intelligere mihi non videntur. Si enim est oratoris, quæcumque res infinite posita sit, de ea posse dicere; dicendum erit ei, quanta sit solis magnitudo, quæ forma terræ: de mathematicis, de musicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere suscepto, recusare. [31] Denique ei, qui profitetur esse suum, non solum de iis controversiis, [32] quæ temporibus et personis notatæ sunt, hoc est, de omnibus forensibus, sed etiam de generum infinitis quæstionibus dicere, nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptum.

(16.) Sed si illam quoque partem [33] quæstionum oratori volumus adjungere vagam, et liberam, et late patentem, ut de rebus bonis aut malis, expetendis aut fugiendis: honestis aut turpibus: utilibus aut inutilibus: de virtute, de justitia, de continentia, de prudentia, de magnitudine animi, de liberalitate, de pietate, de amicitia, de fide, de officio, de ceteris virtutibus, contrariisque vitiis, dicendum oratori putemus: itemque de republica, de imperio, de re militari, de [s] disciplina civitatis, de hominum moribus: [t] assumamus

[q] *in libris rhetorum qui artem oratoriam tradunt.* [r] *in iis rebus de quibus nulla præcepta tradita sunt, numerantur quæstiones duæ: altera definita, et personis rebusque circumscripta: altera infinita: quæ duæ quæstiones infinitam rerum sylvam et copiam complectuntur.* [s] *de arte politica.* [t] *demus* oratorem *disserere* de hominum moribus, *non fuse et implicate ut philosophos, sed obiter et quadantenus* pro sua facultate.

28. *Persequendum est.* Edd. vett. fere *prosequ.* Ego malim *sequendum*, quod est proprium et usitatum in hac sententia verbum: sed tamen et *perseq.* ferri potest. *Ernest.*

29. *Videtisne ulla esse pr.* Sic edidimus pro *nulla* ex edd. pr. idque melius est, ne *videtisne* sit accipiendum pro *nonne videtis*: quomodo sane aliquot locis, etiam Ciceronis, illa particula dicitur: sed tamen, ne ita accipere necesse sit, si ullo modo fieri potest, cavendum. *Ernest.*

30. *Laudationes.* Edd. omnes, *laudationis*: MSS. quidam tamen *laudationes*, quod recepit Pearcius. *Laudationis*, unde pendeat, non habet: nisi intelligas *causam*: quod mihi tamen durius videtur. *Ernest.*

31. *Denique ei, qui profitetur.* Ed. s. l. et a. Lips. habent *his, qui profitentur*; quod prope prætulerim, quia *profitentur* est etiam in ed. W. Sed ad sensum nil interest. *Ernest.*

32. *Q. t. et p. notatæ sunt.* Non dubitavi recipere conjecturam Lambini pro vulgato *notæ sunt*, quod fatentur sensum nullum præbere, cum *notatæ* sit proprium Ciceronis in hac re verbum, et in promtu sit, e compendiaria scriptura illud pro hoc nasci potuisse, ut *tractus* e *tractatus* et similia; et hæc ipsa verba commutata in libris reperiuntur. *Ernest.*

33. *Quæstionum—vagam. Vaga* quæstio est, quæ in genere versatur, non certis personis et temporibus adstricta. *Libera* quæstio est, quæ in genere versatur, nullis adstricta personis certis. *Ernest. in Clave.*

eam quoque partem, sed ita, ut sit circumscripta [34] modicis regionibus. Equidem omnia, quæ pertinent ad usum civium, morem hominum, quæ versantur in consuetudine vitæ, in ratione reipublicæ, in hac societate civili, [35] in sensu hominum communi, in natura, in moribus, comprehendenda esse oratori puto: si minus, ut separatim de his rebus philosophorum more respondeat; at certe, ut in causa prudenter possit intexere: hisce autem ipsis de rebus ut ita loquatur, ut ii, qui jura, qui leges, qui civitates constituerunt, locuti sunt, [36] simpliciter et [37] splendide, sine ulla serie disputationum, et sine jejuna concertatione verborum. Hoc loco, ne qua sit admiratio, si tot tantarumque rerum nulla a me præcepta ponentur, sic statuo: [38] Ut in ceteris artibus, cum tradita sint cujusque artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora, aut similia sint, tradi non necesse esse: ut in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit, posse eum cujusvis vel formæ, vel ætatis, etiamsi non didicerit, pingere; neque esse periculum, qui leonem, aut taurum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit: (neque est omnino ars ulla, in qua omnia, quæ illa arte effici possunt, a doctore tradantur: sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didicerunt, reliqua non incommode [u] persequuntur:) similiter arbitror, in hac sive ratione, sive exercitatione dicendi, qui illam vim adeptus sit, ut eorum mentes, [x] qui aut de republica, aut de ipsius rebus, aut de iis, contra quos, aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant, ad suum arbitrium movere possit, hunc de toto illo genere reliquarum orationum non plus quæsiturum esse, quid dicat, quam [39] Polycletum illum, cum Herculem fingebat, quemadmodum pellem, aut hydram fingeret, etiamsi hæc numquam separatim facere didicisset.

(17.) Tum Catulus: Præclare mihi videris, Antoni, posuisse ante oculos, quid discere oporteret eum, qui orator esset futurus, [40] quid

[u] *percipiunt.* [x] *qui judices sunt, quorum est aliquid statuere de iis rebus de quibus audiunt.*

34. *Modicis regionibus. Unter gewissen Einschränkungen.* De voc. *modicus* vid. ad I. c. 29. Mox *usus hominum* est consuetudo (*Umgang*) cum civibus, vita in civitate. *Harl.*

35. *In sensu hominum communi. Mit den allgemeinen menschlichen Empfindungen:* n. ut orator notationes et mores eorum, coram quibus verba facit, animique motus, et quomodo in auditoribus suis illi sint vel excitandi vel sedandi, probe sciat, idemque orationem moribus eorum, qui audiunt, accommodet, ut patriæ amorem præ se ferat. *Harl.*

36. *Simpliciter*, clare, ut ab omnibus intelligi possit. *Ernest. in Clave.*

37. *Splendide.* h. e. clare, perspicue. *Harl.*

38. *Ut in ceteris artibus.* Longior periodus fecit et corruptelis locum et obscuritati. Itaque primum corrigenda fuit, dedimusque in principio *sint*, pro *sunt*, ex edd. vett. nostris et Pearc. et MS. E. item ex iisdem *necesse esse* pro *est:* atque ita hæc pars similitudinis conformatur alteri, ubi sint conjunctivi et infinitivi. Deinde hæc: *neque est omnino ars—persequuntur*, debent in parenthesi dicta accipi, cujus signa addidimus. Ita obscuritas tolletur. Atque ita etiam non necessarium erit cum Pearcio legere *neque enim est o.* etsi est mollius. *Ernest.*

39. *Polycletum.* Sicyonium Statuarium insignem, celebrem Olympiade LXXXVII. annis ante Christum plus minus CCCCXXX. *Proust.*

40. *Quid etiam, si—assumere.* Primum hic interpunctionem antiquam edd. pr. restituimus, post *etiam;* deinde fidenter correximus *assumere*, pro *assumeret:* pendet enim

etiam, si non didicisset, ex eo, quod didicisset, assumere: deduxisti enim totum hominem in duo solum genera causarum, cetera innumerabilia exercitationi, et [y] similitudini reliquisti. [z] Sed videto, ne in istis [41] duobus generibus hydra tibi sit, et pellis: Hercules autem, et alia opera majora, ne in illis rebus, quas prætermittis, relinquantur. Non enim mihi minus operis videtur de universis generibus rerum, quam de singulorum causis, ac multo etiam majus de natura deorum, quam de hominum litibus dicere. Non est ita, inquit Antonius, dicam enim tibi, Catule, [a] non tam doctus, quam, id quod est majus, expertus. [42] Omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, [43] ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium litterarum et politioris humanitatis experti: in causarum contentionibus magnum est quoddam opus, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum: in quibus vis oratoris plerumque ab imperitis exitu et victoria judicatur: ubi adest armatus adversarius, qui sit et feriendus, et repellendus; ubi sæpe [b] is, [44] qui rei dominus futurus est, alienus atque iratus, aut etiam amicus adversario et inimicus tibi est; cum aut docendus is est, aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus, aut omni ratione ad tempus, ad causam, oratione moderandus: ([45] in quo sæpe benevolentia ad odium, odium autem ad benevolentiam deducendum est:) qui tanquam [46] machinatione aliqua tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est [47] con-

[y] reliquisti cognoscenda ex aliorum quæ didicerit similitudine. [z] *cave ne ista duo genera,* judiciale scilicet, et deliberativum, quæ tantum assignas oratori, *sint velut hydra in Herculea statua, et pellis leonis qua Hercules tegitur,* hoc est, sint opera leviora et faciliora: *illa autem quæ præceptis non indigere dicis, sint Hercules,* hoc est, opera majora et difficiliora. [a] *dicam id quod non tam studio quam experientia didici.* [b] *is qui de tota controversia pro arbitrio statuet, est animo infenso.*

manifeste ab *oporteret:* quid oratorem oporteret discere, quid assumere. *Ernest.*

41. *Duobus generibus.* n. suasorio et judiciali; *hydra tibi sit et pellis,* i. e. opus minus, minor difficultas.—*de universis generibus rerum,* h. e. de quæstionibus infinitis; —*de singulorum caussis,* i. e. de rebus finitis. —*Herculis aut alia* Guelf. A. B. *Herculis et alia* C. tum *majora in illis* Guelf. A. *Harl.*

42. *Omnium ceter. r. oratio,* &c. Tota hæc ῥῆσις est longius tracta, et obscuriuscula, per frequentiam implicatarum sententiarum: nec videntur integra esse omnia: saltem illa extrema: *Omnium sent. grav.* &c. sunt abrupta, nec satis coëunt cum præcedentibus. Vix Ciceronem hic agnoscas. *Ernest.*

43. *Ludus.* De re facili. *Ernest. in Clave.*

44. *Qui rei dominus futurus est.* Intellige judicem, in cujus potestate caussa est. *Ernest.*

Ibid. *Qui rei dominus futurus est.* i. e. judex, a cujus voluntate pendet, ut id efficias quod velis, [sive, ut cap. super. fine dicitur, qui cum aliqua statuendi potestate audit]. *Pearce.* Sic Xenoph. in Hist. gr. libr. vii. cap. 3. sect. 6. (ubi v. Morum p. 380.) eos, penes quos est statuere, quisnam dignus sit supplicio, nominat κυρίους. Demosth. in or. de corona cap. 3. init. judices quoque κυρίους vocat. *Harl.*

45. *In quo sæpe benev.—deducendum est.* Hæc sunt in parenthesi capienda: nam, *qui tanquam mach.* cum superioribus nectuntur, et ad judicem pertinent. Ac nescio an sint transposita, et post *contorquendus* ponenda, ubi cum ceteris, *omnium sententiarum,* &c. bene coirent. *Ernest.*

46. *Machinatione.* Ut tormentis machinisque bellicis quatiuntur muri, capiuntur arces; sic affectibus commotis animi expugnantur. *Proust.*

Ibid. *Machinat.* Translate dixit πάθος et adfectum. Nam, quemadmodum machinatione aliqua tela mittuntur, moles murorum atque ædificiorum jactantur in omnes partes; sic etiam adfectibus varie animi contorquentur. *Strebæus.*

47. *Contorquendus.* Contorquere dicitur proprie de eo motu hastæ, aut cujuscunque

torquendus. Omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum. Accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, [48] plena veritatis. In his operibus [49] si quis illam artem comprehenderit, ut, tanquam [50] Phidias, Minervæ signum efficere possit; [51] non sane, [52] quemadmodum in clypeo idem ille artifex, minora illa opera facere discat, laborabit.

(18.) Tum Catulus: Quo ista majora ac mirabiliora fecisti, eo me major exspectatio tenet, quibusnam rationibus, quibusve præceptis ea tanta vis comparetur: non quo mea quidem jam intersit, (neque enim ætas id mea desiderat, et aliud quoddam genus dicendi nos secuti sumus, qui numquam sententias de manibus judicum vi quadam orationis extorsimus, ac potius placatis eorum animis, tantum, quantum ipsi patiebantur, accepimus,) sed tamen ista tua, nullum ad usum meum, tantum cognoscendi studio adductus requiro. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi pervulgata præcepta decantet, cum ipse numquam forum, numquam ullum judicium adspexerit; ut [53] peripateticus ille dicitur [54] Phormio; [55] cum Hannibal Carthagine expulsus Ephesum ad

jaculi, quo ei majorem vim atque impetum addimus, ut rotatione gladio. Atque is motus eaque agitatio fit, pro ratione jaculorum, aut manu, aut machina aliqua, quæ hinc tormentum dicitur. Exempla crebra sunt apud poëtas. Hinc fit, ut, quicquid celerius movetur et fertur, quicquid vehementius propter brevitatem aut celeritatem pronunciationis ferit, quæ acutiores sunt brevioresque conclusiones, quibus pæne resisti, quamvis falsis, tamen non potest, id omne *contorqueri*, *contortum* dicatur. *Ernest. in Clave.*

48. *Plena veritatis.* i. e. plena iis adfectibus, quos non præ se fert sed revera habet orator. Quinctil. Inst. Or. vi. 2. Histrionum adfectus *falsos* vocat, Oratorum *veros*; additque, *nec agamus* (sc. nos Oratores) *rem quasi alienam, sed adsumamus illum dolorem*: vide etiam, quæ [Quinctil. l. c. inprimis sect. 26. sqq.] de eadem re loquitur Noster in hujus libri capp. 45, 46, 47. *Pearce.*

49. *Si quis*, &c. Hujus loci sententia est: Quemadmodum artifex, si quod est præcipuum ac difficillimum possit efficere, et statuam veluti ponere, de statuæ ornamentis ac levioribus operibus non laborabit: ita orator, si quod in arte sua maximum est, assecutus fuerit, reliqua facile comprehendet. *Proust.*

50. *Phidias.* Celebris ebore sculpendo statuarius, præter Jovem Olympium, quem nemo æmulatur, inquit Plinius, lib. xxxiv. cap. 8. fecit et ex ebore Minervam. Floruit Olympiade LXXXIII. ante Christum annis CCCCXLVIII. *Proust.*

51. *Non sane*, &c. In his aliquid vitii esse, alii viderunt, tentavitque tollere Pearcius, qui mihi non satisfecit. Puto, sic esse locum constituendum: *non sane, quemadmodum, ut in clypeo idem ille artifex, minora i. o. f. d. laborabit.* Possis etiam *ut* ante *minora* ponere. *Ernest.*

52. *Quemadmodum in clypeo idem ille artifex.* Metuo, ut sit hic locus integer: per voces *idem ille artifex* significatur Phidias: num igitur hoc dicit Antonius, neminem Sculptorem laboraturum esse, quemadmodum *Phidias* discat facere illa opera minora? Nihil minus; sed quemadmodum ipse discat. Emendandum igitur locum hoc modo censeo. *Non sane, quemadmodum in clypeo*, UT *idem ille Artifex, minora illa opera facere discat, laborabit.* Indoctis librariis voces *ut* et *quemadmodum* idem significare forsitan videbantur. Nunc vero posterior sententia priori bene respondet: sensus autem est: si quis possit efficere signum Minervæ, ut effecit Phidias, facile discet minora illa opera, quæ in clypeo erant, facere, ut idem Phidias facile didicit. *Pearce.*

53. *Peripateticus ille dicitur Phormio —locutus esse dicitur.* Primum *dicitur* delendum est, nisi Cicero consulto bis posuit propter interpositam parenthesin longiorem. *Ernest.*

54. *Phormio.* Peripateticus ille philosophus, qui se deridendum obtulit Hannibali, vixit Olymp. CXLV. annis ante Christum CC. *Proust.*

55. *Cum Hannibal.* De hac re ita scriptum reperitur apud Stobæum, Serm. LII. p. 366, 25. Ἀννίβας ἀκούσας στωϊκοῦ τινος

[56]Antiochum venisset exsul, [c]proque eo, quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si vellet, audiret; cumque [d]se non nolle dixisset; locutus esse dicitur, homo copiosus, aliquot horas de imperatoris officio, et de omni re militari. Tum, cum ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Hannibale, quidnam ipse de illo philosopho judicaret. Pœnus non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur, multos se deliros senes sæpe vidisse; sed qui magis, quam Phormio, deliraret, vidisse neminem. [57] Neque mehercule injuria. Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui [58] tot annos de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset, numquam denique minimam partem ullius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi præcipiunt, videntur: quod enim ipsi experti non sunt, id docent ceteros. Sed hoc minus fortasse errant, quod [59] non te, ut Hannibalem, sed pueros, aut adolescentulos docere conantur.

(19.) Erras, Catule, inquit Antonius: nam egomet [e]in multos jam Phormiones incidi. Quis enim est istorum Græcorum, qui quemquam nostrum quidquam intelligere arbitretur? Ac mihi quidem non ita molesti sunt; facile omnes perpetior et perfero. Nam aut aliquid afferunt, quod mihi non displiceat: aut efficiunt, ut me non didicisse minus pœniteat. Dimitto autem eos non tam contumeliose, quam philosophum illum Hannibal, et [f]eo fortasse [60] plus habeo etiam negotii: sed tamen est eorum doctrina, quantum ego judicare possum, perridicula. Dividunt enim [g]totam rem in duas partes, in causæ controversiam, [61] et in quæstionis. Causam ap-

[c] *et quia ille* Phormio *magna erat eruditionis gloria, invitatus esset* Hannibal. [d] *dixisset se libenter auditurum.* [e] *in multos similes isti Phormioni.* [f] *ob hanc meam humanitatem mihi sunt molestiores.* [g] *materiam omnem rhetoricæ subjectam.*

ἐπιχειροῦντος ὅτι ὁ σοφὸς μόνος στρατηγός ἐστιν, ἐγέλασε· νομίζων ἀδύνατον εἶναι ἐκτὸς τῆς δι' ἔργων ἐμπειρίας τὴν ἐν τούτοις ἐπιστήμην σχεῖν. *Ursinus.*

Rem non omnino dissimilem narrat Plutarchus in vita Arati, ubi Persæus philosophus ab Antigono custodiæ Acrocorinthi præpositus, quum arx ista ab Arato oppugnaretur, Cenchreas recessit. ὕστερον δὲ λέγεται σχολάζων, πρὸς τὸν εἰπόντα μόνον αὐτῷ δοκεῖν στρατηγὸν εἶναι τὸν σοφὸν, Ἀλλὰ νὴ τοὺς θεοὺς, φάναι, τοῦτο μάλιστα κάμοὶ ποτὲ τῶν Ζήνωνος ἤρεσκε δογμάτων· νῦν δὲ μεταβάλλομαι, νουθετηθεὶς ὑπὸ τοῦ Σικυωνίου νεανίου. p. 1037. F. Eandem historiam habet Eustathius ad Il. N. p. 953. 33. ed. Rom.

56. *Antiochum.* Syriæ regem, qui motus ab Hannibale, Romanis bellum intulit anno U. C. DLXII. ante Christum CXCII. ac triennio post a L. Cornelio Scipione consule, ejusque fratre legato P. Cornelio Scipione Africano ingenti strage profligatus, pacem iniquis conditionibus redemit. *Livius*, &c. *Proust.*

57. *Neque injuria.* Scil. id respondit. *Harl.*

58. *Tot annos.* N. ab anno urbis 534. quo ex Hispania per Galliam in Italiam ivit, (Liv. xxi. 32.) usque ad A. U. 550, quo eum Scipio Africanus in Africa devicit. Liv. xxx. 33. *Harl.*

59. *Non te, ut Hannibalem.* Pearcius ex uno Codice dedit, *ut ille Hannibalem:* non male: sed vulgatum bene habet. Hannibalem intelligo Catulum, velut aliquem in hoc genere Hannibalem. *Ernest.*

60. *Plus habeo—neg.* h. e. eo molestiores mihi sunt. *Harl.*

61. *Et in quæstionis.* Int. controversiam; quod verbum hic latius dicitur. Itaque non opus est cum Pearcio corrigere

pellant, [62] [h] rem positam [63] in disceptatione rerum et controversia: quæstionem autem, [i] rem positam in infinita dubitatione. De causa præcepta dant: [64] de altera parte dicendi mirum silentium est. Denique quinque faciunt quasi membra eloquentiæ, invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriæ mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare: [k] rem sane non reconditam. Quis enim hoc non [65] sua sponte viderit, neminem posse dicere, nisi et quid diceret, et quibus verbis, et quo ordine diceret, haberet, et ea meminisset? Atque hæc ego non reprehendo: sed [l] ante oculos posita esse dico, [66] ut eas item quatuor, quinque, sexve partes, vel etiam septem (quoniam aliter ab aliis digeruntur) in quas est ab his omnis oratio distributa. Jubent enim exordiri ita, ut eum, qui audiat, benevolum nobis faciamus, et docilem, et attentum: deinde rem narrare, ita ut verisimilis narratio sit, ut aperta, ut brevis; post autem dividere causam, aut proponere: nostra confirmare argumentis, ac rationibus: deinde contraria refutare. Tum autem alii conclusionem orationis, et quasi perorationem collocant: alii jubent, antequam peroretur, ornandi aut augendi causa, digredi: deinde concludere, ac perorare. Ne hæc quidem reprehendo: sunt enim concinne distributa: sed tamen, id quod necesse fuit hominibus [67] expertibus veritatis, non perite. Quæ enim præcepta principiorum, et narrationum esse

[h] *rem alligatam certis rebus et circumstantiis de quibus disceptatur.* [i] *rem quæ nullis personarum, temporum, aut locorum circumstantiis definita est.* [k] *quæ partitio minime recondita est et subtilis.* [l] *trita et vulgaria.*

quæstionem; quod alias controversia est rei finitæ, quæstio infinitæ; etsi sic reperit in MSS. duobus, nos in ed. Lip. *Ernest.*

62. *Rem positam in disceptatione rerum.* Nullo modo verum esse potest, nisi addas *certarum;* sed verbum *rerum* est vitiosum. Conjeci *personarum:* v. de Invent. i. 6. in MS. E. reperi *reorum.* Etiam reliqua, *et controversia,* redundare videntur non bene. *Ernest.*

63. *In disceptatione rerum et controversia.* Schützio placuit pro *rerum* legere *reorum:* rei enim sunt litigantes seu ii, quorum causa est. Heusingero videbatur emendandum: *rem positam in disceptatione personarum et temporum controversia.* Strebæus autem, "*causam,* ait, i. e. *ὑπόθεσιν,* appellant rem positam in disceptatione rerum et controversia. Ea res est, de qua disceptator, ut judex aut senator, fert sententiam. Sed quid est, res in disceptatione rerum? Materia causæ cadens in disceptationem controversiarum. Disceptatio, ut hic sumitur, est quæstio, de qua maxime agitur, aut in judicio, aut in deliberatione." *Harl.*

64. *De altera parte dicendi. Dicendi* quidem vitiosum est. Pearcius corrigit *divisionis,* quod in MSS. suis reperisse se dicit, quamquam alieno loco. Ego simpliciter delendum puto, aut ad *præcepta dant* transponendum. *Ernest.*

65. *Sua sponte viderit.* Bene, ut et MS. E. Edd. autem pr. habent *videret: qui hoc non videret,* ut Germani nostri solent, pro *videat* vel *viderit.* Mox delevi *apte,* in verbis: *neminem posse apte dicere;* nam nec huic loco et sententiæ convenit, nec est in edd. pr. nec in MS. E. *Ernest.*

Ibid. *Sua sponte. Sua sponte* est suo sensu naturali. *Harl.*

66. *Ut eas item quatuor, quinque,* &c. *Quatuor* videtur alienum esse. Nam statim quinque partes, i. e. usitatissimam partitionem, enumerat; deinde addit ceteras, quæ ab aliis ponantur partes, sextam *tum autem alii,* &c. et septimam: *alii jubent. Ernest.*

Ibid. *Eas item quatuor.* Orationem distribuunt nonnulli quatuor in partes, exordium, narrationem, confirmationem et perorationem. Confirmationi subjungunt alii refutationem. Sunt et qui partitionem, et qui digressionem adjungant. *Proust.*

67. *Exp. veritatis.* h. e. iis, qui veras causas forenses haud egerunt, sed tantum in opere declamatorio jactati sunt, ut Schützii verbis utar. *Harl.*

voluerunt, ea in totis orationibus sunt conservanda. [68] Nam ego mihi benevolum judicem facilius facere possum in cursu orationis, quam [69] cum omnia sunt [m] inaudita: docilem autem, non cum polliceor me demonstraturum, sed tum, cum doceo et explano: [70] attentum vero, crebro tota actione excitandis mentibus judicum, non [n] [71] prima denuntiatione efficere possumus. Jam vero narrationem quod jubent verisimilem esse, et apertam, et brevem, recte nos admonent: quod hæc narrationis magis putant esse propria, quam totius orationis, valde [72] mihi videntur errare: omninoque in hoc omnis est error, quod [o] existimant, [73] artificium esse hoc quoddam non dissimile ceterorum, cujusmodi de ipso jure civili hesterno die Crassus componi posse dicebat: ut genera rerum primum exponerentur, in quo vitium est, si genus ullum prætermittatur: deinde singulorum generum partes, in quo et deesse aliquam partem, et [p] [74] superare, mendosum est: tum verborum omnium definitiones, in quibus neque abesse quidquam decet, neque redundare.

(20.) Sed hoc si in jure civili, si etiam in parvis aut mediocribus rebus doctiores assequi possunt; non idem sentio [q] tanta hac in re, tamque immensa, posse fieri. [r] Sin autem qui [75] arbitrantur; deducendi sunt ad eos, qui hæc docent: [76] omnia jam explicata et perpolita assequentur: sunt enim innumerabiles de his rebus libri, neque abditi, neque obscuri. Sed [77] videant, [s] quid velint: ad [78] ludendumne, an ad pugnandum arma sint sumturi. [t] Aliud

[m] *nondum a judicibus audita.* [n] *prima postulatione attentionis.* [o] *putant artem eloquentiæ similem esse artibus aliis, v. g. juris civilis, in quo tradendo, et componenda quasi arte, primo sunt exponenda rerum genera, puta quotuplex sit jus,* &c. [p] *supervacaneam esse.* [q] *in arte eloquentiæ, quæ tam late patet.* [r] *quod si qui tamen sunt,* qui putant eloquentiam, ut jus civile, in minutas partes ac præcepta posse dividi: *adeant illi sane rhetoricæ magistros, a quibus hæc omnia divisa et explicata discent.* [s] *quo consilio* rhetoricam doceri *velint.* [t] *aliud requirit forum et concio, aliud umbratilis dicendi exercitatio.*

68. *Nam ego mihi,* &c. Aberrat hic Antonius: etsi enim judicis benevolentiam tota oratione debet orator aucupari, præcipue eam sibi conciliet in exordiis necesse est, cum vel auditor præjudicatis in gratiam adversariorum opinionibus laborat, vel nondum bene erga nos videtur animatus. *Proust.*

69. *Quum omnia sunt inaudita.* h. e. in initio, quum auditor nondum aliquid audivit. *Harl.*

70. *Attentum vero.* Imo tradunt nonnulli malæ causæ multum prodesse, si parum intelligatur: adeoque satius tum esse auditorem reddere non attentum, quam attentum. Falluntur: ineptit enim orator, qui ab oratione sua auditorem avertit: sapit autem, qui ab accurata rationum infirmarum consideratione avocat. *Proust.*

71. *Prima* denunciatio, dicitur, cum in exordio auditorem attentum esse jubemus. *Ernest. in Clave.*

72. *Mihi videntur errare.* Tota hæc Antonii ratiocinatio egregie refellitur a Cæsare hujus libri n. 326. &c. *Proust.*

73. *Artificium.* Est quasi, quod nos vocamus, systema. *Harl.*

74. *Superare.* h. l. significat *superesse. Harl.*

75. *Arbitr.* Nimirum, artem esse. *Harl.*

76. *Omnia j. exp. et perpol. assequentur.* Brevius dictum; si tamen est sine vitio: omnia sunt ita explicata, ut facile intelligere possint: nisi *assequi* est pro reperire. *Ernest.*

77. *Videant, quid velint: ad lud.* Sic interpunxi, ut sensus sit: sed qui adeant istos doctores et libros, constituant secum, quo consilio ista discant, quid se consecuturos sperent. Si qui malit legere *qui velint,* ut est in ed. W. sc. discere, non repugnem. *Ernest.*

78. *Ludere,* armis exerceri. *Ernest. in Clave.*

enim pugna et acies, aliud ludus [79] campusque noster desiderat. [u 80] Attamen ars ipsa ludicra armorum et gladiatori et militi prodest aliquid: sed animus acer, et præsens, et acutus idem atque versutus, invictos viros efficit, [81] non difficilius arte conjuncta.

Quare ego tibi oratorem sic jam [82] instituam, si potero, ut [x] quid efficere possit, ante perspiciam. [y] Sit enim mihi [83] tinctus litteris; audierit aliquid, legerit, ista ipsa præcepta acceperit: [z] tentabo quid deceat, quid voce, quid viribus, quid spiritu, quid lingua efficere possit. Si intelligam posse ad summos pervenire: non solum hortabor, ut elaboret, sed etiam, si vir quoque mihi bonus videbitur, obsecrabo. tantum ego in excellente oratore, et eodem viro bono, pono esse ornamenti universæ civitati. Sin videbitur, [a 84] cum omnia summa fecerit, tamen ad mediocres oratores esse venturus: [85] permittam ipsi, quid velit; molestus magnopere non ero. Sin plane [86] abhorrebit, et erit [b] absurdus: ut se contineat, aut ad aliud studium transferat, admonebo. [c] Nam neque is, qui

[u] *quemadmodum militem et gladiatorem adjuvat ars ipsa lanistarum, et umbratilis armorum meditatio: sic ars conjuncta cum animo acri, præsenti, acuto atque versuto facilius oratorem faciet invictum.* [x] *quemadmodum sit ad eloquentiam comparatus* a natura et ab eruditione. [y] *sit instructus aliqua cognitione artium.* [z] *experiar quam decens sit et aptus tota corporis conformatione.* [a] *cum vim omnem et contentionem adhibuerit.* [b] *minime factus ad eloquentiam.* [c] *qui naturam et indolem affert præclaram ad dicendum, semper cohortandus est.*

79. *Campusque noster.* Ad campum Martium spectat, in quo ludicra belli simulacra in armis exercebant. *Proust.*

80. *Attamen ars,* etc. Is sensus esse videtur: Uti is, qui in ludo bene exercitatus est, non ideo bonus quoque et fortis miles est: *attamen illa arte ludicra armorum,* h. e. exercitatione armorum, quam docent lanistæ et campi magistri in ludis, ut milites et gladiatores ad omnes armorum usus paratiores sint: (v. i. cap. 32.) ita præcepta et exercitatio umbratilis juvant quidem oratorem, non perficiunt: sed accedat necesse est animus *acer,* qui impigre se volutat, et est perspicax, *præsens,* qui celeres habet motus *(résolu, présent d'esprit,) acutus,* qui alta et abstrusa videt, *atque versutus,* qui versat pro re et tempore consilia, eaque celeriter capere potest: is animus efficit viros invictos, et facilius hoc fieri et effici potest, quam si artem conjunxeris, sive adjunxeris: aut, si malis, deleto commate post *efficit, non difficilius* conjungere cum *efficit,* sensus erit, æque facile efficit, quam si ars conjungatur. Num igitur *arte non juncta,* vel *arte sejuncta* esse debeat, videant alii. *Harl.*

Ibid. *Ars ipsa ludicra armorum.* Per hæc verba intelligas, Lector, eam exercitationem armorum, qua in ludis ei adsignatis gladiatores et milites usi sunt, ut ad omnes armorum usus paratiores essent. *Pearce.*

81. *Non difficilius arte conjuncta.* Sensus et res requirunt, non difficilius, ubi sine arte est, quam si artem adjunxeris: adeoque arte carere potest. Sed in hoc sensu videtur esse debere *arte non juncta,* vel *arte sejuncta. Ernest.*

82. *Instituam, si potero.* Reposui pro *potuero,* ex edd. W. s. l. et a. Lips. *Ernest.*

83. *Tinctus litteris.* Contra Budæum istæc explicat P. Victorius, Var. Lect. x. 16. *Grut.*

84. *Cum omnia summa fecerit. Summe,* i. e. sedulo, obnixe, dedit Pearcius ex aliquot MSS. quibuscum consentit noster, placebatque etiam J. Gronovio. Vulgatum elegantius est, et mihi magis placet. *Ern.* Frustra Jac Gronov. et Pearcius rescribunt *summe;* cum vulgatum eandem vim habeat, et elegantius sit. Nempe Pearcius non capiebat hujus formulæ vim, qui ita interpretabatur, *ut summa omnia facere* esset, esse perfectum in iis rebus, quas quis aggreditur; quod est falsum. Librarii ex *summa* fecerunt *summe,* quod hujus formulæ vim non assequebantur. *Ernest. in Clave.*

85. *Permittam ipsi.* Scilicet tolerabilis est in arte oratoria mediocritas: ut ait Horatius in Arte, 369.

——— *consultus juris et actor*
Causarum mediocris, abest virtute diserti
Messalæ, nec scit quantum Cusselius Aulus:
Sed tamen in pretio est. *Proust.*

86. *Abhorrebit.* Sin deerit illi voluntas, aut facultas et indoles ad dicendum—*absurdus,* h. e. ineptus; de malo oratore.—*se contineat,* scil. ab actionibus. *Harl.*

optime potest, deserendus ullo modo est a cohortatione nostra, neque is, qui aliquid potest, deterrendus: [d] quod alterum, [87] divinitatis mihi cujusdam videtur: alterum, vel non facere, quod non optime possis, vel facere, quod non pessime facias, humanitatis: tertium vero illud, clamare contra quam deceat, [88] et quam possis, hominis est, ut tu, Catule, [89] de quodam declamatore dixisti, stultitiæ suæ quamplurimos testes domestico præconio colligentis. De hoc igitur, qui erit talis, ut cohortandus adjuvandusque sit, ita loquamur, ut ei tradamus ea duntaxat, quæ nos usus docuit, ut nobis ducibus veniat eo, quo sine duce ipsi pervenimus, quoniam meliora docere non possumus.

(21.) Atque, ut a familiari nostro exordiar; hunc ego, Catule, [e] [90] Sulpicium, (primum in causa parvula adolescentulum audivi,) voce, et forma, et motu corporis, et reliquis rebus aptum ad hoc munus, de quo quærimus, oratione autem celeri et concitata, (quod erat ingenii:) et verbis [f] effervescentibus, et paullo nimium redundantibus, (quod erat ætatis:) non sum aspernatus. [g] [91] Volo enim se efferat in adolescente fœcunditas: [92] nam facilius sicut in vitibus [h] revocantur ea, quæ sese nimium [93] profuderunt, quam, [i] si nihil valet materies, [k] nova sarmenta cultura excitantur: ita volo esse in

[d] *posse optime dicere, divinum quiddam est: omittere vero eloquentiam, quia non possis ad summos oratores pervenire, vel in eam incumbere, quia speres te venturum ad mediocres, neque futurus sis inter pessimos, humanum: at clamare incondite, et præter vires, invita Minerva, dicere stultum est.* [e] qui jam hic adest. [f] *elatis et acribus.* [g] *non mihi displicent adolescentes plus justo fœcundi et uberes in dicendo.* [h] *resecantur sarmenta quæ luxuriant, et plus nimio se profundunt.* [i] *si vitis ipsa et radix vitiosa sit.* [k] *novi surculi educuntur.*

87. *Divinitatis mihi cujusdam.* Signum esse divinitatis, ad divinitatem s. deum et naturam divinam proxime accedere videtur, excellentem esse oratorem, eumdemque bonum virum:—*humanitatis*, h. e. signum esse communis hominum rationis etc. *Harl.*

88. *Et quam possis.* Correxi pro *possit*, olim e contextu: nam ante est *non optime possis*, deinde *non pessime facias:* nunc et in ed. Lips. reperi. *Ernest.*

Ibid. *Et quam possis*, h. e. sine ulla facultate indoleque dicendi. *Domestico* refertur ad usum domesticum, dum aliquis est declamator, in ædibus suis declamare solet. v. Brut. 96. 6. *Harl.*

89. *De quodam declamatore.* Gruterus in MS. reperit *clamatore;* et sic habent MS. E. edd. W. s. l. et a. Lips. placeretque, si possem explicare in hac lectione *præconium domesticum*, quod non video qua de alia re, quam de declamatione intelligi possit. *Ernest.*

90. *Sulpicium, primum*, &c. Quia oratio non bene cohærere videtur, Lambinus et Pearcius interponi volunt *cum: Sulpicium cum primum—audivi.* Si quid tale tentandum, malim *ut.* Sed illa *primum—audivi*, in parenthesi dicta accipio, ita nulla correctione opus est. *Ernest.*

91. *Volo enim.* Quam in sententiam egregie Quintil. lib. ii. cap. 4. *Audeat*, inquit, *hæc ætas plura, et inveniat, et inventis gaudeat: sint licet ista non satis interim sicca et severa. Facile remedium est ubertatis: sterilia nullo labore vincuntur. Illa mihi in pueris natura nimium spei dabit, in qua ingenium judicio præsumitur. Materiam esse primum volo vel abundantiorem, atque ultra quam oporteat fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut usu ipso deteretur, sit modo unde excidi possit, et quod exsculpi. Erit autem, si non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, et quam cælatura altior rumpat. Proust.*

92. *Nam facilius sicut in vitibus.* Interpungunt vulgo sic: *facilius, sicut in vitibus, revocantur;* quasi ista, *facilius revocantur*, non ad similitudinem et ad vites pertineant, sed ad consequens. Atque in edd. pr. ista sine interpunctione sunt. Post *excitantur* colon scripsi. Post *profuderunt* MS. E. *prodiderunt. Ernest.*

93. *Profuderunt.* In vitibus de sarmentis luxuriantibus. Hinc de oratore, qui vires suas omnes simul ostendit. *Ernest. in Clave.*

adolescente, unde aliquid amputem. [l] Non enim potest in eo succus esse diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. Vidi statim indolem, [m 94] neque dimisi tempus, et eum sum cohortatus, ut [95] forum sibi [n] ludum putaret esse ad dicendum: magistrum autem, quem vellet, eligeret: me quidem si audiret, L. Crassum: quod iste [o] arripuit, et ita sese facturum confirmavit, atque etiam addidit, gratiæ scilicet causa, me quoque sibi magistrum futurum. Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste accusavit [96] C. Norbanum, defendente me. Non est credibile, quid interesse mihi sit visum inter eum, qui tum erat, et qui anno ante fuerat. [p] Omnino in illud genus eum Crassi magnificum atque præclarum natura ipsa ducebat: sed ea non satis proficere potuisset, nisi [97] eodem studio atque imitatione intendisset, atque ita dicere consuesset, ut tota mente Crassum, atque omni animo intueretur.

(*22.*) Ergo hoc sit primum in præceptis meis, ut [q] demonstremus, [98] quem imitetur, atque ita, ut [r] quæ maxime excellant in eo, quem imitabitur, ea diligentissime persequatur: tum accedat exercitatio,

[l] quemadmodum *non potest is fructus habere succum diuturnum, qui præcox fuerit, et nimium cito maturus:* ita non potest adolescens diu esse eloquens, cujus oratio jam sit quasi decocta, et matura. [m] *occasionem* ejus cohortandi *non sum passus elabi mihi.* [n] *scholam.* [o] *perlibenter me admonentem audivit.* [p] *sua Sulpicium indoles ducebat in eam dicendi rationem magnificam, qua Crassus utebatur: ea tamen indoles non satis profecisset, nisi in hoc dicendi genus studio et imitatione incubuisset, assuevissetque ita orationem suam conformare, ut Crassum omnino, quem imitaretur, aspiceret.* [q] *ostendatur* oratori ad eloquentiam aspiranti *aliquis quem imitetur.* [r] *curet imitari diligentissime illa quæ in eo erunt præstantissima.*

94. *Neque dimisi tempus.* i. e. non omisi, vel perdidi, ut in Orat. Philip. iii. c. 13. *nullum tempus, Patres conscripti, dimittam. Pearce.*

95. *Forum sibi ludum — ad dicendum.* Vulgo *discendum*, male. *Discere* intelligitur in *ludo;* quod adjicitur ludo, debet definire genus discendi. Et verbum hoc commune est *magistro*, qui statim sequitur. Intelligendus autem est *magister dicendi*, non *discendi.* Hac ratiocinatione repereram olim, rescribendum esse *dicendum.* Postquam edd. W. et s. l. et a. accepi, in utraque reperi; item in MS. E. et ed. Lips. *Ernest.*

96. *C. Norbanum.* Anno U. C. DCLX. ante Christum XCIV. C. Norbanus, quod tribunus plebis Q. Servilium Cæpionem a Cimbris victum seditiosis concionibus ultra modum vexasset, reus majestatis a P. Sulpicio Rufo juvene peractus est. Hominis nocentissimi causam suscepit M. Antonius ejus olim quæstor, et tum eloquentia sua, tum etiam equitum favore obtinuit. De hoc judicio pluribus infra n. 197. disserit Antonius Sulpicium alloquens. *Proust.*

97. *Eodem—intendisset.* Sic ed. Mediol. Asc. Lamb. pro vulgato *incidisset*, quod est in ed. W. Aldi et sqq. *Intendere aliquo* usitatissimum est hoc sensu, et optime convenit verbo *ducebat.* Ed. s. l. et a. *incepisset*, male. Inde tamen Lamb. conjicit, Ciceronem scripsisse *incubuisset*, quod aliquis etiam adscripsit in ed. Asc. et editum est in Lips. Paullo ante pro *proficere* libri quidam scr. et edd. *perficere*, male, *proficere* est proprie *progredi*, quod huic loco optime convenit, et tropo, quo cœpit dicere. Quintil. I. i. 36. *prosequitur memoria ad senectutem, et usque ad mores proficit. Ernest.*

98. *Quem imitetur.* Edd. W. et s. l. et a. habent *imitemur*, eodemque modo in duobus seqq. verbis. Et in eo nil esset vitii, si cetera permitterent, ubi omnia aliter, *persequatur, effingat*, &c. *Ernest.*

Ibid. *Quem imitetur. Necesse est*, inquit Quintil. lib. x. cap. II. *aut similes, aut dissimiles bonis simus: similem raro natura præstat, frequenter imitatio.* Prudenter idem paulo post monet in hoc imitationis onere suscipiendo suas cuique vires esse consulendas. *Nam quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non sufficiat, aut diversitas repugnet. Nec cui tenue ingenium erit, sola velit fortia et abrupta: cui forte quidem, sed indomitum, amore subtilitatis et vim suam perdat, et elegantiam, quam cupit, non assequatur. Proust.*

qua illum, quem ante delegerit, imitando effingat, atque ita exprimat; [99] non ut multos imitatores sæpe cognovi, qui aut ea, quæ facilia sunt, aut etiam illa, quæ [s] [1] insignia ac pæne vitiosa, [2] consectantur imitando. Nihil est facilius, quam [t] amictum imitari alicujus, [u] aut statum, aut motum. Si vero etiam vitiose aliquid est, id sumere, [3] et in eo vitiosum esse, [x] non magnum est, ut ille, qui nunc etiam, amissa voce, [y] [4] furit in republica Furius, [z] nervos in dicendo [5] C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur, [a] oris pravitatem et [6] verborum latitudinem imitatur: sed tamen ille nec deligere scivit, cujus potissimum similis esset, et in eo ipso, quem delegerat, imitari etiam vitia voluit. Qui autem ita faciet, ut oportet, primum vigilet necesse est in deligendo: deinde, quem probavit, in eo, quæ maxime excellent, ea diligentissime persequatur.

Quid enim causæ censetis esse, cur [b] ætates extulerint singulæ singula prope genera dicendi? quod non tam facile in nostris oratoribus possumus judicare, quia scripta, ex quibus judicium fieri posset, non multa sane reliquerunt, quam in Græcis, ex quorum scriptis, cujusque ætatis quæ dicendi ratio voluntasque fuerit, intelligi potest. Antiquissimi fere sunt, [7] quorum quidem scripta [c] constent, Pericles,

[s] *quæ oculos feriunt.* [t] *certam rationem componendæ togæ.* [u] *positionem corporis rectam.* [x] *non magnæ operæ ac laudis est.* [y] *turbulentis concionibus remp. vexat.* [z] *vim et impetum.* [a] *oris contorti deformitatem, et vastam hiantemque pronunciationem.* [b] *quot ætates fuerunt, totidem diversa exstiterint dicendi genera.* [c] *supersint.*

99. *Non ut multos—persequatur.* Totus hic locus abest a MS. E. Item mox *aliquid vitiose est*, latinum esse vix credo. *Ernest.*

1. *Insignia.* Malum sensum hæc vox etiam alibi habet; ut in Orat. pro Cæcin. c. 13. *nullam esse actionem dicere in re tam* insigni *tamque atroci, neque prudentiæ neque auctoritatis tuæ est. Pearce.*

2. *Consectantur imitando.* Edd. W. et s. l. et a. *consectentur:* sic et edidit Melanthon. Fuit fortasse *consectarentur*, ut esse debet, sicut ante *essent* pro *sunt*, si ista pendent e *cognovi*, intelligendumque est, de imitatoribus iis, quos ipse se dicit cognovisse. Si ad genus universum imitatorum refertur, quasi esset, *non ut imitatores, quos m. s. c.* stare vulgatum potest. *Ernest.*

3. *Et in eo vitiosum esse.* Hoc verum vix esse potest. nam de imitatione dici debet, imitari, quod vitiosum est, ut infra in exemplo, *oris pravitatem——imitatur.* An Cicero scripsit, *et in eo curiosum esse? Ernest.*

4. *Furit in rep. Furius.* Sic fidenter rescripsi pro *Fusius*, pro quo male *Fuflus* dedit Pearcius: quod alibi sane cum *Fusius* permutatur in libris Ciceronis. Antiquarii librarii e *Furius* fecere *Fusius*, antiqua scriptura et pronunciatione. v. Cic. de Div. IX. 21. *Furius* verum esse indicat verbum *furit*, quo luditur in nomen *Furius. Ernest.*

Ibid. *Fuflus.* Brut. 49. 62. Offic. II. 14. Or. III. 13. II. 22. Sed his locis plerisque est *Fusius.* Recte autem post alios monuit Pearcius ad de Or. II. 12. Ciceronis temporibus nullos *Fusios* fuisse, sed invaluisse, ut *Furii* dicerentur, ut nemo *Valesius* dicebat, aut *Papisius*, sed *Valerius* et *Papirius. Fuflus* autem et *Fusius* in libris Ciceronis sæpe confundi, sciunt omnes, qui vel leviter Ciceronem tractarunt. *Ernest. in Clave.*

5. *Fimbriæ.* Qualis ille orator fuerit, vid. Ciceron. Brut. c. 34.—*oris pravitatem*, h. e. oris contortam deformitatem: *verborum latitudinem*, i. e. vastam, et rusticam, ore diducto, pronuntiationem, Gr. πλατυασμός. (Hinc *dilatare litteras* in Bruto c. 74. 8. Contrarium est *ore rotundo loqui:* conf. Cic. Orat. c. 13. sect. 40.) *Furit* igitur, quia amissa aut depravata voce, nullo nervo, nullo orationis robore, prave vasteque dicere conatur. *Harl.*

6. *Verborum latitudinem.* Est, quæ *vasta* alias dicitur Ciceroni, ore late diducto, pronunciatio. Gr. πλατυασμός. *Ernest.*

7. *Quorum scripta constent.* Usitatius est in hac re *extent:* sed voluit etiam exprimere γνησιότητα indubitatam librorum. *Ernest.*

Ibid. *Constare*, pro *exstare:* sed opinor simul intelligenda certa γνησιότης scriptorum. ut Verr. ii. 77. *Sic, ut literæ* constarent *integræ. Ernest. in Clave.*

atque Alcibiades, et eadem ætate Thucydides, subtiles, acuti, breves, sententiis magis, quam verbis abundantes. Non potuisset accidere, ut unum esset omnium genus, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. multa Lysiæ scripta sunt; nonnulla Critiæ: de Theramene audivimus: omnes etiam tum retinebant illum Pericli [d] succum; sed erant paullo uberiore filo. Ecce tibi exortus est [9] Isocrates, magister istorum omnium, [e] [10] cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, [11] meri principes exierunt: sed [f] eorum partim [12] in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.

(23.) Itaque et illi, [13] Theopompi, [14] Ephori, Philisti, [15] Naucratæ, multique alii [g] naturis differunt, [16] voluntate autem similes sunt, et

[d] *orationem plenam suavitatis et roboris, qua usus est Pericles, retinebant, sed tamen erant paulo copiosiores.* [e] *cujus e schola viri in dicendo præstantissimi, ut heroes ac duces ex alvo equi Trojani, prodierunt.* [f] *alii eorum orationibus ad pompam et ludicram exercitationem scriptis, alii causis in foro dicendis celebres esse voluerunt.* [g] *indole et ingenio sunt discrepantes: sed idem omnes efficere conati sunt,* nempe unum aliquem præstantem oratorem imitari.

8. *Succum—filo.* Non bene consentiunt hi tropi. Sed non semper tropi ex eodem genere sumuntur, ut debent. Sumtum est *uberiori filo* a Græcis, qui vestes appellant πυκνοστήμονας, πολλῇ κρόκῃ, uberiori et densiori subtemine. *Ernest.*

9. *Isocrates.* De hoc vide Cicer. Orator. cap. 13. cap. 51. et cap. 61.

10. *Cujus e ludo.* Pearcius conjicit, *qui ejus e l.* ut ad superiores illos referatur: quod mihi frigere videtur. Neque vero Isocrates illorum magister fuit. Mihi *magister istorum omnium* genuinum esse non videtur: sed in margine scriptum fuisse, subjectis nominibus eorum, qui sequuntur, ut facere solebant domini librorum, id quod sæpe in MSS. vidimus, *Ernest.*

Ibid. CUJUS *e ludo.* Lamb. recte vidit vocem *istorum* nihil habere, ad quod referri possit: vox enim *iste* semper ad aliquem antea nominatum respicit, aut post se habet pronomen relativum, quod eam cum sententia sequenti conjungat. Delenda igitur censuit ille hæc tria verba, *magister istorum omnium,* ut quæ a margine in textum irruperint. Sed cum ea verba in omnibus MStis inveniuntur, vide, Lector, annon hoc modo vitium sententiæ tollatur. *Isocrates, magister istorum omnium,* QUI EJUS *e ludo,* &c. *Pearce. Magister* posteriorum *omnium,* conjecit Toupius.

11. *Meri principes.* Edd. pr. omnes *innumeri principes:* sic et MS. E. sed vulgatum verum est; quod e Nonii testimonio dedit primus Victorius. *Ernest.*

Ibid. MERI *principes.* Omnes MSti habent *innumeri,* sed male: Nonius enim in voce *merum* citat hunc ipsum locum, dicitque *merum* hic idem esse ac *sincerum:* quo sensu etiam dicitur a Lucretio *tota* merum *sal:* idem valet quod præstans, seu non fictum aut simulatum, i. e. verum: sic Horat. lib. i. Epist. 18. v. 8. *vult libertas dici* mera, *veraque virtus:* et Plautus in Mil. Glor. Act. 4. Sc. 2. v. 85. Meri *bellatores gignuntur, quas hic prægnantes facit.* Virgilius in Æn. lib. ii. nominat eos, qui ex equo Trojano exierint; quos inde discimus paucos fuisse numero, omnes tamen principes Græcorum et multi nominis duces: *Huc* enim (inquit v. 18.)

Delecta virum sortiti corpora, cæco
Includunt lateri. *Pearce.*

12. *In pompa.* *In pompa,* i. e. oratione sophistica et quieta, aut in historico scribendi genere, (conf. Orat. 13.), ut Theopompus, Ephorus, Philistus, Naucrates: partim *in acie,* h. e. in genere forensi, v. 1. cap. 21. c. 20. 32. 34. floruerunt, ut reliqui, qui commemorantur. *Harl.*

13. *Theopompi,* v. supra, cap. 13. Cic. Orat. cap. 44. p. 177. ibique Schirach. *Harl.*

14. *Ephori,* v. Cic. Orat. c. 57. p. 226. et not. Schirach.—*Naucrates.* Cic. Orat. 51. p. 205. ibique Schirach. de Orat. iii. 6. Quinctil. Institt. iii. 6. 3. ibique Gesner. A. Gell. x. 18.—*Philistus* Syracusius, æqualis Dionysii tyranni, historicus diligens. v. Cic. Brut. cap. 17. *Harl.*

15. *Naucratæ.* Naucraten Isocratis discipulum fuisse tradit Quintilianus, lib. iii. cap. 6. *Proust.*

16. *Voluntate autem.* Exprimit Græcum προαιρέσει, consilio universo dicendi: idem sequuntur in dicendo, sed propter diversitatem ingenii et naturæ non idem sunt assecuti. Post *et inter sese et magistri,* dedi ex edd. pr. cum Pearcio: similes sunt omnes inter se, et sunt etiam similes magistri Isocratis, venusti, copiosi, &c. sed sine vi et nervis. *Ernest.*

inter sese et magistri: et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Æschines, Dinarchus, aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes [17] in eodem veritatis imitandæ genere versati, [h] quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit: posteaquam, exstinctis his, omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit; alia quædam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt. Inde Democharis, quem aiunt sororis filium fuisse Demostheni: tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus, aliique eorum similes exstiterunt. Quæ si volemus usque ad hoc tempus persequi; intelligemus, ut hodie [18] Alabandensem illum [19] Meneclem, et ejus fratrem Hieroclem, quos ego audivi, tota imitetur Asia: sic semper fuisse aliquem, cujus se similes plerique esse vellent.

Hanc igitur similitudinem qui imitatione assequi volet, tum exercitationibus crebris atque magnis, tum scribendo maxime persequatur; quod si hic noster Sulpicius faceret, multo ejus oratio esset [20] pressior: in qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate [i] [21] inest luxuries quædam, quæ [22] stilo depascenda est. Hic Sulpicius: Me quidem, inquit, recte mones, idque mihi gratum est: sed ne te quidem, Antoni, multum scriptitasse arbitror. Tum ille: Quasi vero, inquit, non ea præcipiam aliis, quæ mihi ipsi [23] desint: [24] sed tamen [25] ne tabulas quidem conficere

[h] *quamdiu fuerunt qui eos imitarentur, tamdiu mansit ac floruit dicendi genus illud, quod fuerant consectati.* [i] *rerum et verborum inutilis copia, quam scriptione crebra quasi resecare oporteat.*

17. *In eodem veritatis imit. genere.* Pearcius ex uno MS. edidit *virtutis*, quod et ed. Lips. habet; non bene. Si verum esset *virtutis*, deberet esse *in ejusdem virtutis i. g.* Vulgatum verum est. *Veritas* est vera et una probanda ratio dicendi. *Ernest.*

Ibid. *In eodem* veritatis *imitandæ genere versati. Veritas* idem sæpe est, ac *virtus*, et *veritas* h. l. de veris caussis forensibus est accipienda et opponitur inani ostentationi, fictis caussis, quales sunt sophistarum, opponiturque his, ut acies pompæ. *Harl.*

18. *Alabandensem.* Oriundum ex Alabanda, quæ urbs est Asiæ minoris in Caria. *Proust.*

19. *Meneclem et—Hieroclem.* Illustrissimos Asiæ oratores, quos cum audierit Antonius, ipseque Tullius puer, ut tradit in Bruto n. 325. floruisse oportet circa annum U. C. DCLX. ante Christum XCIV. *Proust.*

20. *Pressus*, de oratione, brevis, et opponitur luxurianti. *Ernest. in Clave.*

21. *Inest luxuries.* At Cicero lib. de claris oratoribus ait hujus Sulpicii stilum esse pressum ac concisum. Nempe orationem adolescentis redundantem ac dissipatam subinde coërcuerat ætas maturior. *Proust.*

Ibid. *In summa—inest.* Elegans hic est præpositionis *in* duplicatio: et optimi scriptores vett. dicere solent *inest homini* et *in homine. Harl.*

22. *Stilus*, exercitatio scribendi. *Ernest. in Clave.*

23. *Desunt.* Scribendum semper putavi *desint:* pendet enim e *præcipiam.* Ecce sic in MS. Erl. reperi. *Ernest.*

24. *Sed tamen ne*, &c. Hæc est Antonii sententia. Non tamen sum in scribendo tam negligens quam dicis. Quemadmodum enim existimor non conficere tabulas, quas tamen a me confici satis probat res mea familiaris recte administrata: sic scribendi exercitationem penitus a me non omitti satis declarat hæc mea, quantulacunque est, dicendi facultas et copia, quam videlicet nunquam, nisi crebro multumque scribendo, assecutus essem. *Proust.*

25. *Ne tabulas quidem.* Hoc quid sit, et quo pertineat, patet e Verrinis et aliis locis, ubi reprehenduntur, qui tabulas acceptorum et expens. non conficere solent, quod id suspectos rei fam. male administratæ faciat; ipse dicit intelligi posse ex re sua familiari, bene constituta, non malo consilio se tabulas conficere. *Ernest.*

existimor. Verum et in hoc, ex re familiari mea, et in illo, ex eo, quod dico, quantulum id cumque est, quid faciam, judicari potest. Atque esse tamen multos videmus, qui neminem imitentur, et suapte natura, quod velint, sine cujusquam similitudine consequantur: quod et in vobis animadverti recte potest, Cæsar, et Cotta; quorum [k] alter inusitatum quidem nostris oratoribus leporem quendam et salem, [l] alter acutissimum et subtilissimum dicendi genus est consecutus. Neque vero vester æqualis [26] Curio, [m] patre, mea sententia, vel eloquentissimo temporibus illis, quemquam mihi magnopere videtur imitari: qui tamen verborum gravitate, et elegantia, et copia, [n] suam quandam expressit quasi formam, [27] figuramque dicendi: quod ego maxime potui judicare in ea causa, quam ille contra me apud centumviros [28] pro fratribus Cossis dixit; in qua nihil illi defuit, quod non modo copiosus, sed etiam sapiens orator habere deberet.

(24.) Verum, [o] ut aliquando ad causas deducamus [29] illum, quem instituimus, et eas quidem, in quibus plusculum negotii est, judiciorum, atque litium, (riserit aliquis fortasse hoc præceptum: est enim non tam acutum, quam necessarium, magisque monitoris non fatui, quam eruditi magistri:) hoc ei primum præcipiemus, quascunque causas erit acturus, ut eas diligenter, penitusque cognoscat. Hoc [p] in ludo non præcipitur: faciles enim causæ ad pueros [q] deferuntur. Lex peregrinum vetat in murum adscendere: [r] adscendit: hostes repulit: accusatur. Nihil est negotii hujusmodi causam cognoscere. Recte igitur nihil de causa discenda [s] præcipiunt: hæc est enim in ludo causarum fere formula. At vero in foro, [t] tabulæ, testimonia, pacta, conventa, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, [u] responsa, vita denique eorum, qui in causa versantur, tota cognoscenda est: quarum rerum negligentia plerasque causas, et maxime privatas (sunt enim multo sæpe obscuriores) videmus amitti. Ita nonnulli, [x] dum operam suam multam existimari volunt, ut toto foro [y] [30] volitare, et a causa ad causam ire videantur, causas dicunt

[k] Cæsar. [l] Cotta. [m] *qui patrem habuit in dicendo facile principem.* [n] *proprium quoddam ac suum sibi fecerat dicendi genus,* non aliunde imitando expressum. [o] *ut oratorem, quem instituimus, doceamus, quemadmodum agendæ sint* in foro graviores *causæ.* [p] *in exercitatione puerili et schola.* [q] qualis est ista. [r] peregrinus. [s] magistri puerorum. [t] *libri in quos acta publica referuntur.* [u] jurisconsultorum. [x] *dum in pretio esse volunt propter multitudinem causarum quas suscipiunt.* [y] *sese ostentare.*

26. *C. Scribonius Curio,* pater, consul fuit cum Cn. Octavio A. U. DCLXXVII. de Dardanis triumphat e Macedonia rediens. De hoc ejusque filio plura dabunt Ernest. in Clav. Cic. in indice histor. sub vocc. *Curio pater* et *Curio filius,* et Strebæus ad h. l. In cod. Erl. a manu pr. fuit *alter æqualis,* a secunda suprascr. est *vester. Harl.*

27. *Figura.* Mox iii. 52. *figura Orationis.* Gr. ἰδέα, est genus dicendi, tamquam tenue, aut sublime aut medium. De iis formis verborum et sententiarum quibus nos dicimus, Cicero non dicit, nisi addita aliqua particula, *ut de opt. gen. Or.* 5. *Sententiis et earum formis,* tamquam figuris. *Ernest. in Clave.*

28. *Pro fratribus Cossis.* An qui genus ducebant ab illustribus illis Corneliis Maluginensibus Cossis, qui magistratus amplissimos gessere? *Proust.*

29. *Illum, quem constituimus.* Scribendum sine dubio *instituimus,* e c. 20. *quare oratorem tibi sic instituam,* et discipuli non *constituuntur,* sed *inst.* Itaque sic correximus. *Ernest.*

30. *Volitare.* Oratores dicuntur *volitare*

incognitas. [z 31] In quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ, [32] susceptis rebus: vel perfidiæ, receptis: sed etiam illa major opinione, quod nemo potest de ea re, quam non novit, non turpissime dicere: ita dum [33] inertiæ vituperationem, quæ major est, contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis ipsi fugiunt, [a] tarditatis. Equidem soleo dare operam, ut de sua quisque re me ipse doceat, et, [b] ut ne quis alius adsit, quo liberius loquatur, et [c] agere adversarii causam, ut ille agat suam, et, quidquid de sua re cogitarit, in medium proferat. Itaque cum ille discessit, [d] tres personas unus sustineo summa animi æquitate, meam, adversarii, judicis. [e] Qui locus est talis, ut plus habeat adjumenti, quam incommodi, hunc judico esse dicendum: ubi plus mali, quam boni reperio, [34] id totum [f] abjudico atque ejicio. Ita assequor, ut alio tempore cogitem, quid dicam, et alio dicam: [g] quæ duo plerique ingenio freti, simul faciunt: sed certe iidem illi melius aliquanto dicerent, si aliud sumendum sibi tempus ad cogitandum, aliud ad dicendum putarent.

Cum rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo, [h] quæ sit causa ambigui. Nihil est enim, quod inter homines ambigatur, sive [i] ex crimine causa constet, ut facinoris, sive ex [k] controversia, ut hereditatis, sive ex deliberatione, ut belli, sive ex

[z] *in quo peccant illi graviter et negligentia, qui res susceptas causasque non curent, et perfidia, quia id non præstant, quod in se receperunt, hoc est, se facturos promiserunt.* [a] *ignorantiæ.* [b] *ut removeantur arbitri et testes, ne quis audiat quod mecum ille loquitur.* [c] *objicio ipsi quæ ab adversario dici possunt, ut ea refellat ipse.* [d] *trium hominum, meas, adversarii, et judicis partes sustineo, nulli plus favendo quam alteri ex illis tribus,* non mihi plus quam adversario et judici. [e] *cum aliqua pars causæ est ejusmodi.* [f] *adhibito judicio rejicio.* [g] *eodem tempore et cogitant quid sibi dicendum sit, et illud ipsum dicunt.* [h] *quid in dubium et in quæstionem veniat.* [i] *ex accusatione ob crimen illata.* [k] *ex jure ambiguo et dubio.*

in foro, qui a causa ad causam eunt, et omnium patroni esse volunt. *Ernest. in Clave.*

31. *In quo est illa q.* Voluit hunc locum diligentius superioribus explicare Pearcius, sed non est assecutus satis verum sensum. *Negligentiæ* crimen est, si quis sua sponte, non rogatus, causam aliquam agit: (nam hoc est *suscipere causam,*) et eam agit propter multitudinem causarum, quas agit, male: at *perfidiæ,* si rogatus agit ad se delatam, (nam hoc est *recipere causam,*) et non diligenter et bene agit: nam ita fallit fidem. Hinc intelligenda sequentia: ita committunt, ut dupliciter reprehendantur, primum, quod causas non diligenter et cum fide egerint, deinde, quod non satis intellexerint vel cognoscere potuerint, sintque tardi ingenio, quod maxime volunt effugere. *Assequuntur etiam,* eleganter, pro eo, quod alias dicit Cicero, *incidunt in illam. Ernest.*

Ibid. *In quo est illa quidem magna offensio,* &c. Hunc locum a superioribus interpretibus male intellectum, sic explico. Qui causas dicunt incognitas, peccant, et offendunt vel negligentia, si causas solum suscipiunt, vel perfidia, si eas, data sua clientibus fide, recipiunt. Sed hæc non est sola eorum culpa; in causis incognitis dicendis inest illa offensio quæ major est, quam isti oratores opinantur: semper enim, dum harum soliciti sunt, criminose et perfide inertes censeantur, necne, (quæ revera major est accusatio) ita infeliciter se habent, ut tardi etiam putentur; quæ revera minor est accusatio; quam tamen isti maximam esse arbitrantur. *Pearce.*

32. *Susceptus,* de laboribus, quos sponte nostra facimus. Opponitur ei *receptus,* quod dicitur de rebus, quas aliorum rogatu, jussuve facimus. *Ernest. in Clave.*

33. *Inertiæ.* Locus hic Lambinum et alios exercuit, cum non viderent, quomodo inertiæ vituperatio posset dici major, quam tarditatis. *Inertia* nihil aliud designat, quam artis ignorantiam, quæ in oratore est vitium maximum. *Verb.*

34. *Id totum abjudico et ejicio* sc. ex oratione mea. *Ernest. in Clave.*

persona, ut laudis, sive [l] ex disputatione, ut de ratione vivendi: [m] in quo non, aut quid factum sit, aut fiat, futurumve sit, quæratur, aut quale sit, aut quid vocetur.

(25.) Ac nostræ fere causæ, quæ quidem sunt criminum, plerumque [n] infitiatione defenduntur. Nam et de pecuniis [o] repetundis, quæ maximæ sunt, neganda fere sunt omnia: et de [35] ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere: de sicariis, de veneficiis, de peculatu, infitiari necesse est. Id est igitur genus primum causarum in judiciis, ex [p] controversia facti. [36] In deliberationibus plerumque ex futuri, [q] raro etiam ex instantis, aut facti. Sæpe autem res non, sit, necne, sed qualis sit, quæritur: ut cum [37] L. Opimii causam defendebat apud populum, audiente me, C. Carbo consul, nihil de [38] C. Gracchi nece negabat, sed id jure, pro salute patriæ, factum esse dicebat: ut eidem Carboni tribuno plebis, [r] alia tum mente [s 39] rempublicam capessenti, P. Africanus de Ti. Graccho interroganti, responderat, jure cæsum videri. [t] Jure autem omnia defenduntur, quæ sunt ejus generis, ut aut [u] oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut imprudentia, aut casu facta esse videantur. Jam [x] quid vocetur, quæritur, cum, quo verbo quid appellandum sit, contenditur: ut mihi ipsi cum hoc Sulpicio fuit in Norbani causa summa contentio: pleraque enim de iis, quæ ab isto objiciebantur, cum confiterer, tamen [y] ab illo [40] majestatem minutam negabam: ex

[l] *ex aliqua re quæ in disputationem apud eruditos vocetur.* [m] *in quo non quæstio sit, an aliquid factum sit,* quod pertinet ad statum conjecturalem; *an tale sit factum,* quale criminatur adversarius, quod refertur ad statum finitivum: *denique an jure id factum sit quod objicitur,* tumque est status qualitatis. [n] *negando crimen.* [o] *quæ contra leges ereptæ sunt.* [p] *in quo genere causæ ambigitur an res aliqua facta sit,* et vulgo negatur esse facta. [q] *raro* controversia est *de re quæ mox facienda est, aut jam facta est.* [r] quia tum addictus Gracchorum partibus erat. [s] *magistratum in republica gerenti.* [t] *ita defenduntur, ut ea jure facta esse orator dicat.* [u] *rationi et officio consentaneum fuerit ea facere.* [x] *aliquando quæritur quo nomine res appellanda sit.* [y] *negabam a Norbano læsam esse pop. Rom. majestatem, quo verbo lex Apuleia utebatur, et ex quo Norbani causa pendebat.*

35. *De ambitu.* Difficile est, inquit Antonius, in causa de ambitu, quo quis ad magistratus obtinendos suffragia civium malis artibus quærit, ita reum defendere, ut fatearis largitionem quidem ab illo factam esse, verum non ad emenda suffragia populi, sed liberalitatis tantum ac benignitatis ergo. Quare præstat inficiatione uti, ac negare penitus ullam largitionem esse factam. *Proust.*

36. *In deliberationibus.* Oriuntur etiam causæ ex controversia futuri, hoc est, in deliberationibus venit in controversiam id quod futurum est, raro id quod instat, et quod mox faciendum est, nunquam id quod est jam factum. *Proust.*

37. *L. Opimii causam.* Anno U. C. DCXXXIII. ante Christum CXXI. L. Opimius consul C. Gracchum in tertii tribunatus plebis petitione repulsum, ac vim parantem oppressit. Consulatu perfunctus a P. Decio tribuno plebis accusatus est majestatis, quod cives indemnatos occidisset: verum a C. Carbone defensus, frequentibus suffragiis est absolutus. *Livii epitome,* &c. *Proust.*

38. *Gracchi.* De seditione et fatis Gracchorum v. Florum iii. capp. 14. et 15, et plures, qui laudantur ab interpretibus in ed. Dukeri. C. Carbo consul fuit A. U. 633. Add. Cic. Brut. 27, 1—4, et supra, i. 9. *Harl.*

39. *Respublica,* magistratus, potestas. Verr. i. 12. *ad* rempublicam *accedere:* nam hoc de iis dicunt Latini, qui quæstores fiunt, aut potestatem aliquam consequuntur primum, quæ magistratuum esse solet. *Ernest. in Clave.*

40. *Majestatem minutam.* Pearcium secutus sum, qui sic pro *imminutam* e MSS. quatuor rescripsit: nec tam propter eorum librorum auctoritatem, quibus MS. E. accedit, quam quod Cicero semper *minuere maj.* dicit, non *imminuere.* *Ernest.*

quo verbo, [41] lege Apuleia, tota illa causa pendebat. Atque in hoc genere causarum [42] nonnulli præcipiunt, ut verbum illud, [a] quod causam facit, [43] lucide breviterque definiat. Quod mihi quidem perquam puerile videri solet: [44] alia est enim, cum inter doctos homines de iis ipsis rebus, [45] quæ versantur in artibus, disputatur, verborum definitio: ut, cum quæritur, quid sit ars, quid sit lex, quid sit civitas. In quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, ut vis ejus rei, quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quidquam, neque supersit. Quod quidem in illa causa neque Sulpicius fecit, neque ego facere conatus sum. Nam, quantum uterque nostrum potuit, omni copia dicendi dilatavit, quid esset majestatem minuere. Etenim definitio primum reprehenso verbo uno, aut addito, aut demto, sæpe [b] extorquetur e manibus: deinde genere ipso doctrinam redolet exercitationemque pæne puerilem: tum [46] et in sensum et in mentem judicis intrare non potest: ante enim præterlabitur, quam percepta est.

(26.) Sed in eo genere, in quo, [c] quale sit quid, ambigitur, exsistit etiam ex scripti interpretatione sæpe contentio, in quo nulla potest esse, nisi [d] ex ambiguo, controversia. Nam illud ipsum, cum scriptum [e] a sententia discrepat, genus quoddam habet ambigui:

[a] *in quo explicando tota controversia vertitur.* [b] *sic infirmatur ab adversario, ut ea uti deinde non possis.* [c] *an aliqua res jure sit facta, necne.* [d] *nisi quia scriptum in utramque partem accipi potest.* [e] *dissentit a voluntate* illius qui scripsit.

41. *Lege Apuleia.* Anno U. C. DCLII. ante Christum CII. L. Apuleius Saturninus tribunus plebis legem de majestate tulit, ut conjicit Pighius, occasione motuum, qui Romæ concitati sunt, cum Cimbri superatis Alpibus ad Athesim fluvium Q. Catuli proconsulis exercitum invaderent, et equites Romani, præsidiis suis pulsi, Urbem pavidi repeterent. Et tam turpi fuga, et ipsa civium trepidatione, maxime videbatur imminuta pop. Rom. majestas. *Proust.*

42. *Nonnulli præcipiunt, ut verbum illud quod causam facit, lucide, breviter* uterque *definiat.* Verbum *uterque* mihi non placet; ac malim ita legere: *dilucide, breviterque definiatur:* in quo non nihil suffragantur veteres libri: nam unus Borromæi sic habet: *dilucide, breviterque definiat.* alter Fulvii Ursini: *breviter, dilucide utrumque definiat. Manutius.*

43. *Lucide breviterque definiat.* Pearcius edidit *breviterque uterque:* quod ego Ciceronianum non agnosco. Cur non potius cum edd. pr. sine *lucide, breviter uterque?* si tamen *uterque* necesse sit. *Lucide* abest et a MS. E. sed etiam *uterque:* et quare *uterque* addatur, non video, cum id nuspiam in hoc præcepto fiet. In *definiat* int. actor, orator, qui dicit. Si quem tamen hoc offendat, quod *definiat* ita nude ponitur, legat *definiatur. Ernest.*

44. *Alia est enim,* &c. Cum de aliqua re inter se disceptant eruditi, adeo accuratam adhibent definitionem, ut neque desit quicquam, neque supersit. V. g. artem definient, ut Cicero lib. i. de Orat. n. 92. *Quæ cognitis penitusque perspectis, et in unum exitum spectantibus et nunquam fallentibus rebus continetur.* Legem dicent esse regulam morum, stabilem, ex superioris auctoritate consociationi hominum atque communitati ad ipsius bonum impositam: civitates appellabunt cœtus hominum jure sociatos. Verum in foro ad multitudinis captum fusius explicantur definitiones. Ejusmodi est Tullii lib. ii. de Legibus n. 13. legis definitio. *Lex est justorum injustorumque distinctio ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt, defendunt et tuentur bonos Proust.*

45. *Quæ vers. in artibus,* h. e., ut hodie philosophi dicere solent, quæ systematice tractantur. Paullo post: *præcipit ratio,* h. l. *ratio* est *Plan, Planmässigkeit* (i. 4. 3.) et c. 35, 1. redditur *ars,* atque cap. 54, 4. utrumque voc. *ars* et *ratio* conjungitur, notante Wetzel. *Harl.*

46. *Et in sensum et in m.* Primum *et* addidi ex edd. pr. et MS. E. *Ernest.*

quod tum explicatur, cum ea verba, quæ desunt, [f] suggesta sunt: quibus additis defenditur, sententiam scripti perspicuam fuisse, et [g] ex contrariis scriptis si quid ambigitur, non novum genus nascitur, sed [47] superioris generis causa [48] duplicatur. [49] Idque aut numquam [h] dijudicari poterit, aut ita dijudicabitur, ut [i] referendis præteritis verbis, id scriptum, quodcumque defendimus, suppleatur. [k] Ita sit, ut unum genus in iis causis, quæ propter scriptum ambiguntur, relinquatur, si est scriptum aliquid ambigue. Ambiguorum autem [50] complura genera sunt: quæ mihi videntur ii melius nosse, qui dialectici appellantur, hi autem nostri [l] ignorare, qui non minus nosse [51] debeant: tum illud est frequentissimum in omni consuetudine vel sermonis, vel scripti, cum idcirco aliquid ambigitur, quod aut verbum, aut verba sint prætermissa. Iterum autem peccant, cum genus hoc causarum, quod in scripti interpretatione versatur, ab illis causis, in quibus, qualis quæque res sit, disceptatur, sejungunt: nusquam enim tam quæritur, quale sit genus ipsum rei, quam in scripto, quod totum a facti controversia separatum est. Ita tria sunt omnino genera, quæ in disceptationem et controversiam cadere possunt; quid fiat, factum, futurumve sit: aut quale sit, aut quomodo nominetur: nam et illud quidem, quod quidam Græci adjungunt, rectene factum sit, totum in eo est, quod quale sit, quærimus. Sed jam [52] ad institutum revertar meum.

(27.) Cum igitur, [m] accepto causæ [53] genere et cognito, rem tractare cœpi, nihil prius constituo, quam, quid sit illud, quo mihi referenda sit omnis illa oratio, quæ sit propria quæstionis et judicii: deinde [54] illa duo diligentissime considero, [55] quorum alterum commendationem habet nostram, aut eorum, quos defendimus, alterum est accommodatum ad eorum animos, apud quos dicimus, ad id, quod volumus,

[f] *addita sunt.* [g] cum nascitur controversia *ex duobus scriptis quæ sibi videantur esse contraria, non est novum causæ genus, sed idem ac superius,* quod nascitur ex ambiguo scripto. [h] *definiri.* [i] *supplendo verba quæ omissa sunt in* ambiguo scripto. [k] *itaque unum est genus earum causarum, in quibus de ambiguo scripto disputatur.* [l] oratores. [m] *ubi primum cognovi genus causæ* quæ ad me defertur.

47. *Superioris,* h. e. ambigui in scripto et sententia. *Harl.*

48. *Duplicatur,* i. e. causa oritur, quæ est altera superioris generis. *Pearce.* aut, duo scripta, duæ sententiæ sunt explicandæ. Conf. Quinctil. iii. 5. 4. sqq. *Harl.*

49. *Idque aut n.* Pro *itaque* ex edd. pr. et MS. E. quod et res firmat. Sic et Pearcius. *Ernest.*

50. *Complura genera.* Pearc. e MSS. et edd. quibusdam dedit: *cum plura;* cui respondet infra *tum.* Sed non semper *cum* præcedit, ubi *tum* est. Mox *ii melius scire* MS. E. sed supra scripto *nosse. Ernest.*

51. *Debeant.* An *debebant? Ernest.*

Ibid. *Debeant.* Wetzel *debeant* explicat *quum* aut *quamquam debeant. Harl.*

52. *Ad institutum.* Redeo, inquit Antonius, ad id quod dicendum mihi proposui, nempe ut doceam vos, quid maxime in agendis causis spectare soleam. *Proust.*

53. *Genere et cognito, rem.* MS. Lamb. et Oxon. *cognitam rem.* Sic et E. edd. Junt. R. Stephani. Sed vulgatum verum est, quod res postulat. *Ernest.*

54. *Illa duo.* Suspectum mihi est *illa,* quod non admittunt sequentia, *quorum alterum.* Videtur e præcedente versu repetitum temere. *Ernest.*

55. *Quorum—defendimus.* Quorum alterum nos et quem defendimus reum commendare potest, causam nostram bonam esse probare potest; alterum commovere potest judicum animos: ut Wetzelii, (qui *quorum* dedit,) verbis utar. *Harl.*

commovendos. Ita ratio omnis dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa: ut probemus vera esse ea, quæ defendimus: ut conciliemus nobis eos, qui audiunt: ut animos eorum, ad quemcumque causa postulabit motum, vocemus. [n] Ad probandum autem duplex est oratori subjecta materies: una rerum earum, quæ non excogitantur ab oratore, sed [56] in re positæ, ratione tractantur: ut [57] tabulæ, testimonia, pacta, conventa, quæstiones, leges, senatusconsulta, [o] res judicatæ, decreta, responsa, et reliqua, si quæ sunt, quæ [58] non pariuntur ab oratore, [59] sed ad oratorem a causa, atque a re deferuntur: altera, quæ tota in disputatione, et argumentatione oratoris collocata est. [p] Ita in superiore genere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de inveniendis cogitandum est. [60] Atque [q] isti quidem, qui docent, cum causas in plura genera secuerunt, singulis generibus argumentorum copiam suggerunt. quod etiamsi ad instituendos adolescentulos magis aptum est, ut, simulac posita sit causa, habeant, quo se referant, unde statim expedita possint argumenta depromere: tamen et tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum non videre, et jam ætatis est ususque nostri, [r 61] a capite, quod velimus, arcessere, et, [62] unde omnia manent, videre.

[s] Et primum genus illud earum rerum, quæ ad oratorem deferun-

[n] *argumenta quibus aliquid probatur, duplicis sunt generis: alia ab oratore non excogitantur.* [o] *præjudicia* vulgo appellant. [p] *in eorum argumentorum genere, quæ non inveniuntur ab oratore.* [q] *rhetoricæ magistri.* [r] *res ab ipso principio repetere.* [s] *ii loci, qui arte carent, debent esse nobis meditati, ut ad eorum similitudinem ea quæ in causis dicendis occurrent, tractemus, modo generatim, modo definite.*

56. *In re positæ.* i. e. quæ partem causæ constituunt, in eaque insunt, et cum causa ad oratorem deferuntur, ut post dicit. Itaque non placet, quod Pearcio videbatur, *proposita*, quod est in nonnullis libris, et nec sensum commodum habere videtur. *Ernest.*

57. *Ut tabulæ, testimonia,* &c. Locos rhetorum extrinsecos quinque numerat Aristoteles, Rhet. i. 16. leges, testes, pacta, quæstiones, et juramenta. Frustra hic augentur ab Antonio, cum tabulæ, senatusconsulta, res judicatæ et decreta ad leges, responsa autem ad testimonia referri possint. Verum de locis disserendi proprius erit in Topicis locus. *Proust.*

58. *Non pariuntur ab or.* Sic dedi ex edd. W. s. l. et a. et Lipa. In media vitio operarum est *periuntur*, (ut infr. *separatim* pro *separ.*); unde vulgatum *reperiuntur* factum. Supra jam talem confusionem notavimus. *Ernest.*

59. *Sed ad oratorem a causa atque a re deferuntur: altera, quæ.* In hoc loco primum scripsi *a re*, pro *a reis*, e MS. Oxon. et Erl. Nam non *rei* soli deferunt, sed et petitores, &c. et Cicero libenter conjungit *rem et causam.* Deinde interpunctionem vulgatam correxi; *deferuntur. Altera est.* nam hoc refertur ad superius: *una earum rerum;* quod necessario sequitur *altera* in eadem periodo. Denique delevi *est:* quod vitiose mutata interpunctio necessarium fecit. *Ernest.*

60. *Atque isti quidem, qui docent.* Sic generatim quidem. Cicero de rhetoribus nuspiam loquitur. Videtur scripsisse; *Atque ista q. q. d.* aut *A. isti quidem, qui hæc d.* ut infra c. 38. extr.; *ab iis, qui hæc tradunt et docent. Ernest.*

61. *A capite.* Proprie in aquæductibus ipsa dicitur scaturigo. Est igitur continuatio metaphoræ superioris, *rivulos, fontes;* et *caput* pro quavis extremitate ponitur. v. Curt. iv. 2. 24. ibique Pitisc. Curt. iv. 4. 4. etc. Hinc cap. 30. init. eleganter scribit Cicero, *aperiamus* capita, *unde — ducitur. Harl.*

62. *Unde omnia manent.* Scripsi pro *manant;* quod, contra præceptum ipsius Ciceronis, discrepat a priori, *quod velimus.* Sic paullo post c. 29. med. *deprome nobis, unde afferas.* Et sic plane habet MS. Erl. et ed. Lipa. Sed ita edidissem, etsi non in his libris reperissem, ex legibus latinitatis. *Ernest.*

tur, meditatum nobis in perpetuum, ad omnem usum similium rerum, esse debebit: nam pro tabulis et contra tabulas; pro testibus et contra testes; pro quæstionibus et contra quæstiones; et item de ceteris rebus ejusdem generis, vel [63] separatim dicere solemus de genere universo, vel definite de singulis temporibus, hominibus, causis: quos quidem locos (vobis hoc, Cotta, et Sulpici, dico) multa commentatione, atque meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. Longum est enim nunc me explicare, qua ratione aut confirmare, aut infirmare testes, tabulas, [64] quæstiones oporteat. Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem maximæ: artem quidem, et præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. Itemque illa, quæ sunt alterius generis, quæ tota ab oratore pariuntur, [65] excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem perpolitamque desiderant. Itaque cum hæc duo nobis quærenda sint in causis, primum [66] quid, deinde quomodo dicamus: alterum, quod totum [t]arte tinctum videtur, tametsi artem requirit, tamen prudentiæ est pæne mediocris, quid dicendum sit, videre: alterum est, in quo oratoris vis illa divina, virtusque cernitur, ea, quæ dicenda sunt, ornate, copiose, varieque dicere.

(28.) Quare illam partem [u] superiorem, quoniam semel ita vobis placuit, non recusabo, quo minus perpoliam atque conficiam; (quantum consequar, vos judicabitis:) quibus ex locis ad eas tres res, quæ ad fidem faciendam solæ valent, ducatur oratio, ut et concilientur animi, et doceantur, et moveantur. [67] [hæc sunt enim tria numero] ea vero quemadmodum illustrentur, [x] præsto est, qui omnes docere possit, qui hoc primus in nostros mores induxit, qui maxime auxit, qui solus effecit. Namque ego, Catule, (dicam enim non reverens assentandi suspicionem,) neminem esse oratorem paullo illustriorem arbitror, neque Græcum, neque Latinum, quem ætas nostra tulerit, quem non et sæpe, et diligenter audierim. Itaque, [y] si quid est in me, (quod jam sperare videor, quoniam quidem vos, his ingeniis homines, tantum operæ mihi ad audiendum datis,) ex eo est, quod nihil quisquam unquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit. Atque ego is,

[t] *arte plenum.* [u] quæ docet quid sit dicendum, et quænam res valeant ad faciendam fidem. [x] *adest* Crassus. [y] *si quid dicendo possum.*

63. *Separatim—definite. Separatim* h. l. accipere debemus, pro generatim, universe, i. e. sejuncte a temporibus, personis; quod nostri barbari *abstracte* dicunt: alias *separatim* est proprie, opponiturque τῷ *generatim.* idque crederem hic reponendum, nisi additum esset, *de genere universo. Ernest.*

Ibid. *Separatim.* Pro generatim; nostri dicunt philosophi, in abstracto: opponitur *definite. Ernest. in Clave.*

64. *Quæstiones oporteat.* Sic e MSS. et edd. P. Man. Lamb. Pearcius: recte. Sic et MS. E. Etiam sine tali auctoritate sic corrigendum erat vulgatum *oportet. Ernest.*

65. *Excogit. non habent diff.* h. e. facile (ut ait Wetzel.) possunt excogitari, inveniri; eo illustrius autem volunt sive debent explicari et ornari. *Harl.*

66. *Quid—quomodo.* Hi sunt duo fontes, nempe *res et verba*, sive inventio atque elocutio: e quibus ducantur, quæcumque posita sint in facultate oratoria. *Harl.*

67. *Hæc sunt enim tria numero. Numero* abest ab edd. W. et s. l. et a. etiam MS. E. Addidit ed. Med. Ego totum hoc spurium arbitror: est enim valde bella scilicet admonitio de numero, qui jam ante indicatus erat. Ortum est e glossa ad *ea.* In MS. E. *ea* abest. Nempe confusio orta e glossa. Uncis inclusi. *Ernest.*

qui sum, quantuscumque sum ad judicandum, omnibus auditis oratoribus, sine ulla dubitatione sic statuo et judico, neminem omnium tot, et tanta, quanta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. Quamobrem si vos quoque hoc idem existimatis, non erit, ut opinor, iniqua partitio, si, cum ego hunc [68] oratorem quem nunc fingo, ut institui, crearo, aluero, confirmaro; tradam eum Crasso, et vestiendum, et ornandum.

Tum Crassus: Tu vero, inquit, Antoni, perge, ut instituisti. Neque enim est boni, neque liberalis parentis, quem procrearit, et [69] eduxerit, eum non et vestire, et ornare: præsertim cum te [70] locupletem esse negare non possis. Quod enim ornamentum, quæ vis, qui animus, quæ dignitas illi oratori defuit, qui in causa peroranda non dubitavit [s] excitare [71] reum consularem, et ejus [72] diloricare tunicam, et judicibus [73] cicatrices adversas senis imperatoris ostendere? qui idem, hoc accusante Sulpicio, cum [74] hominem seditiosum, furiosumque defenderet, non dubitavit seditiones ipsas [75] ornare, ac demonstrare gravissimis verbis, multos sæpe impetus populi non injustos esse; [t] quos [76] præstare nemo possit? multas etiam [u] [77] e republica seditiones sæpe esse factas, ut cum reges essent [x] exacti, ut cum [y] tribunicia potestas esset constituta?

[s] *jubere ut e subselliis surgeret, ubi rei sedebant.* [t] *quos prospicere et impedire nemo possit.* [u] *conjunctas cum utilitate reipub.* [x] *expulsi, suffectis in eorum locum consulibus.* [y] *cum ille magistratus, qui tribunus plebis dictus est, fuit institutus.*

68. *Oratorem, quem nunc* fingo. h. est, qui qualis esse debeat, doceo. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Quem nunc fingo. Fingit* proprie figulus, quando formam ex luto ducit; deinde transfertur ad omnia, quæ ingenio manuque hominis artificiose formantur: reliqua verba sumta sunt ab ordine naturæ in hominum progressibus. Antonius vero dicit, se inveniendi et eloquendi daturum elementa, deinde præceptis atque exercitationibus cum facilioribus tum gravioribus auctorum et nutriturum juniores auditores: postea rationes viasque argumentorum et animi motuum docendo firmaturum; cultum vero, elocutionis atque orationis ornamento, et pulcritudinis doctrinam se relicturum esse Crasso, a quo, magistro, discant. Vide vero verecundiam et urbanitatem horum hominum, quos nostri sæculi homines imitentur! quam modeste respondet Crassus! *Harl.*

69. *Eduxerit*, h. e. educaverit: quæ quidem vocabb. præcipue in partic. pass. a librariis confusa fuerunt, ut jam alibi monuimus. *Harl.*

70. *Locupletem.* h. e. (ut Wetzelii verbis utar,) oratorem ornatum, qui et alios docere possit ornate dicere. *Harl.*

71. *Reum consularem.* M. Aquillium, qui post servile bellum in Sicilia confectum de repetundis pecuniis causam dixit. Cum judicum misericordiam implorare nollet, M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam ab ejus pectore discidit, ut honestas cicatrices bello acceptas ostenderet. Quibus conspectis reus absolutus est. *Livii epitome. Proust.*

72. *Diloricare tunicam.* i. e. retegere: nam *loricare* etiam est pro *tegere*. Sic parietes dicuntur *loricari tectorio. Ernest. in Clave.*

73. *Cicatrices adversas.* Quæ in pectore, vel alia parte anteriori, accipiebantur vulnera, dicebantur adversa, erantque gloriosa: ut contra aversa inhonesta, utpote in fuga, et tergo accepta. *Proust.*

Ibid. *Cicatrices adversas.* Quas, quum adversus hostem, in hujus conspectu stetisset, accepit: in pectore, ab interiore corporis parte, non, more desertorum et fugitivorum, a tergo, quæ tunc *aversæ* dicuntur. *Harl.*

74. *Hom. seditios furios.* v. cap. 47. etc. *Pearce.* n. Norbanum, qui Cepionem egerat præcipitem. V. Ciceron. de Offic. ii. 14. infra c. 45. et 47. sq. Brut. 44. *Harl.*

75. *Ornare.* Scil. oratione s. laudibus, i. e. laudare. Plenius scripsit Lactant. Institt. i. 1. 10. *luce orationis ornata*, et cap. 5. 3. *poetæ quamvis deos carminibus ornaverint, et eorum res gestas amplificaverint summis laudibus. Harl.*

76. *Præstare.* Vox *præstare* significat hic exitum alicujus rei in se recipere. Vid. i. 24. ad finem. *Pearce.*

77. *E republ.* h. e. pro salute reipublicæ, eique ut prodessent. *Pearce.*

illam Norbani seditionem, ex luctu civium, et ex Cæpionis odio, qui [78] exercitum amiserat, neque reprimi potuisse, et jure esse conflatam? Potuit [z] hic locus tam anceps, tam inauditus, tam lubricus, tam novus, sine quadam incredibili vi ac facultate dicendi tractari? Quid ego [a] de [79] Cn. Manlii, quid de [80] Q. Regis commiseratione dicam? quid de aliis innumerabilibus? [81] in quibus non hoc maxime enituit, quod tibi omnes dant, acumen quoddam singulare, sed [82] hæc ipsa, quæ nunc [b] ad me delegare vis, ea semper in te eximia et præstantia fuerunt.

(29.) Tum Catulus: Ego vero, inquit, in vobis hoc maxime admirari soleo, quod, cum inter vos in dicendo dissimillimi sitis, ita tamen uterque vestrum dicat, ut ei nihil neque a natura denegatum, neque a doctrina non delatum esse videatur. Quare, Crasse, neque tu tua suavitate nos privabis, ut, si quid ab Antonio aut prætermissum, aut relictum sit, non explices: neque te, Antoni, si quid non dixeris, existimabimus non potuisse potius, quam a Crasso dici maluisse. Hic Crassus: Quin tu, inquit, Antoni, omittis ista, quæ proposuisti, quæ nemo horum desiderat: quibus ex locis ea, quæ dicenda sint in causis, reperiantur, quæ quamquam abs te novo quodam modo, præclareque dicuntur, sunt tamen et re faciliora, et præceptis [c] pervagata: illa, deprome nobis, unde afferas quæ sæpissime tractas, semperque divinitus.

Depromam equidem, inquit Antonius, et quo facilius id a te exigam, quod peto, nihil tibi a me postulanti recusabo. Meæ totius orationis, et istius ipsius in dicendo facultatis, quam modo Crassus in cœlum verbis extulit, tres sunt rationes, ut ante dixi; una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia vim desiderat: nam hoc necesse est, ut is, [d] qui nobis causam adjudicaturus sit, [83] inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut

[z] *ea pars orationis tam lubrica.* [a] *de commiseratione quam concitasti in causa Cn. Manlii et Q. Regis.* [b] *vis mihi tribuere.* [c] *vulgo cognita.* [d] *qui secundum nos judicaturus est.*

78. *Exercit. amiserat.* In bello contra Cimbros et Gallos. Flor. iii. 3. 4. et ibidem de Manlio, ubi vide interpretes de illius prænomine, in quo plurimum variant scriptores: adde Vellei. Paterc. ii. 12. 2. ibique Gruner. et Wetzel. *Harl.*

79. *Cn. Manlii.* A Cimbris Cn. Manlius et Q. Servilius Cæpio proconsules victi prælio castrisque binis exuti sunt: octoginta millia militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta millia. *Livii epitome*, lib. lxvii. Ea clades incidit in annum U. C. DCXLIX. ante Christum CV. *Proust.*

80. *Q. Regis.* Q. Marcius Rex celeberrimo in rep. Rom. genere, plurimis magistratibus cum dignitate gestis, consul fuit anno U. C. DCXXXVI. ante Christum CXVIII. Verum quæ fuerit ejus causa, in qua commiserationem excitavit Antonius, non est, quod sciam, a veteribus traditum. *Proust.*

Ibid. *Quid de Q. Regis commiseratione dicam?* Antonius in causa Quinti Regis in commiserationem movit judices: de qua nihil alibi, quod meminerim, legi. Nomen hic est proprium *Rex*, nec officium comprehendit. Q. Martius Rex consul fuit cum M. Catone Nepote. Auctor est Gell. lib. xiii. c. 18. et Plinius, lib ii. c. 31. *Strebæus.*

81. *In quibus non hoc.* Sic pro vulgato *hoc non* ex edd. pr. et aliis vett. dedimus, quamquam ipsa forma orationis admonuerat. *Ernest.*

82. *Hæc ipsa, quæ.* h. e. ornamenta dicendi, §. 5. et de quibus Crassus inf. iii. 37. loquitur. De pleonasmo hoc pronominis *ea* v. Heusing. præf. ad Ciceronis Offic. p. 44. *Harl.*

83. *Inclinat. vol. prop. in nos.* h. e. nobis favens, propensus, *uns gewogen*, a nobis conciliatus, *von uns gewonnen seyn.* *Harl.*

[84] defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione [85] cogatur. Sed quoniam illa pars, [e] in qua rerum ipsarum explicatio ac defensio posita est, videtur omnem hujus generis quasi doctrinam continere, de ea primum loquemur, et pauca dicemus. Pauca enim sunt, [f] quæ usu jam tractata, et animo quasi habere notata videamur.

(30.) Ac tibi sapienter monenti, L. Crasse, libenter assentiemur, ut singularum causarum [g] defensiones, quas solent magistri pueris tradere, relinquamus: aperiamus autem ea capita, unde omnis ad omnem et causam et orationem disputatio ducitur. Neque enim, quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties ejus verbi [86] litteræ sunt cogitatione conquirendæ: nec quoties causa dicenda est, toties [87] [h] ad ejus causæ seposita argumenta revolvi nos oportet: sed habere [i] certos locos, qui, ut litteræ ad verbum scribendum, sic illi ad causam explicandam, statim occurrant. Sed hi loci ei demum oratori prodesse possunt, qui est versatus in rebus, vel usu, quem ætas denique affert, vel auditione et cogitatione, [88] quæ studio et diligentia [k] præcurrit ætatem. Nam si tu mihi quamvis eruditum hominem adduxeris, quamvis acrem et acutum in cogitando, quamvis ad pronuntiandum expeditum, si erit idem in consuetudine civitatis, in exemplis, in institutis, in moribus ac voluntatibus civium suorum [l] hospes, non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur. [89] subacto mihi ingenio opus est, [90] ut agro non semel arato, sed novato et iterato, quo meliores fœtus possit et grandiores edere. Subactio autem est usus, auditio, lectio, litteræ.

Ac primum [m] naturam causæ videat, quæ nunquam latet, factumne sit quæratur, an, quale sit, an, quod nomen habeat: quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia, non his [91] subductionibus, quas [n] isti docent, quid faciat causam, id est, quo

[e] *in qua continentur defensionis argumenta, et ratio probandi docetur.* [f] *quæ experientia didicerim, quæque animo pridem notata mihi jam occurrant.* [g] *locos quibus orator ad causæ defensionem uti debet.* [h] *propria et quasi seposita a communibus argumentis.* [i] *communes quosdam omnibus causis locos.* [k] *conciliat prudentiam et cognitionem, quam ætas nondum afferre potest.* [l] *ignarus.* [m] *genus ac statum.* [n] rhetores Græculi.

84. *Defensionis argumenta* pertinent ad rationes docendorum hominum: hinc *defensio* h. l. depulsio, aut declinatio et criminis et offensionis, sive explicatio rerum, quas suæ causæ defendendæ gratia adfert orator, sive sit patronus, sive adcuset. v. Pearc. ad cap. 31. *Harl.*

85. *Cogatur.* Cogi dicuntur, quos commovendis πάθεσιν orator adducit, quo vult. *Ernest. in Clave.*

86. *Litteræ.* h. e. usus atque exercitatio scribendi, interprete Schützio. *Harl.*

87. *Ad ejus causæ seposita argumenta. Seposita* int. in locis rhetoricis, et condita, ut inde repetantur, cum causa postulet; sive ei causæ propria. *Ernest.*

88. *Quæ studio et diligentia,* &c. i. e. in iis, qui studium et diligentiam adhibent, maturius venit, quam ætas ferre videatur. *Ernest.*

89. *Subacto.* Translatio ducta ab agricultura. Ut ager non semel aratus, sed iterum ac tertio proscissus potest meliores et grandiores fructus afferre: ita perdomitum et excultum ingenium et plura et meliora, producit. Modus autem colendi ingenii est usus, auditio, &c. *Proust.*

90. *Ut agro—iterato.* Vid. Salmas. ad Solin. p. 509 ss. *Ernest. in Clave.*

91. *Subductionibus. Subductiones* sunt artificia, quibus commentaturi utuntur in cogitando, cum quærunt, quid faciat causam, quid veniat in judicium. Nam *subducere,* quod est rationibus proprium, de cogitatio-

sublato controversia stare non possit: deinde, quid veniat in judicium, quod isti sic jubent quærere: interfecit [92] Opimius Gracchum. [o] quid facit causam? quod [p] reipublicæ causa, cum [q] ex senatusconsulto ad arma vocasset: hoc tolle, causa non erit. [r] At id ipsum negat contra leges licuisse [93] Decius. Veniet igitur in judicium, licueritne [s] ex senatusconsulto, servandæ reipublicæ causa. Perspicua sunt hæc quidem, et in vulgari [94] prudentia sita: sed illa quærenda: quæ ab accusatore et defensore argumenta, ad id, quod in judicium venit, spectantia, debeant afferri.

(31.) Atque hic illud videndum est, in quo summus est error istorum magistrorum, ad quos liberos nostros mittimus, non quo hoc quidem ad dicendum magnopere pertineat, sed tamen ut videatis, quam sit genus hoc eorum, qui sibi [95] eruditi videntur, hebes atque impolitum. Constituunt enim in partiendis orationum modis duo genera causarum: unum appellant, in quo sine personis atque temporibus de universo genere quæratur; alterum, quod personis certis et temporibus definiatur; ignari, omnes controversias ad universi generis vim et naturam referri. Nam in ea ipsa causa, de qua ante dixi, nihil pertinet ad oratoris locos Opimii persona, nihil Decii. De ipso enim universo genere infinita quæstio est, num pœna videatur esse afficiendus, qui civem ex senatusconsulto patriæ conservandæ causa interemerit, cum id per leges non liceret. [96] Nulla denique est causa, in qua id, quod in judicium venit, ex reorum personis, non generum ipsorum universa disputatione quæratur. Quinetiam in iis ipsis, ubi de facto ambigitur, ceperitne contra leges pecunias [97] P. Decius, argumenta et criminum et de-

[o] *quodnam est causæ caput?* [p] Gracchum interfecit. [q] *cives jussit arma sumere, probante senatu, et edicto facto.* [r] *Decius contendit* Gracchi cædem *non fuisse licitam, quia contra leges facta fuit.* [s] Gracchum occidere.

nibus et meditationibus dici notum est. v. Att. v. 21. ad Div. i. 9. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Subductionibus.* h. e. numerorum detractionibus, quales fieri solent ad summam colligendam. In hac subductiones dicuntur depulsiones, nempe intentionis, atque firmamenta, h. e. rationes. v. Streb. *subactionibus* Guelf. A. *Harl.*

92. *Opimius.* Anno U. C. DCXXXIII. ante Christum CXXI. *C. Gracchus seditioso tribunatu acto, cum Aventinum armata quoque multitudine occupavisset, a L. Opimio consule ex senatusconsulto vocato ad arma populo pulsus, interemptus est* ..... Anno consequente *L. Opimius accusatus apud populum a Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjecisset, liberatus est.* Epitome Livii, lib. lxi. *Proust.*

93. *Decius.* Qui, quum esset plebis tribunus, a. U. C. 633. Opimium (c. 25. 4.) accusarat, sed Carbo consul defendit Opimium. *P.* autem *Decius*, ut ait Cicero in Bruto 28. 8. *non infans ille quidem, sed, ut vita, sic oratione etiam turbulentus. Harl.*

94. *Prudentia sita: sed illa quærenda:* Sic interpunxi: si *illa* referretur ad *argumenta*, deberet post esse *debent.* MS. E. *quæ et ab acc. et. Ernest.*

Ibid. *Vulgari prudentia*, h. e. sensu communi. *Harl.*

95. *Eruditi.* V. ii. 1. cap. *Eruditi* sunt, quos dicimus *Kenner einer Sache.* Græculos professores, qui tum Romæ artem rhetoricam docebant, intelligit. *Harl.*

96. *Nulla—est causa.* Nulla est causa, inquit Antonius, in qua id quod in judicium et controversiam vocatur, quæri debeat ac peti ex ipsis reorum personis, sed omnia referri debent ad universum genus. Sic in hac ipsa quæ modo proposita est causa, ad oratoris locos nec Opimii nec Decii persona pertinet; non ex ipsis deducenda sunt argumenta, sed ex ipso facto, quod generatim spectatur. *Proust.*

97. *P. Decius.* Non unus ex iis qui se pro patria devoverunt; fortasse is fuerit, qui quæstura functus est anno U. C. DCXXVIII. ante Christum CXXVI. *Proust.*

fensionis revocentur oportet ad genus, et ad naturam universam: [98] quod sumtuosus, de luxuria: quod alieni appetens, de avaritia: quod seditiosus, de turbulentis et malis civibus: quod a multis arguitur, de genere testium: contraque, quæ pro reo dicentur, omnia necessario a tempore atque homine ad communes rerum et generum summas revolventur. [t] Atque hæc forsitan homini, non omnia, quæ sunt in natura rerum, celeriter animo comprehendenti, permulta videantur, quæ veniant in judicium tum, cum de facto quæratur: sed tamen, criminum est multitudo, non defensionum aut locorum, infinita.

(32.) Quæ vero, cum de facto non ambigitur, quæruntur, qualia sint; [u] ea si [99] ex reis numeres, et innumerabilia sunt, et obscura: si ex rebus, valde et modica, et illustria. [x] Nam si Mancini causam in uno Mancino ponimus, quotiescumque is, quem [y] paterpatratus dediderit, [z] receptus non erit, toties causa nova nascetur. [1] Sin in illa controversia causam facit, videaturne ei, quem paterpatratus dediderit, si is non sit receptus, [a 2] postliminium esse: nihil ad artem dicendi, nec ad argumenta defensionis, Mancini nomen pertinet. Ac, [b] si quid affert præterea hominis aut dignitas, aut indignitas, [c] extra quæstionem est, [d] et [3] ea tamen ipsa oratio ad universi generis disputationem referatur necesse est. Hæc ego non eo consilio disputo, ut homines eruditos redarguam: quamquam reprehendendi sunt, [e] qui in genere definiendo istas [4] causas de-

[t] *facta, et crimina, quæ in judicium veniunt, et agitantur in foro, permulta fortasse esse videantur homini non acutissimo: sed quamvis revera multa essent genera, ipsi tamen loci, unde factorum accusatio et defensio petitur, minime multi sunt.* [u] *si recensere velis eos, quorum privata causa in judicium venit, multa sunt: si res ipsas et causarum genera spectes, pauca, et cognitu facilia.* [x] *si persona Mancini et nomine includimus ejus causam, et novam litem statuimus, quoties novus reus erit,* &c. [y] *pacis et belli conficiendi auctoritatem habens.* [z] ab hoste, cui paterpatratus ipsum tradidit. [a] *jus eorum, qui ad suam civitatem, unde abfuerunt, domumque suam ac limen postea revertuntur.* [b] *si quod argumentum peti potest ab hominis dignitate,* &c. [c] *non pertinet ad causæ totius caput.* [d] *argumenta quæ petuntur ab ipsis reis, revocanda sunt ad locum illum communem, quo nititur controversia.* [e] *qui cum causarum genera duo faciant, alterum in personis ac temporibus positum esse volunt.*

98. *Quod sumtuosus.* Accusatur v. g. Decius, quod sumtus nimios fecerit? argumenta defensionis et accusationis petenda erunt e communi genere et loco, de luxuria: quod alienas opes appetiverit? de avaritia, &c. *Proust.*

99. *Ex reis—innum.* Quoniam id ad individua tunc adtinet, quorum singula mutant controversiam, et, si cum Republica ipsa compares, obscura sunt: secus autem res se habet, si de Republica et respectu ad illam quæstio oritur; tunc enim valde *modica* sunt, h. e. non adeo multa, ita ut medium teneat *modicum* inter paucissima et innumerabilia: infra conjunguntur *modicæ et paucæ*. *Harl.*

1. *Sin illa controversia.* Sine dubio legendum est: *sin in illa contr.* Nam controversia non causam facit, sed quæritur, quid in controversia causam faciat, contineat. Excidit *in* ob verbum præcedens. In hac evidentia non dubitavi sic edere. *Ernest.*

2. *Postliminium esse.* h. e. reversionem, reditum esse, redire licere. *Harl.*

3. *Et ea ipsa oratio.* Id est eleganter, pro, ea ipsa pars orationis, quæ vel dignitatem vel indignitatem demonstret, sive quæ dicitur de d. vel ind. Itaque non corrigam cum Pearcio *oratione*, quod in MSS. duobus reperit, estque et in Erl. *Ernest.*

4. *Causas describunt,* &c. Eleganter hoc, pro, dicunt, docent: quia respectus est ad distributionem, de qua *describere* eleganter dicitur. *Ernest.*

Ibid. *Describunt.* h. l. dicunt, docent; est enim respectus ad propriam et primam significationem, a pictoribus aliisque artificibus sumtam, ut γράφειν, (v. Valken. ad Theocriti Adoniaz. p. 372.) περιγράφειν, *circumscribere* aut adimere, (v. Heyne ad Epictet. p. 118.) etc. *Describere* vero proprie est partiri, distribuere, (et ad distributionem

scribunt in personis et in temporibus positas esse. Nam [f] etsi incurrunt tempora, et personæ, tamen intelligendum est, non ex iis, sed [g] ex genere quæstionis pendere causas. [h] Sed hoc nihil ad me. Nullum enim nobis [5] certamen cum istis esse debet tantum: satis est intelligi, [6] ne hoc quidem eos consecutos, quod in tanto otio, etiam sine hac forensi exercitatione, efficere potuerunt, ut genera rerum discernerent, eaque paullo subtilius explicarent. Verum hoc (ut dixi) nihil [7] ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster et Sulpici: [i] quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum: [8] est enim infinita, si in personis ponitur; quot homines, tot causæ: sin ad generum universas quæstiones referuntur; ita modicæ et paucæ sunt, ut eas omnes, diligentes, et memores, et sobrii oratores percursas animo, [9] et, prope dicam, [10] decantatas habere debeant: [k] nisi forte existimatis, [11] a

[f] *licet causæ sint astrictæ certis personis ac temporibus.* [g] *ex controversia universim spectata.* [h] *parum curo,* quam recte isti rhetores causarum genera diviserint. [i] *si sequamur istorum præcepta.* [k] *nisi forte creditis L. Crassum, cum M' Curii causam egit, ab ipso nomine et persona M' Curii argumenta sumpsisse, quibus ad dicendum uteretur; et ea re,* ejus nomine ac persona *multum profecisse, ut probaret Curium hæredem Coponii esse oportere, quamvis Coponio posthumus filius nullus natus esset.*

h. l. est respectus,) in limites et certum in ordinem digerere, positis terminis dividere, rectis et certis finibus aliquid constituere. *Harl.*

5. *Certamen cum i. e. d. tantum: satis e. i.* Sic distinximus. In vulgari interpunctione, *tantum* conjungitur cum *satis;* perinepte, conjungendum est cum *certamen tantum,* sc. ut istos eruditos homines redarguere velim. *Ernest.*

6. *Ne hoc quidem.* Causas, ut par est, agere non potuerunt sine exercitatione forensi: at certe recte dividere ac definire illas ipsas causas in otio suo potuerunt et debuerunt: in quo tamen ipso peccarunt. *Proust.*

7. *Ad me.* Nempe id, quod sequitur in verbis: *Quomodo nunc se* etc. nec est necessarium, cum Pearcio colon post *Sulpici* ponere, si modo pronomen *illud* recte de eo, quod sequitur, intelligas. Schützio recte monente. *Harl.*

8. *Est enim infinita, si in personis ponitur.* Sic ista sunt conjungenda. *ponitur* int. causa; nisi corrigas *ponuntur,* quia et in altero membro pluralis est, *referuntur.* tum his eleganter subjicitur: *quot homines tot causæ,* sc. erunt. Vulgata distinctio perinepta est: *multitudo causarum pertimescenda est: est enim infinita.* At hoc quærebatur, et erat demonstrandum. Mox dedi *eas omnes,* pro *omnes eas;* ut jam alii; est enim lenius. *Ernest.*

9. *Et, prope dicam, dec.* Addidi *dicam* e MS. Gron. et E. adeo Ciceronianum est. Si voluisset Cicero adverbio uti, dixisset *quasi.* supra jam hoc restituimus Ciceroni. *Ernest.*

10. *Decantatas. Decantatas, habere* est in numerato habere, quod facile possis memoriter recitare. *Harl.*

11. *A M' Curio causam* DIDICISSE *L. Crassum, et* EA RE *multa attulisse.* Lambinus censuit legendum, *a M' Curii* NOMINE *causam* DUXISSE *L. Crassum*: Hæc Lambini conjectura quam proxime ad mentem Ciceronis accedit: sed sequitur EA RE *multa attulisse.* Verba *ea re* significant ob eam causam, ob eam rem: sic Cicero in lib. iv. Tusc. Disp. c. 38. EA REQUE *suscipi, quod ita rectum esse videatur.* Sic etiam in Epist. Bruti ad Atticum. *An hoc ipsum* EA RE *facit, quod illi propter amplitudinem omnia jam, ultroque deferenda putat?* Sed verba istius significationis huic loco non conveniunt: nulla enim ratio, aut causa significatur, cur Crassus multa attulit. MS. Bod. legit *et* EX RE *multa,* &c. unde suspicor legendum *et* EX REO *multa attulisse.* Sic in initio hujus Capitis; *ea,* si EX REIS *numeres, innumerabilia sunt.* Sic in cap. præcedente. *Nulla denique est causa, in qua id, quod in judicium venit, ex* REORUM *personis, ac non generum ipsorum disputatione quæratur.* Nempe Antonius voluit dicere, Crassum non ex ipsa persona Curii, neque ex reo argumenta deprompsisse; sed omnia ab homine ad naturam universam quæstionis retulisse. *Pearce.*

Ibid. *A M' Curio.* Sensus esse videtur, a M' Curio, sive a ratione personæ M' Curii, quem defendebat, causam didicisse L. Crassum, et *ea re* h. e. hinc accepisse et adtulisse illa multa, quæ dixit. *Harl.*

M' Curio causam didicisse L. Crassum, [12] et ea re multa attulisse, quamobrem, postumo non nato, Curium tamen heredem Coponii esse oporteret. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad causæ vim, ac naturam nomen Coponii, [13] aut Curii, pertinuit. In genere erat universo rei negotiique, non in tempore ac [14] nominibus, omnis quæstio: [l] Cum scriptum ita sit, SI MIHI FILIUS [15] GENITUR, ISQUE PRIUS MORITUR, et cetera, TUM UT MIHI ILLE SIT HERES: si natus filius non sit; videaturne is, qui filio mortuo institutus heres sit, heres esse.

(33.) [16] [m] Perpetui juris, et universi generis quæstio non hominum nomina, sed rationem dicendi, et argumentorum fontes desiderat. In quo etiam isti nos jurisconsulti impediunt, a discendoque deterrent. Video enim in [17] Catonis et Bruti libris nominatim fere referri, quid alicui de jure viro aut mulieri responderint: credo, ut putaremus, in hominibus, non in re, consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse; ut, quod homines essent innumerabiles, [18] debilitati a jure cognoscendo, voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abjiceremus.

Sed [n] hæc Crassus aliquando nobis expediet, et [19] exponet descripta generatim. est enim, ne forte nescias, heri nobis ille hoc,

[l] *tota quæstio versabatur in explicando illo scripto.* si mihi, &c. [m] *controversia quæ jure aliquo certo et perpetuo nititur, non pendet ab hominum nominibus, sed ad communes quosdam dicendi locos, qui sunt argumentorum fontes, revocanda est.* [n] *sed aliquando Crassus juris scientiam hominum nominibus ac factis impeditam explicabit, et ad certa rerum genera,* quæ pauca sunt, *revocabit.*

12. *Et ea re m. a.* Sensus est: et hinc accepisse illa multa, quæ dixit, &c. nec opus est correctione. *Ernest.*

13. *Aut Curii.* Pro *ac C.* MSS. et edd. vett. *Ernest.*

14. *Nominibus, omnis quæstio: Cum ita scr.* Hic rursus vitiosa est vulgata interpunctio, comma modo habens post *quæstio:* unde cetera fiunt vitiosa temporibus. deberet enim esse: *scriptum esset,* &c. Immo in seqq. exponitur factum et quæstio e facto, et est initium novæ sententiæ. *Ernest.*

15. *Genitur.* Geno pro gigno. *Ernest. in Clave.*

16. *Perpetui juris,* h. e. juris, quod semper aut ad longum tempus idem manet propositum, nec ad unius aut alterius commodum fit, aut mutatur. Contra Orat. 36. cap. 36. *perpetua quæstio* est, quum de genere universo quæritur. *Harl.*

17. *Catonis et Bruti.* M. Catonem, principem Porciæ familiæ, celebrem fuisse jurisconsultum, ejusque libros ætate sua exstitisse tradit Pomponius fr. lib. i. tit. 2. de Origine juris. Ibidem fit Bruti mentio. *Post hos fuerunt P. Mucius, et Brutus, et Manilius, qui fundaverunt jus civile. Ex his P. Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, et exstant volumina scripta, Manilii monumenta: illi duo consulares fuerunt, Brutus prætorius, P. autem Mucius et pontifex maximus. Proust.*

18. *Debilitati a jure cognoscendo.* Hoc exquisite dicitur. Non opus addere *metu,* ut videtur Pearcio, quamquam sic est de Inv. i. 25. extr. *Ernest.*

Ibid. *Debilitatus,* perterritus. Pearcius adjiciendum putat *metu;* quod in duobus MSS. reperit, ut est aliis locis. Sed quemadmodum vulnerati et membro aliquo capti simpliciter *debilitari, debilitati* dicuntur, omisso corporis aut membri nomine, quo debilitantur: sic etiam animus *debilitatus* simpliciter dici potest, pro *metu debilitatus. Ernest. in Clave.*

Ibid. *Debilitati a jure cognoscendo. Debilitati,* h. e. deterriti, n. *metu,* quod tamen vocabulum *metu,* non erit, quod cum Pearcio addamus, quamquam est de Inv. i. 25. extr. Proprie *debilitatus* est, qui est *debilis,* h. e. mancus, mutilus, aut qui usum membrorum amisit, et opponuntur *integri.* Deinde ad animum transfertur; nec semper substantivum quoddam additur. *Harl.*

19. *Expon. descr. gener.* h. e. sic exponet, ut totum jus civile in genera sua et partes distribuat. *Schütz.*

Catule, pollicitus, se jus civile, quod nunc [20] diffusum et [21] dissipatum est, in certa genera [o] coacturum, [22] et ad artem facile redacturum. Et quidem, inquit Catulus, haudquaquam id est difficile Crasso, qui et, quod disci potuit de jure, didicit: et, quod iis, qui eum docuerunt, defuit, ipse afferet; ut, quæ sint in jure, vel [23] apte describere, vel ornate illustrare possit. Ergo ista, inquit Antonius, tum a Crasso discemus, cum se [24] de [p] turba et [25] a subselliis in otium, (ut cogitat) [26] soliumque contulerit. Jam id quidem sæpe, inquit Catulus, ex eo audivi, cum diceret, sibi certum esse, a judiciis causisque discedere: sed, ut ipsi soleo dicere, non licebit. neque enim ipse auxilium suum sæpe a viris bonis frustra implorari patietur, neque id æquo animo feret civitas: quæ si voce L. Crassi carebit, ornamento quodam sese spoliatam putabit. Nam hercle, inquit Antonius, si hæc vere a Catulo dicta sunt, [q] tibi mecum [27] in eodem est pistrino, Crasse, vivendum: et [r] istam oscitantem et [28] dormitantem sapientiam [29] Scævolarum, et ceterorum [30] beatorum otio concedamus. Arrisit hic Crassus leniter, et, [s] Pertexe modo, inquit, Antoni, quod exorsus es. me tamen ista oscitans sapientia, simulatque ad eam confugero, in libertatem vindicabit.

(34.) [t] Hujus quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est finis, inquit Antonius: quoniam intelligitur, non in hominum innume-

[o] *collectumm.* [p] *a tumultu et forensibus causis.* [q] *eadem ars causarum in foro tractandarum nobis, dum vivemus, erit exercenda, quamvis sit plena defatigationis.* [r] *cessantem et otiosum.* [s] *absolve quod incepisti.* [t] *eo spectat omnis disputatio, quam supra de locis communibus exorsus sum, ut,* &c.

20. *Diffusum* (metaphora eleganter ducta ab aqua, quæ redundat, aut ripas superat,) et *dissipatum*, h. e. sparsum, nullo modo, nullo ordine compositum. *Harl.*

21. *Dissipata* dicuntur, quæ non sunt ad artis formam redacta. *Ernest. in Clave.*

22. *Et ad artem facile redacturum.* Facile se id effecturum, neque dixit, neque promisit: nec id est promissi; adeoque non convenit *facile* verbo *pollicitus*. Facile id eum perfecturum, ea vero Catuli laus est, bene de Crasso sperantis. Credo *facile* esse spurium et natum e Catuli oratione. A MS. E. plane hæc absunt *et ad — redacturum. Ernest.*

23. *Apte describere.* Edd. pr. item MSS. Pearcii habent *acute*, unde recepit ipse in textum. Mihi *apte* verum videtur, quia verbo *describendi* convenit, in quo partiendi sensus est. Nam *apte descr.* nihil aliud est, quam recte omnia ad sua genera revocare, genera in partes tribuere, &c. ut supra ipse dixit, cum modum doctrinæ ad artem revocandæ explicaret. *Ernest.* Dialectici dicuntur *describere*, cum formas et genera rerum constituunt: item in partitione. Sic *Rab. Post.* 15. *descripta* opponuntur *universis.* Or. ii. 33. descripta *generatim;* pro quo mox; *in certa genera coacta.* ibid. *ut quæ sint in jure, vel apte* describere, *vel ornate illustrare possit.* ibid. 71. *in multa genera* describere. *Ernest. in Clave.*

24. *De turba*, scil. fori, et *a subselliis*, n. judicum, quando clientibus suis de jure respondebant.

25. *A subselliis in otium*—soliumque *se contulerit.* Desierit causas in foro agere, et contra de jure responderit. *Ernest. in Clave.*

26. *Soliumque*, i. e. sellam vel lectulum domi positum. *Pearce.*

27. *In eodem est* pistrino, *Crasse, vivendum. Pistrinum*, ubi pinsebatur et panis fiebat, et quo servi a dominis ob noxam detrudebantur, sæpe usurpatur pro re difficili et labore molesto. *Harl.*

Ibid. *In eodem est pistrino viv.* Hanc lectionem primum in ed. Ald. et Juntina reperi. Ante fuit *eodem pristino instituto*, ut et in MSS. Pearcius reperit, nos in Erl. Unde illa Ald. et J. lectio recepta sit, nescio; sed est altera melior, et sequentibus aptior, ubi libertatis recuperandæ mentio. *Ernest.*

28. *Dormitantem sapientiam.* h. e. quæ nihil laboris affert, otiosa, de jurisprudentia. *Ernest. in Clave.*

29. *Scævolarum.* Conf. supra i. 10. ubi Scævola ille, *jura*, inquit, *civilia jam pridem in nostra familia versantur. Oscitans et dormitans sapientia* est juris scientia, quæ opponitur eloquentiæ semper vigilanti et vi-

rabilibus personis, neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis [31] omnia sita esse, quæ in dubium vocarentur: genera autem esse definita, non solum numero, sed etiam paucitate: ut eam materiem orationis, quæ cujusque esset generis, studiosi qui essent dicendi, [u] omnibus locis descriptam, instructam, ornatamque comprehenderent, rebus dico et sententiis. [x] Eæ vi sua verba parient, quæ semper satis ornata mihi quidem videri solent, si ejusmodi sunt, ut ea, res ipsa [32] peperisse videatur. Ac, si verum quæritis, quod mihi quidem videatur: nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam et opinionem meam: hoc [y] instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus, neque, ut quæque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus: quæ quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito et usu, pertractata esse possunt; sed tamen animus referendus est ad ea capita, et ad illos, quos sæpe jam appellavi, locos, ex quibus omnia ad omnem orationem inventa ducuntur. Atque hoc totum est sive artis, sive animadversionis, sive consuetudinis, nosse [z] regiones, intra quas [33] venere et pervestiges, quod quæras. [a] [34] ubi eum locum omnem cogitatione sepseris, si modo usum rerum percallueris, nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet.

(35.) Et sic, cum ad inveniendum in dicendo tria sint; acumen, deinde ratio, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertium diligentia: non possum equidem non ingenio primas concedere: sed tamen ipsum ingenium diligentia [b] etiam ex tarditate incitat: diligentia, inquam, [35] quæ cum omnibus in rebus, tum in causis defendendis plurimum valet. hæc præcipue colenda est nobis: hæc semper adhibenda; hæc nihil est, quod non assequatur. Causa ut penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia [c] est: ut adversarium attente audiamus, atque ut ejus non solum sententias, sed etiam

[u] *distributam in omnes locos communes, et universa genera.* [x] *si res ac sententiæ collectæ fuerint, ex iis nascentur sua sponte verba.* [y] *hanc supellectilem ac copiam præceptorum artis nobis debemus comparasse, antequam in forum veniamus, neque ad ea tum primum recurrere, cum causa nobis traditur peroranda.* [z] argumentorum *sedes, quarum ope quasi venando quæras et captes id quod vis.* [a] *postquam aliquem locum diligenter excusseris.* [b] *quamvis tardum sit, excitat.* [c] *efficit.*

vidæ. Quando orator in auditoribus suis excitat animi motus, jure consultus clientibus suis oscitans de jure respondet; et *libertas* respicit superius voc. *pistrinum*, in quo tantum servi laborafunt, ut bene explicat locum Wetzel.

30. *Beatus*, otiosus. *Ernest. in Clave.*

31. *Omnia—quæ—vocarentur.* h. e. omnes controversias. *Harl.*

32. *Peperisse videatur.* Pariter Horat. A. P. vers. 311. *verbaque provisam rem non invita sequentur. Harl.*

33. *Venere.* Antonius pergit in metaphora *regionis*, in qua *venari* et *pervestigare* venatores proprie dicuntur atque Cicero more Xenophontis M. S. i. 2. 24. ii. 6. 8. etc. amat metaphoras a venatione ductas; hinc e re venatica mox sumta sunt eleganter *sepseris cogitatione eum locum*, n. quas ante dixerat regiones, sicut venator latebras ferarum retibus circumdat, et *percall.*; denique *incidet:* fera enim sive præda proprie *incidit* in casses aut insidias. *Regiones* h. l. sunt argumentorum loci sive probationum sedes, quas non ita multo post definiet. *Harl.*

34. *Ubi eum locum.* Int. quas ante dixerat *regiones:* infra *incidet*, eleganter; ductum est e re venatica, ubi feræ, sive præda dicitur *incidere in casses*, &c. *Ernest.*

35. *Quæ cum omn. in rebus.* Sic e MSS. et edd. Asc. et Lamb. dedit Pearcius; quem secutus sum. sic et MS. E. A. vulgatis abest *quæ. Ernest.*

verba omnia [d] excipiamus, vultus denique perspiciamus omnes, qui sensus animi plerumque indicant, diligentia est: id tamen dissimulanter facere, [e] ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est: deinde ut in iis locis, quos proponam paullo post, [f] pervolvatur animus, ut se penitus insinuet in causam, ut sit cura et cogitatione intentus, diligentia est: ut his rebus adhibeat, tanquam lumen aliquod, memoriam, ut vocem, ut [g] vires: [h 36] hæc magna sunt. [i] Inter ingenium quidem, et diligentiam perpaullulum loci reliquum est arti. ars demonstrat tantum, ubi quæras, atque ubi sit illud, quod studeas invenire; reliqua, sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore; [37] complectar uno verbo, quo sæpe jam usi sumus, diligentia; qua una virtute omnes virtutes reliquæ continentur. Nam orationis quidem copia videmus ut abundent philosophi, qui, ut opinor (sed tu hæc, Catule, [k] melius) nulla dant præcepta dicendi, nec idcirco minus, quæcumque res proposita est, suscipiunt, de qua copiose et abundanter loquantur.

(36.) Tum Catulus, Est, inquit, ut dicis, Antoni, ut [38] plerique philosophi nulla tradant præcepta dicendi, et habeant [39] paratum tamen, quid de quaque re dicant. Sed [40] Aristoteles, is, quem

[d] *colligamus* et animadvertamus, ut melius orationis ejus firmamenta convellere possimus. [e] *ne putet* adversarius *a se bene perorari causam*, si videat se studiose et attente audiri. [f] *totus occupetur.* [g] diligentia efficit. [h] *hæc magna percipiuntur commoda ex eloquentia.* [i] *cum ad eloquentiam primum valeat et ingenium, et diligentia, ad illam ars parum conferre potest.* [k] *intelligis, et explicare potes.*

36. *Hæc magna sunt.* Hoc non convenit uni ultimo, de memoria, voce, &c. sed universis. Sed ita illud ultimum *ut his rebus*, &c. nihil habet simile superioribus, *diligentia est*, &c. id videtur excidisse. A MS. Erl. absunt *hæc magna sunt. Ernest.*

Ibid. *Hæc magna sunt.* Quis non videt, hoc aut mendosum esse, aut perperam distinctum? mihi autem eo major oritur suspicio, quia in altero Borromæi libro hæc tria verba, *hæc magna sunt*, non leguntur: quod si divinare liceat (quod ego equidem mihi non assumo) hoc ordine locum restituerem: *Ut sit cura et cogitatione intentus; ut his rebus adhibeat, tamquam lumen aliquod, memoriam, ut vocem, ut vires, diligentia est. Inter ingenium quidem. Manutius.*

37. *Complectar uno v.* MS. E. *complector. hoc* addunt edd. pr. Delevit Aldus. certe esse deberet *hæc.* Sed melius pronomen abest: et sic Cicero semper solet dicere. *Ernest.*

38. *Plerique philosophi*, n. qui non sunt Peripatetici. Nam Stoici nullis usi sunt locis, utpote qui inveniendi artem, Topicen, quæ ad usum potior erat, totam reliquerunt; sed judicandi scientiam, quam Dialecticen adpellant, diligenter sunt persecuti. V. Strebæum. De Aristotele, qui inveniendorum argumentorum disciplinam invenisse dicitur, vid. Cicer. Topic. c. 1. *Harl.*

39. *Paratum, quid d. r. q.* Videtur *quod* hic legendum, non *quid:* etsi difficile est semper discrimen utriusque certo scire. Sed post hanc formam, *habeo in promptu, habeo paratum*, et similia, et *habeo* simpliciter, *quod* est ex lege latinitatis: ut *habeo, quod dicam*, non *quid* d. Compendia scribendi *quid* et *quod* incertum fecere interdum, quomodo legendum sit. *Ernest.*

Ibid. *Paratus*, parabilis, facilis, obvius, qui ad manum est. cf. Græv. ad Catil. iii. 7. qui hanc vocem restitutam cupit Plin. Ep. III. 5. ubi vulgo est: *erat somni* parcissimi. receperuntque Cortius et Gesnerus: male, me judice. Rationes vid. in Ep. Gesneri subjecta Plinio ipsius; in qua etsi defendit eam emendationem contra rationes meas, tamen mihi nondum persuadet, ut veram putem. *Ernest. in Clave.*

40. *Aristoteles—admiror.* Aristot. aliquoties valde laudavit Cicero: e. gr. Tuscul. i. 10. vocatur *longe omnibus præstans ingenio et diligentia, quem*, (ut addit Fin. v. 3.) *excepto Platone, haud scio, an recte dixerim principem philosophorum.* De re vid. Cicer. Topic. 1. In Guelf. B. C. suavior est ordo verborum, *quem ego maxime admiror. Harl.*

maxime ego admiror, proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumenti via, non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hanc, qua in causis utimur, inveniretur: [l] a quo quidem homine jamdudum, Antoni, non aberrat oratio tua, sive tu similitudine illius divini ingenii in eadem incurris vestigia, sive etiam illa ipsa legisti atque didicisti: quod quidem magis verisimile videtur. Plus enim te operæ Græcis dedisse rebus video, quam putaramus. Tum ille, Verum, inquit, ex me audies, Catule. semper ego existimavi, jucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore, [m] qui primum quam minimam artificii alicujus, deinde nullam [41] Græcarum rerum significationem daret. atque ego idem existimavi, pecudis esse, non hominis, cum [n] tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent, seseque et videndi res obscurissimas, et bene vivendi, et copiose dicendi rationem hominibus daturos pollicerentur, non admovere aurem, et, si palam audire eos non auderes, ne minueres apud tuos cives auctoritatem tuam, [o] subausculando tamen excipere voces eorum, et procul, quid narrarent, attendere. Itaque feci, Catule, et [p] istorum omnium summatim causas et genera ipsa gustavi.

(37.) Valde hercule, inquit Catulus, timide, tanquam [42] ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti, quam hæc civitas aspernata numquam est. Nam et referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum, [q] cum erat in hac gente [43] magna illa Græcia: ex quo etiam quidam Numam Pompilium, regem nostrum, fuisse Pythagoreum ferunt; [44] qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras: quo etiam major vir habendus est, cum illam sapientiam constituendæ civitatis duobus prope sæculis ante cognovit, [r] quam eam Græci natam esse senserunt. et certe non tulit ullos hæc civitas aut [45] gloria clariores, aut auctori-

[l] *cujus tu methodum et artis tradendæ viam sequeris.* [m] *qui quam minimum significaret se artem eloquentiæ didicisse, nullo vero modo Græcas literas attigisse.* [n] *tantam eruditionem.* [o] *clam et privatim audiendo.* [p] *leviter et cursim didici summa capita et genera causarum ac rerum quas docent.* [q] *cum erat Græcæ ditionis ea pars Italiæ, quæ magna Græcia dicitur.* [r] *antequam Græci cognoscerent illam regendæ civitatis scientiam,* quam a Pythagora didicerunt.

41. *Græcarum rerum.* Græcæ eruditionis. *Ernest. in Clave.*

42. *Ad aliq. lib. scopulum.* Adludit Cicero vel ad scopulum Circes inter portum Caietanum et Tiberim, ubi Circe meretricias et veneficas artes exercens Ulyssis socios transformavit in porcos, vel potius ad scopulos Sirenios, quos Juvenalis ix. 149, 150. (ubi vide schol. et Grang.) vocat *Siculos cantus. Harl.*

43. *Magna Græcia.* Ad orientalem Italiæ plagam Brutios inter et Salentinos pertinet ea regio, quam olim magnam Græciam dixere: nunc pars est regni Neapolitani. *Proust.*

44. *Qui annis permultis.* Numa Pompilius, secundus Romanorum rex, regnum, quod tenuit annos quadraginta tres, auspicatus est anno U. C. XL. Olymp. XVI. 3. ante Christum DCCXIV. Tarquinio Superbo rege, qui regnare cœpit, ut refert Dionysius, anno IV. Olymp. LXI. U. C. CCXXI. Pythagoras in Italiam venit, et quidem, si credimus Iamblicho, circa Olymp. LXX. annis circiter ab U. C. CCLVII. Ex quibus colligitur, quod hic tradit Catulus, Numam duobus prope sæculis prius vixisse quam Pythagoram, annis scilicet omnino centum octoginta duobus. *Proust.*

45. *Gloria.* Scil. belli aut rerum gestarum. *Harl.*

tate graviores, aut [46] humanitate politiores, P. Africano, C. Lælio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex Græcia palam semper habuerunt. Atque ego ex istis sæpe audivi, cum dicerent, pergratum Athenienses et sibi fecisse, et multis principibus civitatis, quod, cum [47] ad senatum [48] legatos de suis maximis rebus mitterent, tres illius ætatis nobilissimos philosophos misissent, [49] Carneadem, et Critolaum, et Diogenem. Itaque eos, dum Romæ essent, et a se, et ab aliis frequenter auditos: [s 50] quos tu cum haberes auctores, Antoni, miror, cur philosophiæ, sicut [51] Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. [t] Minime, inquit Antonius: [52] ac sic decrevi [53] philosophari potius, ut [54] Neoptolemus apud Ennium *paucis: Nam omnino haud placet.* Sed tamen hæc est mea sententia, quam videbar exposuisse: ego ista [u] studia non improbo,

[s] *cum scires eorum auctoritate et nomine philosophiam niti.* [t] *non* indixi bellum philosophiæ, ut ais: *eam igitur attingo, sed obiter, ac paucis: nam in ea totum esse et omnino philosophari non placet.* [u] philosophiæ.

46. *Humanit. politiores*, h. e. humanitatis litteris magis excultos. *Harl.*

47. *Ad senatum legatos.* Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, et Critolaus Peripateticus, celeberrimi ætatis suæ philosophi, ab Atheniensibus Romam ad senatum populumque Romanum legati sunt, ut postularent civitati remitteretur talentûm fere quingentûm mulcta, quam propter Oropi vastationem fecerat. Tempus hujus legationis Cicero Academ. Quæst. lib. iv. refert ad P. Scipionem et M. Marcellum coss. qui anno Urbis DXCIX. ante Christum CV. rempub. administrarunt. Gellius lib. xvii. temporibus belli Punici secundi; Pausanias in Achaicis an. U. C. DCIII. assignat. *Gellius* lib. vii. cap. 14. *Proust.*

48. *Legatos.* Vid. omnino A. Gell. N. A. vii. cap. 14. et xvii. 21. extr. et Macrob. i. Saturn. 5. circa fin.—*Carneades* fuerat Academicus, *Critolaus* Peripateticus, (c. 38. etc.) et *Diogenes* Stoicus philosophus, c. 38. *Harl.*

49. *Carneadem, et Critolaum, et Diogenem.* Legati Romam Athenis missi sunt, uti multam remitti civitati peterent quingentorum talentûm, quam fecerat propter Oropi vastationem, Sicyoniis damnantibus, quibus illius causæ judicium a Senatu permissum fuerat. Legationis illius tempus mira auctorum dissentione traditur. Gellius, lib. xvii. cap. ult. sub bellum Punicum alterum illos advenisse refert; ac posteriorem eorum adventu facit Ennium, quod ego falsum arbitror: si quidem obiit Ennius anno U. C. DLXXXV. At Cicero, in Lucullo, cap. 45. legationem illam assignat P. Scipioni et M. Marcello Coss. qui est annus 599. Verum Pausanias in Achaicis sub annum Urbis DCIII. illos advenisse significat. *Petavius*, Rat. Temp. lib. iv. c. 12. Eodem anno Urbis DCIII. id evenisse putat Casaubonus in Synopsi ad Polyb. *Olivet.*

50. *Quos—hab. auctores*, h. e. quorum haberes auctoritatem, ad quos s. ad quorum exemplum provocare posses. *Harl.*

51. *Zethus.* Euripidis locum, quem in Latinum sermonem converterat Pacuvius, ad suos usus egregie aptavit Plato in Gorgia, p. 486. c. ed. H. Steph. ἀλλ' ὦ 'γαθὲ ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων, πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει. καὶ ἄσκει ὅποθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε λῆρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας, ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. Vide Valckenærium Diatrib. Euripid. p. 86.

Ibid. *Zethus—Pacuvianus.* Zethus, miles, Jovis et Antiopæ filius, eodem partu editus cum Amphione, celebri postea musices perito, cujus gloriæ ob artem musicam ipsi paratam iste postea invidebat. (v. apud Euripidem Antiopæ fragm. 33. ed. Beck. p. 426.) *Pacuvian.* h. e. apud Pacuvium, poetam tragicum, qui post Ennium floruit. Conf. Cic. ad Herennium ii. 23. ubi reliquias Pacuvii quasdam servat. *Harl.*

52. *Ac sic decr.* Putabam verum esse, *at sic d.* Nec impedit, quod sequitur: *Sed tamen.* Nam id est, sed ut serio dicam, &c. *Ernest.*

53. *Philosophari.* Censet Vossius versum illum Ennii fuisse trochaicum quadratum hujusmodi,

Philosophari mihi est necesse; at paucis: nam omnino haud placet.

Idque colligit ex lib. ii. Tusculanarum Quæstionum n. 1. ubi legitur, *Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere. Proust.*

54. *Neoptolem.* s. Pyrrhus, Achillis filius. *Harl.*

moderata modo sint: opinionem istorum studiorum, et suspicionem artificii apud eos, qui res judicent, oratori adversariam esse arbitror: imminuit enim et oratoris auctoritatem, et orationis fidem.

(38.) Sed, ut eo revocetur, unde huc declinavit oratio, ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixisti, videsne Diogenem fuisse, qui diceret, artem se tradere bene disserendi, et vera ac falsa dijudicandi, quam verbo Græco διαλεκτικὴν appellaret? In hac arte, si modo est hæc ars, nullum est præceptum, quo modo verum inveniatur, sed tantum est, quo modo judicetur. [55] Nam et [x] omne, quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus, aut non esse, et si [56] simpliciter dictum sit, suscipiunt dialectici, ut judicent, verumne sit, an falsum: et si conjuncte sit elatum, et adjuncta sint alia, [57] judicent, rectene adjuncta sint: et verane [58] summa sit uniuscujusque rationis: et ad extremum [y] ipsi se compungunt suis [59] acuminibus, et multa quærendo, reperiunt non modo ea, quæ jam non possint ipsi dissolvere, sed etiam [z] quibus ante [60] exorsa, et potius detexta prope, retexantur. Hic nos igitur [a] Stoicus iste nihil adjuvat, quoniam quemadmodum inveniam quid dicam, non docet: atque idem etiam impedit, quod et multa reperit, quæ neget ullo modo posse dissolvi, et [61] genus sermonis [62] affert non liquidum, non fusum ac [63] profluens, sed exile, [64] ari-

[x] *omnis propositio aut affirmat aliquid, aut negat; et si quidem simplex sit, profitentur dialectici se judicare an vera, an falsa sit: et si composita sit, judicant an id, quod subjicitur propositioni, recte adjunctum sit, an secus, et an tota ratio simul sumpta sibi cohæreat.* [y] *ipsi se impediunt* nimia *subtilitate.* [z] *quibus refellantur ea, quæ ab iis in principio disputationis probata esse videbantur.* [a] Diogenes, et similes illius *Stoici, nihil oratorem adjuvant.*

55. *Nam et omne*, &c. In hoc loco et libri variant, et judicia virorum doctorum. Ego tantum primum *et* delendum puto. Vult demonstrare Dialecticos modo judicare, et quidem primo in enunciatis, in quibus aliquid aut esse aut non esse dicamus, et cum simpliciter prædicatur, et cum conjuncte, i. e. cum conditione, ut nostri dicunt. Ad extremum pro *et potius detexta, vel p.* legendum est: est enim correctio. *Ernest.*

56. *Si simpliciter dictum sit*, h. e. propositione tantum data, judicant, num recte adfirmetur, an negetur; verum esse, e. gr. virtutem sequi, honestum, vel pecus non esse hominem; aut falsum esse, e. gr. virtutem non esse honestam, vel pecus esse hominem, *si conjuncte* (sive, ut hodie, quamquam minus latine, dicitur, *conditionaliter*) *sit elatum*, i. e. editum verbis, ut in syllogismo, judicant, num partes illius recte conjunctæ rectam habeant formam aut materiam, ut Logici dicunt. *Summa rationis* est syllogismi conclusio, num ex duabus reliquis partibus sive membris fluat. *Harl.*

57. *Judicent.* Scil. ut judicent; præpositione *ut* ex prioribus subintellecta. *Pearce. Harl.*

58. *Summa—rationis*, est conclusio ratiocinationis. *Ernest. in Clave.*

59. *Compungunt se suis acuminibus.* De dialecticis, in primis Stoicis, dicitur, qui dissolvere inexplicabilia a se reperta ipsi non possunt. *Acumen* orationis, est subtilitas, qua in explicando et ratiocinando orator utitur. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Acuminibus*, h. e. argutiis et sophismatis quibusdam, quales sunt Stoicorum Soritæ atque Elenchi. *Harl.*

60. *Exorsa*, i. e. texi cœpta; *detexta prope*, i. e. magna ex parte absoluta; *retexantur*, h. e. a textura resolvantur, sive abjiciantur; metaphora a textoribus sumta. *Harl.*

61. *Genus sermonis—liquidum*, opponitur exili et arido. *Ernest. in Clave.*

62. *Adfert.* Heusinger. ad Cicer. de Offic. i. 3. p. 29. not. *q.* exemplis pluribus, in his etiam nostro loco, docet, virtutes vel vitia, commoda vel incommoda, quæ quis in se habet, ea *adferre* perquam eleganter illum dici. *Harl.*

63. *Profluens*, copiosum. *Ernest. in Clave.*

64. *Aridum* genus orationis, est subtile, jejunum, sine ornamentis et suavitate, quale

dum, concisum ac [65] minutum. quod si quis probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur. Hæc enim nostra oratio, multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, [b] quæ non aurificis statera, [66] sed quadam populari trutina examinantur. Quare istam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. Critolaum istum, quem simul cum Diogene venisse commemoras, puto plus huic [c] studio nostro prodesse potuisse. [d 67] Erat enim ab isto Aristotele, a cujus inventis tibi ego videor non longe aberrare. atque inter hunc Aristotelem, [68] (cujus et illum legi librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum, et [69] illos, in quibus ipse sua quædam de eadem arte dixit,) et [e] hos germanos hujus artis magistros, hoc mihi visum est interesse, quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, hæc quoque adspexit, quæ ad dicendi artem, quam ille despiciebat, pertinebant: illi autem, qui [f] hoc solum colendum ducebant, [g] habitarunt in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille, sed usu, in hoc uno genere, studioque majore. [70] Carneadis vero vis incredibilis illa dicendi, et varietas, perquam esset optanda nobis: qui nullam umquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non everterit. Sed hoc majus est quiddam, quam ab iis, qui hæc tradunt et docent, postulandum sit.

(39.) Ego autem, si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, [h] his potius tradam [71] assiduis uno opere eandem [72] incudem diem noctemque tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. Sin sit is, qui et doctrina mihi liberaliter institutus, et aliquo jam imbutus usu, et satis acri ingenio esse videatur; [i 73] illuc

[b] *quæ non expenduntur peritorum judicio et accurata quadam statera, qualis est aurificum.* [c] *arti oratoriæ.* [d] *ex Aristotelis schola prodierat.* [e] *hos qui se profitentur rhetoricam proprie docere.* [f] *unam artem bene dicendi.* [g] *versati sunt.* [h] *dabo illum informandum eloquentiæ magistris, qui ejus artis præcepta discipulorum auribus diu noctuque inculcant.* [i] *tradam illum alicui erudiendum, qui non tantum rivulos eloquentiæ, sed ipsum fontem, unde omnia oriuntur argumenta, commonstret.*

est Dialecticorum et reliquorum, qui artis præcepta tradunt. Sic Seneca sæpe rhetores et declamatores *aridos* vocat, eodem sensu. v. Gron. ad Sen. Contr. 34. *Ernest. in Clave.*

65. *Minutum.* Minuta in oratione dicuntur membra incisa, quæ periodis opponuntur. *Ernest. in Clave.*

66. *Sed quadam. Sed populari quadam,* suavius, fere opinor. *Harl.*

67. *Erat—ab isto Arist.* h. e. erat Peripateticus. *Harl.*

68. *Cujus et illum librum.* De hoc Cicero plura in Brut. 12. item de Inv. ii. *Ernest.*

Ibid. *Cujus — librum.* Plura de hoc Cicero in Bruto, c. 12. item de Invent. ii. Hodie non exstat. Schütz. respici putat Τεχνῶν συναγωγήν, quam memorat Diog. Laert. Lambin. delet nomen *Aristotelis* hic repetitum. *Harl.*

69. *Illos.* Scil. rhetoricos. *Harl.*

70. *Carneadis.* Qui auctor fuit academiæ tertiæ. *Harl.*

71. *Assidui* dicuntur rhetores et quicunque in una arte perpetui versantur. Ab hac significatione fluxit altera, qua *assidui* dicuntur, qui aliquem ubique sectantur, assectatores. *Ernest. in Clave.*

72. *Incudem.* Metaphora a fabris ducta; hinc eleganter continuatur illa in *assiduis* et *tundentibus. Assiduus* enim, secundum Festum dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi consedisse videatur. *Harl.*

73. *Illuc eum—ubi—qui illi s. Illuc* et

eum rapiam, ubi non [74] seclusa aliqua aquula teneatur, sed unde universum flumen erumpat: qui illi sedes, et tanquam domicilia omnium argumentorum commonstret, et ea breviter illustret, verbisque definiat. Quid enim est, in quo [k] hæreat, qui viderit, omne, quod sumatur in oratione aut ad probandum, aut ad refellendum, aut [l] ex sua sumi vi atque natura, aut assumi [m] foris? Ex sua vi, cum, aut res [n] quæ sit tota, quæratur, aut [75] pars ejus, aut [76] vocabulum quod habeat, aut quippiam, rem illam quod attingat: extrinsecus autem, cum ea, quæ sunt foris, neque inhærent in rei natura, colliguntur. Si res tota quæritur, definitione universa [o] vis explicanda est, sic: Si [77] majestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit, non qui eum, qui id fecisset populi Romani potestati tradidit. Sin [p] pars; partitione, hoc modo: aut senatui parendum [q] de salute reipublicæ fuit, aut aliud [r] consilium instituendum, aut sua sponte faciendum; aliud consilium, superbum; [s] suum, arrogans. utendum igitur fuit consilio senatus. [t] Sin ex vocabulo, ut Carbo; si consul est, qui consulit patriæ, quid aliud fecit Opimius? Sin ab eo, [u] quod rem attingat, plures sunt argumentorum sedes ac loci. nam et conjuncta quæremus, et genera, et partes generibus subjectas, et similitudines, et dissimilitudines, et contraria, et consequentia, et consentanea, et quasi [78] præcurrentia, et repugnantia, et causas rerum vestigabimus, et ea, quæ ex causis orta sunt; et [x] majora, paria, minora quæremus.

(40.) Ex [y] conjunctis sic argumenta ducuntur: si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum [79] Q. Metellum tam pie lugere videatis. Ex genere autem: si magistratus in [z] populi Romani potestate esse debent, quid Norbanum accusas, cujus tribunatus voluntati paruit civitatis? [a] Ex parte autem ea, quæ est

[k] *laboret.* [l] *ex causæ natura sumi.* [m] *extra causam.* [n] *quomodo sit definienda.* [o] *rei natura.* [p] *si* quæritur *pars* aliqua totius alicujus, ea explicanda erit *partitione* et enumeratione. [q] *in causa ubi agebatur salus reipub.* [r] instituere. [s] adhibere. [t] *si* argumentum sumitur *a nomine* rei alicujus, *ut Carbo* sumpsit in Opimii causa, ita argumentum instituendum erit: *Si consul,* &c. [u] *quod affectum est ad id de quo quæritur.* [x] *comparationem a majori ad minus, a pari, a minori ad majus.* [y] *a conjugatis.* [z] *subjecti esse populo Romano.* [a] *ex specie.*

ubi de scriptore intelligendum: unde post *qui* sc. auctor dicendi: quod non animadversum torsit viros quosdam doctos. *Ernest.*

74. *Seclusa aliqua aquula,* dicitur ars, a ceterarum artium orbe divulsa. *Ernest. in Clave.*

75. *Pars ejus.* Puto repetendum *quæ,* ante *pars. Ernest.*

76. *Vocabulum quod habeat,* h. e. quo nomine appelletur, sit appellandum. *Harl.*

77. *Majestas,* est populi, quam qui lædit, majestatis reus est. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Si majestas — potestati tradidit.* Wetzel. acute suspicatur, illa verba esse probabiliter sumta ex Antonii oratione pro Norbano, c. xxi. 5. quem Sulpicius majestatis reum propter tumultum populi ab illo excitatum, eoque contra leges, jura civitatis atque totius populi peccantem accusarat. conf. c. 49. comparatum cum cap. 47. *Harl.*

78. *Præcurrentia.* Est translatio a certantibus cursu in stadio. *Harl.*

79. *Q. Metellum.* Anno U. C. DCLVII. ante Christum XCVII. præturam obtinuit Q. Metellus, Pii cognomentum adeptus, quod, ut ait scriptor de viris illustribus, patrem Numidicum precibus ac lachrymis assiduis ab exsilio revocasset. Qua singulari pietate facilem ad summos honores aditum paravit. *Proust.*

subjecta generi: [80] si omnes, qui reipublicæ consulunt, cari nobis esse debent, certe in primis imperatores, quorum consiliis, virtute, periculis, retinemus et nostram salutem, et imperii dignitatem. Ex similitudine autem, si feræ partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros [b] indulgentia esse debemus? at ex dissimilitudine: si barbarorum est [81] in diem vivere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent. Atque utroque in genere et similitudinis, et dissimilitudinis exempla sunt ex aliorum factis, aut dictis, aut eventis, et fictæ narrationes sæpe ponendæ. Jam ex contrario: [82] si Gracchus nefarie, [c] præclare Opimius. Ex consequentibus: si et ferro interfectus ille, et tu inimicus ejus cum gladio cruento comprehensus es in illo ipso loco, et nemo præter te ibi visus est, et [d] causa nemini, et tu semper audax; quid est, quod de facinore dubitare possimus? Ex [e] consentaneis, et præcurrentibus, et repugnantibus, ut olim Crassus adolescens: non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt. simulasse te, et aliud quid quæsisse perspicuum est, quod Ti. Gracchi mortem sæpe in concionibus deplorasti, quod P. Africani necis socius fuisti, [83] quod eam legem in tribunatu tulisti, quod semper a bonis [84] dissensisti. Ex causis autem rerum sic: avaritiam si tollere vultis, mater ejus est tollenda, luxuries. Ex iis autem, quæ sunt orta de causis: si ærarii copiis et ad belli adjumenta, et ad ornamenta pacis utimur, [f] vectigalibus serviamus. Majora autem, et minora, et paria comparabimus, sic. Ex majore: [85] si bona existimatio divitiis præstat, et pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda? Ex minore sic:

[b] *benevolentia.* [c] fecit. [d] *si fuit nemini causa* cur illum interfectum vellet, nisi tibi. [e] *verisimilibus.* [f] *curemus vectigalia.*

80. *Si omnes.* Hoc argumentum *(Omnes qui reip. consulunt, cari nobis esse debent; ergo et imperator qui reip. consulit)* præter mentem Antonii non ducitur a specie, sed a genere: ratio enim unde probatur nobis carum esse debere imperatorem, generatim et ad imperatores, et alios omnes, qui reip. student, extenditur. Rectius a specie sic argumentaberis: *suum unicuique reddere justitiæ est, ergo et virtutis.* Scilicet virtutis species est justitia, ex qua recte colligitur, id omne, quod ad justitiam pertinet, ad virtutem spectare. *Proust.*

Ibid. *Si omnes, qui Reipublicæ consulunt.* Sensus est: Si illi, qui remp. adjuvant consiliis, cari esse debent; multo magis imperatores illi, qui non solum consiliis, sed et aliis rebus, sc. fortitudine et periculis subeundis, ejus salutem et dignitatem tuentur. *Pearce.*

81. *In diem vivere*, est, sine futuri cura, eique opponitur, futura spectare. *Ernest. in Clave.*

82. *Si Gracchus nefarie* scil. fecit, qui rempublicam dissipaverit, uti Scævola supra, i. 9, 10. de eo dixerat, *præclare Opimius* fecit, qui illum interfecerit, cap. 25. coll. cap. 39.

83. *Quod eam legem*, i. e. tam perniciosam. Itaque non opus cum Pighio ad a. 634. suspicari, hic aliquid excidisse. *Ernest.*

Ibid. *Quod eam legem.* Pighius ad annum Urbis DCXXXIV. ante hæc verba deesse nonnihil suspicatur; sicque ex varia manuscriptorum codicum lectione locum esse restituendum putat. *Quod P. Africani necis socius fuisti, quod C. Graccho dux et auctor repetendæ per seditiones tribuniciæ potestatis fuisti, quod eam legem, &c. Proust.*

84. *Dissensisti.* MSS. quidam *dissedisti.* non male. placet J. Gronovio. *Ernest.*

85. *Si bona existimatio.* Videtur hoc argumentum non a majore, sed a minore esse ductum: audi igitur aliud exemplum hujus generis, quod Noster profert in Topicis c. 4. *Si in urbe fines non reguntur, neque aqua in urbe arceatur:* et quod Quinctil. Inst. Or. v. 10. habet: *Si quis sacrilegium facit, faciet et furtum. Pearce.* Mox Guelf. A.

[g][86] *hic parvæ consuetudinis*
Causa hujus mortem fert tam familiariter:
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?

Ex pari sic: [87] Est ejusdem et eripere [h] contra rempublicam, [88] et largiri pecunias. Foris autem assumuntur ea, quæ non sua vi, sed extranea [i][89] sublevantur, [90] ut hæc: Hoc verum est; dixit enim Q. Lutatius. Hoc falsum est; habita enim quæstio est. Hoc sequi necesse est; recito enim tabulas. de quo genere toto paullo ante dixi. Hæc, ut brevissime dici potuerunt, ita a me dicta sunt.

(41.) Ut enim si aurum cui, quod esset [k] multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitis ille sibi ipse foderet, et id, quod vellet, parvulo labore, nullo errore, inveniret: sic has ego argumentorum novi notas, quæ illa mihi quærenti demonstrant, ubi sint; reliqua, cura et cogitatione eruuntur. [91] Quod autem argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat, non est artis exquisitæ præscribere, sed est mediocris ingenii judicare. Neque enim nunc id agimus, ut artem aliquam dicendi explicemus, sed ut doctissimis hominibus [l] usus nostri quasi quædam monita tradamus. His igitur locis in mente et cogitatione defixis, et in omni re ad dicendum posita [m] excitatis, nihil erit, quod oratorem effugere possit, non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in ullo genere dicendi. Si vero assequetur, ut talis videatur, qualem se videri velit, et animos eorum [92] ita afficiat, apud quos aget, ut eos, quocumque velit, vel trahere, vel rapere possit: nihil profecto præterea ad dicendum requiret. Jam illud videmus nequaquam satis esse, reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis. Tractatio autem varia esse debet, ne aut [93] cognoscat artem, qui audiat, aut defatigetur similitudinis satietate. Proponi oportet,

[g] *filius meus propter parvam cum ea consuetudinem ejus mortem tam acerbe defiet,* quam si ea familiariter usus fuisset. [h] *contra utilitatem reipub.* [i] *adhibentur ad probandam causam.* [k] *multis in locis.* [l] *animadversiones quasdam quibus utor, quas experientia didici.* [m] *investigatis.*

tanto opere expetenda, quanto gloria est (sine *magis*). Guelf. B. *quanto gloria est magis expetenda. Harl.*

86. *Hic parvæ.* Verba Simonis senis in Andria Terentii, Actu i. Scena 1. *Proust.*

87. *Est ejusdem.* Conferuntur hic inter se duo crimina; alterum repetundarum, quo quis alterius facultates contra jus invadit; alterum ambitus, quo suas opes aliquis largitur ad populi suffragia sibi demerenda. *Proust.*

88. *Et largiri.* Vel intel. *contra remp.* vel cum Pearcio addendum. Sic e *rep. largitio* est ap. Suet. Cæs. 19. ubi v. Interpretes. MS. E. habet *ex pari*, sine *sic. Ernest.*

89. *Sublevantur. Sublevare*, juvare. *Ernest. in Clave.*

90. *Ut hæc.* Congerit hic tres locos extrinsecos: primum a testimoniis, cujus hoc affert exemplum; Hoc dicit Q. Lutatius, est igitur verum: alterum a tormentis; ad exprimendam veritatem tormentis subjectus est ille quem oportuit, nec simile quicquam indicavit, ergo falsum est: tertium a tabulis; rem ita esse patet ex tabulis; ergo id in dubium revocare nemini licet. *Proust.*

91. *Quod autem*, &c. Quis sit locorum usus explicabimus in Topicis. *Proust.*

92. *Ita afficiat.* Sic edd. pr. et MS. E. recte, non *afficiet:* pendet enim ab *assequetur, ut. Ernest.*

93. *Cognoscat.* Pro agnoscere, sentire, artem esse adhibitam. *Ernest. in Clave.*

quid afferas, et id quare ita sit, ostendere: et ex iisdem illis locis interdum concludere, [n] relinquere alias, alioque transire: sæpe non proponere, ac ratione ipsa afferenda, quid proponendum fuerit, declarare: si cui quid simile dicas, [o] prius ut simile confirmes: deinde quod agitur, adjungas: [p] [94] puncta argumentorum plerumque ut oculas, ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur.

(42.) Hæc ut et properans, et apud doctos, et semidoctus ipse percurro, ut aliquando [q] ad illa majora veniamus. Nihil est enim in dicendo, Catule, majus, quam ut faveat oratori is, qui audiet, utque ipse sic moveatur, ut [95] impetu quodam animi et perturbatione magis, quam judicio, aut consilio, regatur. [96] Plura enim multo homines judicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quam veritate, aut [r] præscripto, aut juris norma aliqua, aut judicii formula, aut legibus. Quare, nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus.

Paullum, inquit Catulus, etiam nunc deesse videtur iis rebus, Antoni, quas exposuisti, quod sit tibi ante explicandum, quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere. Quidnam? inquit. [s] [97] Qui ordo tibi placeat, inquit Catulus, et quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri soles. Vide quam sim in isto genere, inquit, Catule, deus. non mehercule mihi, nisi admonito, venisset in mentem: ut possis existimare, me in ea, in quibus nonnumquam aliquid efficere videor, usu solere in dicendo, vel casu potius incurrere. Ac [t] res quidem ista, quam ego, quia non noram, sic, tanquam ignotum hominem, præteribam, tantum potest in dicendo, ut ad [u] vincendum nulla plus possit: sed tamen mihi videris ante tempus a me rationem ordinis et disponendarum rerum requisisse. Nam si ego omnem vim oratoris in argumentis, et in re ipsa per se comprobanda posuissem, tempus esset jam de ordine argumentorum, et de collocatione aliquid dicere: sed cum

[n] *aliquando non concludere.* [o] *afferenda et illustranda similitudo priori loco: tum id adjungendum quod agitur.* [p] *partes.* [q] *ad rem longe majoris momenti, nempe quemadmodum animi movendi sint.* [r] *certa aliqua ratione.* [s] *omisisti ordinem qui tibi maxime placet.* [t] *ista dispositio argumentorum.* [u] *ad causam obtinendam.*

94. *Puncta.* Punctum, suffragium, quia sc. in comitiis suffragia singulorum punctis in tabulis notabantur. Hinc puncta *argumentorum. Ernest. in Clave.*

Ibid. *Puncta argumentorum* sunt fines et exitus illorum, quæ velut puncto terminantur: argumenta igitur elocutione sic commixta sint, ut facile nequeant discerni, ut eo scil. ars in systema redacta occultetur. *Harl.*

95. *Impetu—consilio Impetu*, h. e. Græcorum ὁρμῇ;—*perturbatione*, h. e. adfectu animi, in sensu pejore: quibus opponuntur *judicium*, et *consilium. Harl.*

96. *Plura enim homines.* Recte Aristoteles lib. ii. Rhetoric. observat, cum pro diversis animi motibus diversa sentiant ac faciant homines, aliudque mens tranquilla, aliud agitata suggerat, permagni interesse oratori varias pro tempore auditorum in animis excitare perturbationes, adeoque ipsi tenendam esse artem movendorum affectuum, quibus concitatus auditor eo, quo voluerit orator impellere, facile feratur. *Proust.*

97. *Qui ordo tibi placet.* Si *placet* verum est, interrogative istud est capiendum. alias *placeat* legendum, quod et melius videtur, recepitque e MSS. et edd. C. Steph. Lamb. Pearcius. sic et *Erl. Ernest.*

[98] tria sint a me proposita, de uno dictum; cum de duobus reliquis dixero, tum erit denique de disponenda tota oratione quærendum.

(43.) [x] Valet igitur multum ad vincendum, [99] probari mores, instituta, et facta, et vitam eorum, qui agent causas, et eorum, pro quibus: et item improbari adversariorum; animosque eorum, apud quos agitur, conciliari quam maxime ad benevolentiam cum erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator. Conciliantur autem animi [1] dignitate hominis, rebus gestis, existimatione vitæ: quæ facilius ornari possunt, si modo sunt, quam fingi, si nulla sunt. Sed hæc adjuvant in oratore, [2] lenitas vocis, vultus, pudoris significatio, verborum comitas: [3] si quid persequare acrius, ut invitus et coactus facere videare. facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non avidi, signa proferri perutile est: eaque omnia, quæ proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benevolentiam conciliant, abalienantque ab iis, in quibus hæc non sunt. Itaque eadem sunt in adversarios ex contrario conferenda. Sed genus hoc totum orationis in iis causis excellet, in quibus minus potest inflammari animus judicis acri et vehementi quadam incitatione. Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maxime commendat reos. Reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur. sic enim olim

[x] *ad persuadendum maxime prodest constans omnium opinio de probitate oratoris.*

98. *Tria sint a me.* Divisit Antonius inventionem in tres partes; quarum prima doceat, altera conciliet, tertia moveat oratorem. De prima disseruit; cum alias explicuerit, de oratione disponenda sermonem instituet. *Proust.*

Ibid. *Tria.* Ista sunt docere, delectare, movere. v. supra, c. 29. Actutum *a me posita* Guelf. A. *Harl.*

99. *Probari mores.* Communis est hæc rhetorum omnium sententia, neminem oratorem esse posse, nisi qui probis moribus fuerit. Ut enim persuadeat, qui scopus est eloquentiæ, is esse debet hujus artis studiosus, cui fides habeatur in ea re, quæ certo sciri non potest; cujusmodi sunt causæ omnes in quibus versatur orator. Sic autem sunt homines, ut quem noverint improbum, ei difficillime credant. Adi Aristotelem, lib. i. Rhet. cap. 2. et Quintilianum, lib. xii. cap. 1. *Proust.*

1. *Dignitate hominis.* Moribus suis captat judicum benevolentiam Cicero oratione pro P. Sulla n. 1. *Quamquam ex hujus incommodis magnam animo molestiam capio, tamen in cæteris malis facile patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam misericordiamque notam omnibus quondam, nunc quasi intermissam agnoscerent: improbi ac perditi cives edomiti atque victi præcipitante repub. vehementem me fuisse atque fortem: conservata mitem ac misericordem faterentur. Proust.*

2. *Lenitas vocis, vultus.* Non placet *vultum* unum nude poni. Si est a Cicerone, referendum est ad *lenitatem.* Sed malim deleri. Quod in vultu prodesse potest, id est in pudore, qui maxime vultu significatur. *Ernest.*

3. *Si quid persequare acrius.* Hujus oratorii præcepti egregium nobis exhibet exemplum Cicero Divinatione in Verrem n. 4. *Tuli graviter et acerbe, judices, in eum me locum adductum, ut aut eos homines spes falleret, qui opem a me atque auxilium petissent: aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus ad accusandum traducerer——Adductus sum, judices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine institutoque majorum, ut onus hoc laboris atque officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res, judices, consolatur, quod hæc, quæ videtur esse accusatio mea, non potius accusatio, quam defensio est existimanda. Defendo enim multos mortales, multas civitates, provinciam Siciliam totam. Proust.*

loquebantur. Horum igitur exprimere mores oratione, justos, integros, religiosos, timidos, perferentes injuriarum, mirum quiddam valet: et hoc vel in principiis, vel in re narranda, vel in peroranda, tantam habet vim, si est suaviter et [4] cum sensu tractatum, ut sæpe plus, quam causa, valeat. Tantum autem efficitur sensu quodam, ac ratione dicendi, ut [5] quasi mores oratoris effingat oratio. Genere enim quodam sententiarum, et genere verborum, adhibita etiam actione leni, facilitatemque significanti, efficitur, ut probi, ut bene morati, ut [6] boni viri esse videantur.

(44.) Huic autem est illa dispar adjuncta ratio orationis, quæ alio quodam genere mentes judicum permovet, impellitque, ut aut oderint, aut diligant, aut invideant, aut salvum velint, aut metuant, [7] aut sperent, aut cupiant, aut abhorreant, aut lætentur, aut mœreant, aut misereantur, aut punire velint, aut ad eos motus [8] adducantur, si qui finitimi sunt, et propinqui his ac talibus animi perturbationibus. Atque illud optandum est oratori, ut aliquam permotionem animorum sua sponte ipsi afferant ad causam judices, ad id, quod utilitas oratoris feret, accommodatam. Facilius est enim [z] currentem (ut aiunt) incitare, quam commovere languentem. Sin id, aut non erit, aut erit obscurius, sicut [9] medico diligenti, priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus ejus,

[z] *hominem jam aliqua ex parte perturbatum incitare, quam commovere tranquillum.*

4. *Cum sensu.* Quid sit *cum sensu* v. in Clave. et conf. mox c. 45. *Ernest. Sensus*, cum ita dicit orator ut ipse commotus esse videatur, et omnia, etiam in narrandis rebus, ita dicit, ut ipse pro certis, magnis, turpibus, lætis habere, et ut opus est, et res sunt, affectus esse videatur. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Cum sensu tractatum*, i. e. cum adfectu quodam animi, ita ut videatur is, qui dicit, ea sentire iisque adfici, quæ dicit. *Pearce.*

5. *Quasi mores auditoris.* Videtur hoc præceptum oratorium ex Aristotele depromptum lib. ii. Rhetor. Ut similitudo morum, ita oratio, quæ moribus auditoris accommodata est, ejus conciliat benevolentiam. Operæ pretium est igitur ætatis cujusque indolem oratione exprimere. Quod idem ad poëtæ commendationem requirit Horatius in Arte, 154.

Si plausoris eges aulæa manentis, et usque
Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat:
Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus, et annis. *Proust.*

Ibid. *Ut quasi mores oratoris*, i. e. ut oratio oratoris quasi effingat atque exprimat mores reorum, quorum causam agit: de reorum enim moribus, non oratoris, loquitur Antonius et in præcedente et sequente sententia. *Pearce.* Equidem malim *mores oratoris* conjungere. Ideo etiam, *ut boni viri esse videantur*, (secundum vulgatam lectionem,) ad oratores potius, quam ad reos pertinere arbitror. Orator enim ut videatur et sit vir bonus et bene moratus, veteres, inprimis Quinctil. Institt. xii. 1. etc. abunde inculcant. *Harl.*

6. *Boni viri esse videantur.* Int. qui dicant: non enim ad reos pertinet, ut P. Manutio videbatur. Sed malim scribi *videamur*, ut et Manutio visum. *Ernest.*

Ibid. *Ut boni viri esse* videantur. Sic libri scripti. *Videamur* magis placeret. *Manutius.*

7. *Aut sperent.* Pro *spernant* dedi cum Pearcio e MSS. et edd. pr. atque id postulat disjunctum *metuant. Ernest.*

8. *Adducantur.* Sic rescripsi pro vulg. *abducantur* ex MSS. et edd. vett. Pearcius ex aliis MSS. recepit *deducantur* MS. E. *diducantur*, sed corr. *ded.*) quod sane usitatum Ciceroni in hac re, sed et *add.* quod vulgato similius. Sic mox occurrit, c. 45. *Ernest.*

9. *Medico diligenti.* Hanc oratoris cum medico comparationem ductam esse ex Platonis Phædro, observat V. D. in Bibl. crit. Amstel. vol. i. part. 1. p. 23. *Harl.*

cui mederi volet, sed etiam [a] consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est: sic equidem [10] cum aggredior ancipitem causam et gravem ad animos judicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer, quam sagacissime possim, [11] quid sentiant, quid existiment, quid exspectent, quid velint, quo deduci oratione facillime posse videantur. [12] Si se dant, et, ut ante dixi, sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent: accipio quod datur, et [13] ad id, [b] unde aliquis flatus ostenditur, vela do. Sin est [c] [14] integer, quietusque judex: plus est operis. sunt enim omnia dicendo excitanda, nihil adjuvante natura. Sed tantam vim habet illa, quæ recte a bono [15] poëta [d] dicta est [e] flexanima, atque omnium regina rerum, oratio, ut non modo [16] inclinantem impellere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem et repugnantem, ut imperator bonus ac fortis, capere possit.

(45.) Hæc sunt illa, quæ me ludens Crassus modo flagitabat, [17] cum a me divinitus tractari solere diceret, et in causa M' Aquilii, C.que Norbani, nonnullisque aliis, quasi præclare acta, laudaret: quæ mehercule ego, Crasse, cum a tetractantur in causis, horrere soleo. [18] tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor, oculis, vultu, gestu, [19] digito denique isto tuo significari solet. tantum est flumen gravissimorum, optimorumque verborum, tam [20] in-

[a] *quibus rebus æger assueverit cum valeret.* [b] *eos magis excito ad eos motus, quo ipsi feruntur.* [c] *nondum ulla perturbatione commotus.* [d] Ennio. [e] *flectens animos.*

10. *Cum aggredior anc.* MSS. quidam ut et Erl. *in ancipiti causa et gravi:* idque placet viris doctis: mihi e correctione esse videtur, non videntis, unde *ad pertractandos animos* pendeat, et ad *aggredior* referentis. Sed vulgata bene explicari potest. sensus est, in tali causa, ut animos j. bene tractem, quo moveantur ut velim, omni cura hoc ago, &c. *Ernest.*

11. *Quid sentiant.* Idem tradit Aristoteles, lib. ii. Rhetor. *Proust.*

12. *Si se dant.* Scil. nobis; h. e. si moventur a nobis. *Harl.*

13. *Ad id, unde—vela do.* Vulgo vela dantur ex loco ad locum. In sententia, quæ hic est, proprie dicuntur *vela fieri*, sc. ad captandam auram, quæ exoritur aut ostenditur. Itaque *vela do* est accipiendum ut *vela facio.* Nam lectionem sanam esse, indicant verba *ad id*, referturque *vela do* ad *accipio quod datur. Ernest.*

Ibid. *Unde aliquis* flatus *ostenditur*, vela *do. Flatus* hic sumitur pro ea re, quæ oratorem, quemadmodum flatus auræ in vela incidens in portum devehit navem, ita juvat, ut facilius, quod velit, judicibus persuadere possit. Ea res est judicum inclinatio et propensio, quam vocavit, cum videt orator eos sua sponte aliquid quodammodo probare. Cum ergo orator hoc animadvertens eam rem imprimis urget, in eaque augenda et demonstranda copiosus est, dicitur vela dare ad id, unde flatus ostenditur. *Ernest. in Clave.*

14. *Integer*, h. e. neque pro me nec contra me sentiens, aut captus. *Harl.*

15. *Poeta*, sc. Pacuvio.

16. *Inclinantem erigere.* Crevierius conjecit eleganter *impellere*, nempe, ut plane ruat eo, quo inclinatur. et sic semper Cicero in hac re. Recepit Lalemandus, quem in tanta evidentia imitatus sum. MS. E. *excipere. Ernest.*

17. *Cum a me.* Sic edd. pr. non *quæ*, ut vulg. Consentit MS. E. *Ernest.*

18. *Tanta vis animi*, &c. Non tanta dicendi vi Crassus valebat, quod ex libro de Claris Oratoribus intelligitur: verum ejus eloquentiam hic exaggerat Antonius, quo plus auctoritatis his dialogis Cicero conciliet. *Proust.*

19. *Digito denique. Cum tres contracti* digiti *pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando et indicando, unde ei nomen est, valet.* Quintil. lib. xi. cap. 2. *Proust.*

20. Integræ *sententiæ*, nullo fuco corruptæ. *Ernest. in Clave.*

tegræ sententiæ, tam veræ, tam novæ, tam sine pigmentis, fucoque puerili, ut mihi non solum tu incendere judicem, sed ipse ardere videaris.

[21] Neque fieri potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut invideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur; nisi omnes ii motus, quos orator adhibere volet judici, in ipso oratore [22] impressi esse atque inusti videbuntur. Quodsi fictus aliquis dolor suscipiendus esset, et si in ejusmodi genere orationis nihil esset, nisi falsum, atque imitatione simulatum, major ars aliqua forsitan esset requirenda. nunc ego, quid tibi, Crasse, quid ceteris accidat, nescio: de me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar. non mehercule umquam apud judices, aut dolorem, aut misericordiam, aut invidiam, aut odium excitare dicendo volui; quin ipse in commovendis judicibus, iis ipsis [f] sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer. Neque enim facile est perficere, ut irascatur, cui tu velis, judex, si tu ipse id [g] lente ferre videare: neque ut oderit eum, quem tu velis, nisi teipsum flagrantem odio ante viderit: neque ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui verbis, sententiis, voce, vultu, collacrymatione denique ostenderis. Ut enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ, nisi admoto igni, ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quæ possit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam, et ardens [23] accesseris.

(46.) Ac, ne forte hoc magnum ac mirabile esse videatur, hominem toties irasci, toties dolere, toties omni animi motu concitari, præsertim in rebus alienis, [h] magna vis est earum sententiarum, atque eorum locorum, quos agas tractesque dicendo, nihil ut opus sit simulatione et fallaciis: ipsa enim natura orationis ejus, quæ suscipitur ad aliorum animos permovendos, oratorem ipsum magis etiam, quam quemquam eorum, qui audiunt, permovet. Et ne hoc in causis, in judiciis, in amicorum periculis, in concursu hominum, in civitate, in foro accidere miremur, cum agitur non solum ingenii nostri existimatio (nam id esset levius: quamquam, cum professus sis, [i] te id posse facere, quod pauci, ne id quidem negligendum est) sed alia sunt majora multo, [k] fides, [l] officium, [m] diligentia: quibus rebus adducti, etiam cum alienissimos defendimus, tamen eos alienos, si ipsi viri boni volumus haberi, existimare non

[f] *animi perturbationibus.* [g] *moderate.* [h] *tantam vim habent sententiæ et loci oratorii, ut aliquis eas permotiones extra simulationem ullam suscipiat.* [i] *eloquentiæ tibi famam comparare.* [k] qua debet reo consulere. [l] quo probabilēs ad tuendam causam rationes eum oportet afferre. [m] qua inquirenda sunt omnia quæ ad causam pertinent.

21. *Neque fieri potest.* Recte Horatius in Arte, 101.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi. *Proust.*

22. *Impressi — atque inusti.* Metaphora sumta a coloribus in pictura quadam. Eadem copiosius monet Quinctil. vi. 2. 26. — fin. *summa——circa movendos adfectus in hoc posita est, ut moveamur ipsi* etc. *Harl.*

23. *Accesseris.* Pearcius cum Gron. e MSS. quibusdam et edd. correxit *accesserit*, ut habet etiam MS. E. nempe orator, cujus ante mentio. Sed non est id sufficiens, nec ea correctio necessaria. nam nec simpliciter orator dictus est, sed vis oratoris; et in ceteris est persona secunda. *Ernest.*

possumus. Sed, ut dixi, ne hoc in nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum, quam versus, quam scena, quam fabulæ? tamen in hoc genere sæpe ipse vidi, cum [24] ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur [25] spondalia illa dicentis,

[26] m *Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi?*
Neque paternum adspectum es veritus?

[27] Numquam illum *adspectum* dicebat, quin mihi Telamon iratus furere luctu filii videretur. Ut idem inflexa ad miserabilem sonum voce,

n *Quem ætate exacta indigem*
Liberum lacerasti, orbasti, exstinxsti; neque fratris necis,
Neque gnati ejus parvi, qui tibi in tutelam est traditus?

flens ac lugens dicere videbatur. Quæ si ille histrio, quotidie cum ageret, tamen [28] [recte] agere sine dolore non poterat; quid? Pa-

m *etiamne* fratrem *ausus es abs te semovere, et sine illo intrare Salamina, nec veritus es conspectum patris?* n *quem* patrem *decrepita ætate liberis indigentem oppressisti,* filio *privasti, dolore obruisti: neque* misertus es *occisi fratris, neque filii ejus parvi, qui tuæ tutelæ commissus est.*

24. *Ex persona.* Sic. tragicâ, quæ tegit os tragœdi ita, ut tamen vultus perspici possit. In quo personæ tragicæ elegantiores comicis fuere, ut patet etiam e figuris earum in monumentis antiquis, ut ap. Gruter. Inscr. p. 1024. add. Dorvill. Vann. Crit. p. 217. nam quæ ibi de mimis dicta sunt, in tragœdos pariter conveniunt. *Ernest.*

25. *Spondalia.* Spondalia erant carmina quæ inter sacrificia adhiberi solebant, adhibitis etiam tibicinibus, ne sacrificans aliquid male ominatum audire posset. Constabant autem maxime eo pede, qui Spondeus ab illa ipsa re dicitur, propter gravitatem. Spondalia autem est lectio Gruteriana: Turnebus Spondialia, Salmasius recte Spondaulia legendum censet, ut jam notatum est in Lexico Fabri. v. Burman. sec. T. II. Siculorum Dorvillii. p. 572. *Ernest. in Clave.*

Gesnerus in Thesauro *Spondialia* præferre videtur, quam vocem sic est interpretatus: *Carmina trochaica sacris adhiberi solita, quibus etiam tibicines, cum modos faciebant, plerumque uti solebant.*

Ibid. *Spondalia.* An legendum hic *Sophoclea,* ut censet Auratus, quod hi versus ex Sophoclis Teucro a Pacuvio e Græco in Latinum sermonem conversi? an *spondialia,* ut Turnebus, seu potius, quemadmodum Salmasius et Vossius putant esse magis secundum analogiam, *spondaulia.* σπονδαῦλαι sunt tibicines, σπόνδαυλος enim tibia est. Atque hic σπονδαύλιον μέλος versus inter sacrificandum ad tibiam cani soliti, ne quid male ominatum audiretur. *Proust.*

26. *Segregare.* Sic in Teucro tragœdia Telamonem inducit loquentem Pacuvius. Telamon rex Salaminis ad bellum Trojanum filios miserat Ajacem et Teucrum, ut alter alterum tueretur. Ut audivit Ajacem, ob negata Achillis arma, sibi manus intulisse, Teucrum, qui fratris necem ultus non fuerat, reversum ejecit. *Proust.*

27. *Numquam* illum *adspectum dicebat.* Telamon fuit rex Salaminis, insulæ prope Athenas, qui ex Hesione, regis Priami sorore, in bello capta, ideoque serva, Teucrum genuit, et hunc cum filio suo Ajace educavit. Utrumque ille cum aliis heroibus contra Trojam misit, et secundum Tragicos utrique mandavit, ne ullus sine altero rediret; Ajax vero semet ipse interfecit. Hinc pater Teucrum solum sine fratre redeuntem verbis allocutus est superioribus. v. Wetzel. *Harl.*

Ibid. *Illum adspectum.* Lambinus corr. *illud,* quod arrisit Pearcio. Mihi vulgatum verum videtur: *illud* nimis grammatice et jejune dictum esset. *Ernest.*

28. *Recte agere sine dolore non poterat.* In hoc loco semper hæsi. Non quæritur, an sine dolore recte agere potuerit; sed, cum toties egisset: qua re paullatim sensus rei minuitur per assuetudinem; tamen cum dolore egisse, nec sine dolore potuisse, hoc dicitur. Et argumentatio ab histrione ad auctorem non procedit. Ergo aut *recte* delendum est, aut in eo aliud verbum latet. Mihi illud verum videtur. *Ernest.*

Ibid. Recte *agere sine dolore non poterat.* h. e. vere agere, ut nihil vitii aut simulationis et fictitii inesset: ut, commoto animo, vere fieret ac lugeret, et semper dolore ad-

cuvium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit. Sæpe enim audivi, poëtam bonum neminem (id quod a [29] Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum exsistere posse, et sine quodam [30] afflatu quasi furoris.

(47.) Quare nolite existimare meipsum, qui non heroum veteres casus, fictosque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo; neque actor essem alienæ personæ, sed [31] [o] auctor meæ, cum mihi M' Aquilius in civitate retinendus esset, quæ in illa causa peroranda fecerim, sine magno dolore fecisse. Quem enim ego consulem fuisse, imperatorem [p] ornatum a senatu, [q] ovantem in Capitolium ascendisse meminissem; hunc cum afflictum, debilitatum, mœrentem, in summum discrimen adductum viderem, non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus. [32] Sensi equidem, tum magnopere moveri judices, cum [r] excitavi mœstum ac sordidatum senem, et cum ista feci, quæ tu, Crasse, laudas, non arte, de qua quid loquar nescio, sed motu magno animi ac dolore, ut discinderem tunicam, ut cicatrices ostenderem. Cum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multum lacrymis suis adjuvaret; cumque ego illum crebro appellans, [33] collegam ei suum commendarem, atque ipsum advocatum ad communem [s] imperatorum fortunam defendendam invocarem: non fuit hæc sine meis lacrymis, non sine dolore magno miseratio, omniumque deorum, et hominum, et civium, et sociorum imploratio. quibus omnibus verbis, quæ a me tum sunt habita, si dolor abfuisset meus, modo non miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. Quamobrem hoc vos doceo, Sulpici, [34] bonus ego videlicet atque eruditus magister, ut in dicendo irasci, ut dolere, ut flere possitis. Quamquam te quidem quid hoc doceam, qui in accusando [35] sodali

[o] *qui non fictam et impositam ab alio personam agerem, sed eam quam ego suscepissem.* [p] *laudatum.* [q] *triumpho minori ornatum.* [r] *incomptum et squalidum stare jussi.* [s] *ducum exercitus.*

ficeretur. Ad intelligentiam vero illorum versuum præterea adhuc est adnotandum, Teucrum, interfecto Ajace, (qui secundum Sophoclem in Ajace ex Tecmessa captiva filium genuit, Eurysacen,) Salamina repetentem a patre Telamone esse expulsum ac se contulisse in Cyprum. Horat. i. Od. 7. 20. sqq. *Harl.*

29. *Democrito.* Cic. de Divinat. i. 37. (ubi v. Davis.) *negat sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse; quod idem dicit Plato* etc. Horat. de A. P. 295. sqq.

Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, et excludit sanos Helicone poëtas
Democritus. etc.

30. *Afflatus furoris,* est ἐνθουσιασμός. *Ernest. in Clave.*

31. *Sed auctor meæ. Auctor suæ personæ* recte dici posse videtur et explicari, qui meam ipsius causam defenderem: et Wetzel. pro bene comparat Ciceronem Sext. 66. *auctor et conservator civitatis,* atque pro Planc. 13. *auctor societatum. Harl.*

32. *Sensi equidem.* Sic edd. primæ et MS. E. recte. Vulgo *quidem. Ernest.*

33. *Collegam.* C. Marius quintum consul collegam habuit M' Aquillium anno U. C. DCLIII. ante Christum CI. De M' Aquillii causa dictum superius cap. 28. *Proust.*

34. *Bonus—magister.* Hæc verba ironice dicta sunt: hinc additum est *videlicet.* Nam, Wetzelio jam observante, Antonius ipse paullo ante professus est suam artis sive systematis ignorantiam, et cap. 42. semet ipse vocavit *semidoctum. Harl.*

35. *Sodali et quæstore meo.* V. quæ dicuntur de hoc C. Norbano in cap. 18. *Pearce.* Add. cap. 21. cap. 45. Antonius, quum Proconsul in Ciliciam proficisceretur, in ea provincia Quæstorem habuit Norbanum. De Cæpione a Cimbris victo vide

et quæstore meo, tantum incendium non oratione solum, sed multo etiam magis vi, et dolore, et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguendum vix conarer accedere? [t] Habueras enim tum omnia [36] in causa superiora: vim, fugam, lapidationem, crudelitatem tribunitiam, in Cæpionis gravi miserabilique casu, in judicium vocabas: deinde principem et senatus, et civitatis, M. Æmilium, lapide percussum esse constabat: [37] vi pulsum ex templo [38] L. Cottam, et T. Didium, [u] cum intercedere vellent rogationi, nemo poterat negare.

(48.) Accedebat, ut hæc tu [39] adolescens pro republica queri [x] summa cum dignitate existimarere: ego, homo [40] censorius, vix satis honeste viderer seditiosum civem, et in hominis consularis [y] calamitate crudelem, posse defendere. Erant optimi cives judices, bonorum virorum plenum forum, vix ut mihi tenuis quædam venia daretur excusationis, quod tamen eum defenderem, qui mihi quæstor fuisset. Hic ego quid dicam me artem aliquam adhibuisse? quid fecerim, narrabo. si placuerit, vos meam defensionem [z] in aliquo artis loco reponetis. [a] [41] Omnium seditionum genera, vitia, pericula

[t] *favebant tibi omnia in illa causa multo magis quam mihi.* [u] *cum vellent impedire ne lex ferretur.* [x] *honestissime ac verissime.* [y] Cæpionis. [z] *aliquid habuisse artificii existimabitis.* [a] *exposui in ea oratione varia reip. pericula orta diversis temporibus jam inde ab urbe condita.*

supra ad c. 28. fin. In hunc eosque, qui aderant illi, Norbanus, tribunus pl., concione turbulenta sic populum commovit, ut, quum L. Cotta et Titus Didius, tribuni pl., venissent in concionem, ut collegæ rogationi intercederent, a Norbani factione impetus sit factus, vis illata Cæpionis defensoribus, duo tribuni pl. vi pulsi atque violati, fuga secuta, lapides jacti et M. Æmilius lapide percussus. M. Æmilius Scaurus A. U. 638. et 646. fuerat consul; ideo h. l. A. U. 659. princeps senatus et civitatis nominatur. *Harl.*

36. *In causa.* Norbani videlicet, de quo supra diximus cap. 21. *Proust.*

37. *Vi pulsum ex templo:* e tribunali, unde conciones haberentur. *Ernest.*

Ibid. *Templum.* Locus ab auguribus certo ritu captus, ut in eo augurium agatur. Sic vere definit Varro. L. L. vi. p. m. 66, 67. De ritu capiendi. vid. Liv. i. 18. de formulis quibus capiebatur, vid. Brisson. de Formul. l. i. non enim iisdem verbis concipiebatur usquequaque, ut ait Varro l. c. qui et ipse unam attulit, sed hodie in libris insigniter corruptam, ideoque varie a doctis tentatam v. Scaliger. ad h. l. Sic cape hoc verbum Leg. ii. 9. *augures* templa *effata* et *liberata habento.* Quoniam autem templum hoc augurum erat spatium cœli in omnes partes, quousque prospici poterat, hinc in primis poëtis, de cœlo dicitur. Somn. Scip. 3. *Deus is, cujus est* templum *hoc omne, quod conspicis.* Div. i. 20. *cœli cærula* templa. Deinde quoniam hic locus inauguratus et sanctus est, propterea omnis locus inauguratus templum dicitur. *Milon.* I. *præsidia quæ* pro *omnibus* templis *videtis.* Sic locus pro rostris, ubi conciones habebantur, templum dicitur. Verr. iii. 96. *quo quotidie* templum teneret. Vatin. 10. *in rostris,* in illo *inaugurato* templo et *loco.* cf. Sext. 55. Item curia. Dom. 51. *si sedem ipsam,* ac templum publici Consilii religione concordiæ devinxisset: cf. c. 53. v. impr. Manut. ad Sext. 29. Sunt etiam *Acherusia templa,* Tusc. I. 21. sc. quia ibi Pluto habitat. *Ernest. in Clave.*

38. *L. Cottam.* L. Aurelius Cotta et T. Didius fuere tribuni plebis anno U. C. DCLIX. ante Christum XCV. *Proust.*

39. *Adolescens.* Quoniam accusationibus etiam mediocres in dicendo suffecerunt, ut ait Quinctil. v. 13, 3. ideo in accusatione aliqua illustri fere tirocinia ponebant adolescentes, qui ad oratoris gloriam adspirarent; ut monet probatque Gesner ad illum Quinctil. locum. *Harl.*

40. *Censorius.* Quatuor ante quam hanc Norbani causam tueretur annis, M. Antonius cum collega L. Flacco censura fungebatur, nimirum anno U. C. DCLVII. ante Christum XCVII. ut liquet ex Capitolinis fragmentis apud Pighium. *Proust.*

Ibid. *Homo censorius,* h. e. qui censuram gesserat. Antonius A. U. 656. cum Flacco censor fuerat, et hanc orationem A. U. 659. habuerat. *Harl.*

41. *Omnium seditionum.* De quibus fuse Livius Decade prima. *Proust.*

collegi, eamque orationem ex omni reipublicæ nostræ [42] temporum varietate repetivi, conclusique ita, ut dicerem, etsi omnes molestæ semper seditiones fuissent, justas tamen fuisse nonnullas, et prope necessarias. Tum illa, quæ modo Crassus commemorabat, egi; neque reges ex hac civitate [b] exigi, neque tribunos plebis creari, neque [c] plebiscitis toties consularem potestatem minui, neque [d] provocationem, patronam illam civitatis, ac vindicem libertatis, populo Romano dari sine [43] nobilium dissensione potuisse: ac, [e] si illæ seditiones saluti huic civitati fuissent, non continuo, si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine, atque in [f] fraude capitali esse ponendum. Quodsi umquam populo Romano concessum esset, ut jure concitatus videretur, id quod docebam sæpe esse concessum, nullam illa causam justiorem fuisse. Tum omnem orationem traduxi et converti in increpandam Cæpionis fugam, in deplorandum interitum exercitus. sic et eorum dolorem, qui lugebant suos, oratione [g] refricabam, et animos equitum Romanorum, apud quos tum judices causa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, a quo erant ipsi [44] propter judicia abalienati, renovabam [45] [atque revocabam.]

(49.) Quod ubi sensi [h] me in possessione judicii, ac defensionis meæ constitisse, quod et populi benevolentiam mihi conciliaram, cujus jus etiam cum seditionis conjunctione defenderam, et judicum animos totos vel calamitate civitatis, vel luctu ac desiderio propinquorum, vel odio proprio in Cæpionem ad causam nostram converteram: tunc admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum, de quo ante disputavi, lenitatis et mansuetudinis cœpi; me pro meo [i] sodali, qui mihi [46] in liberûm loco more

[b] *expelli.* [c] *edictis a plebe latis.* [d] *jus appellandi a magistratibus ad populum, quo jure maxime stare libertas videtur.* [e] *quod si variæ, quæ alias contigerant, seditiones,* non modo expertes sceleris, sed etiam *salutares reip. fuissent, non idcirco Norbanum accusandum esse gravissimo scelere, si qua per eum seditio mota esset.* [f] *crimine læsæ majestatis.* [g] *renovabam.* [h] *me judicum animos habere velut in potestate, defensionemque e sententia mihi cedere.* [i] *quæstore et contubernali meo.*

42. *Temporum,* h. e. dubiorum casuum, status incerti periculosorum temporum. *Harl.*

43. *Nobilium. Nobilis* est proprie qui facile noscitur, (noscibilis) h. e. agnoscitur, qui sit, (unde sæpe de valde notis dicitur) qualis est Romæ, qui ortus est ex familia, sive patricia, sive plebeia, in qua magistratus fuere: nam ejus nomine audito, notum esse nomen apparet, et, unde ipse sit, constat. Et quia magistratus habent jus imaginis suæ ad posteritatem prodendæ, Verr. v. 14. propterea nobilis etiam sic definitur, ut sit is, qui imagines majorum habet. *Ernest. in Clave.*

44. *Propter judicia abalienati.* Scil. a quo Q. Servilio Cæpione Equites Romani erant tum temporis abalienati. Hujus lege, vocata lege *Servilia,* judicia, quæ 17 annis ante lege *Sempronia* a Senatu ad Equites translata essent, utrique ordini communia facta erant: sed, (ut monet Manutius,) videtur ea lex *Servilia* fuisse tum antiquata, quum Cæpionem Norbanus accusaret; solos enim Equites tum judices fuisse, patet ex hoc loco et ex orat. pro Cluentio cap. 51. *Pearce.*

45. *Atque revocabam.* Delevit hæc Pearc. e MSS. auctoritate. Alterutrum verbum esse spurium, et duplicem lectionem in textu conjunctam, facile agnosco; idque clare docet MS. E. in quo est unum *revocabam,* suprascriptum alia manu *renovabam.* Sed, quia *renovabam* pulcrius est, id præferendum puto. Saltem uncis inclusi. *Ernest.*

46. *In liberûm loco.* Quam arcta sit prætoris et quæstoris necessitudo, ostendit Tullius Divinatione in Q. Cæcilium n. 61. *Sic a majoribus nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque justiorem, neque graviorem causam*

majorum esse deberet, et pro mea omni fama prope fortunisque [k] decernere, nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse, quam si is, qui sæpe alienissimis a me, sed meis tamen civibus, saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non potuissem. Petebam a judicibus, ut illud [47] ætati meæ, ut honoribus, ut rebus gestis, si justo, si pio dolore me esse affectum viderent, concederent: præsertim si in aliis causis intellexissent, omnia me semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro meipso [48] deprecatum. Sic in illa omni defensione atque causa, quod esse in arte positum videbatur, ut de lege Apuleia dicerem, ut, quid esset minuere majestatem, explicarem, perquam breviter perstrinxi atque attigi. His duabus partibus orationis, quarum altera concitationem habet, altera commendationem, quæ minime præceptis artium sunt perpolitæ, omnis est a me illa causa tractata, ut et acerrimus in Cæpionis invidia renovanda, et in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. Ita [l] magis affectis animis judicum, quam doctis; [49] tua, Sulpici, est a nobis tum accusatio victa.

(50.) Hic Sulpicius, Vere hercule, inquit, Antoni, ista commemoras. nam ego nihil umquam vidi, quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum est [50] elapsa illa causa. Cum enim (quemadmodum dixisti) tibi ego non judicium, sed [m] incendium tradidissem; quod tuum [51] principium, dii immortales, fuit? qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, [52 n] tractusque verborum? Ut [o] illud initio, quod tibi unum ad ignoscendum homines dabant, tenuisti; te pro homine pernecessario, quæstore tuo, dicere: quam tibi primum munisti ad te audiendum viam? Ecce autem, cum te nihil aliud profecisse arbitrarer, nisi ut homines tibi, civem improbum defendenti, ignoscendum propter necessitudinem arbitrarentur, [53] serpere occulte cœpisti, nihildum aliis suspicantibus, me vero jam pertimescente, ut illam, non Norbani seditionem, [54] sed populi

[k] *dimicare.* [l] *magis movendo judices, quam eos docendo,* et controversiam explicando. [m] *causam difficillimam, quam obtinere tam operosum esset, quam incendium exstinguere.* [n] *tarditas pronunciationis.* [o] *quam solerter usus es illa causa, cur Norbanum susciperes defendendum, quod quæstor, quod pernecessarius tuus foret: quæ una ratio digna venia hominibus videbatur.*

necessitudinis posse reperiri, quam conjunctionem sortis, quam provinciæ, quam officii, quam publicam muneris societatem. "*Proust.*

47. *Ætati meæ.* Antonius eo tempore L annos egerat.—*rebus gestis,* in Cilicia, quum Proconsul esset. *Harl.*

48. *Deprecatum,* h. e. valde precatum. Cic. de Invent. i. 2. *Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Harl.*

49. *Tua—est—victa.* Nam Norbanus erat absolutus, et Cæpio diem obiit supremum in exilio. conf. in Bruto, c. 35. fin. *Harl.*

50. Elapsa *est causa.* Elabi dicuntur, quæ præter opinionem amitti dicuntur. *Ernest. in Clave.*

51. *Principium—qui timor,* v. supra i. 26. et Demosth. orat. de Corona ab initio.—*quanta hæsitatio,* h. e. quam hærebas.—*tractus verborum* est lenta, tarda pronunciatio: h. e. quam tarde pronunciabas, verba trahebas! conf. supra ad cap. 15. *Harl.*

52. *Tractusque verborum.* De pronunciatione tarda. *Ernest. in Clave.*

53. *Serpere.* Dicitur de oratore, qui pedetentim ad causam tractandam accedit, quemadmodum ipse Cicero fecit in Agraria secunda. *Ernest. in Clave.*

54. *Sed populi.* Delevit *illam* Pearcius, secutus MSS. quosdam, quibus accedit Erl. Etiam sine MSS. delevissem; ita evidens vitium est. *Ernest.*

Romani iracundiam, neque eam injustam, sed meritam ac debitam fuisse defenderes. Deinde [p] [55] qui locus abs te prætermissus est in Cæpionem? ut tu illa omnia odio, invidia, misericordia miscuisti? [q] Neque hæc solum in defensione, sed etiam in [56] Scauro, ceterisque meis testibus, quorum testimonia non refellendo, sed [r] [57] ad eundem impetum populi confugiendo, refutasti. [58] Quæ cum abs te modo commemorarentur, equidem nulla præcepta desiderabam. istam enim ipsam demonstrationem defensionum tuarum abs te ipso commemoratam, doctrinam esse non mediocrem puto. Atqui, si ita placet, inquit Antonius, trademus etiam, quæ nos [s] sequi in dicendo, quæque maxime spectare solemus. docuit enim jam nos longa vita ususque rerum maximarum, ut quibus [59] rebus animi hominum moverentur, teneremus.

(51.) Equidem primum considerare soleo, postuletne causa. nam neque parvis in rebus adhibendæ sunt hæ [t] dicendi faces, neque [u] ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possimus, ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut [x] [60] tragœdias agamus in nugis, aut [61] convellere adoriamur ea, quæ non possint commoveri. Nam quoniam hæc fere maxime sunt in judicum animis, aut, quicumque illi erunt, apud quos agemus, oratione [y] molienda, amor, odium, iracundia, invidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia; sentimus [62] amorem conciliari, si id videare, [63] quod sit utile ipsis, apud quos agas, defendere; si aut

[p] *quodnam omisisti argumentum, unde Cæpio vocari posset in odium et invidiam?* [q] *non solum illo artificio usus es in defendendo Norbano, sed etiam in Scauro cæterisque testibus refellendis.* [r] *populi iracundiam meritam ac debitam fuisse ostendendo.* [s] *observare.* [t] *motus graviores.* [u] *quando ita sunt affecti homines aliqua certa perturbatione, ut merito desperes te posse illos in contrariam partem et motum flectere.* [x] *motus vehementiores, quales in tragœdiis esse solent, adhibeamus in levioribus causis.* [y] *excitanda.*

55. *Qui locus—in Cæpionem.* Nam in odium adduxisti Cæpionem, (conf. c. 51.) misericordiam erga milites, qui ejus culpa perierunt in bello, excitasti, (c. 49. et 52.) omnes animi adfectus miscuisti, h. e. commovisti. v. Wetzel. *Harl.*

56. *Scauro.* Cæteris omissis Scaurum hic appellat, quippe cujus auctoritas major esset. *Proust.*

57. *Ad eumdem—confugiendo,* h. e. refutasti eo, quod, (ut paulo ante Cicero jam significavit,) testium contra Norbanum effata eo infirmasti, quum ostenderes, non Norbanum fuisse auctorem tumultus, sed ipsum populum justam suam iracundiam impetumque adversus Cæpionem, proditorem, et qui fuga interitum exercitus parasset, declarasse, ut bene interpretatus est, et Heinzii versionem falsam esse declaravit Wetzel. *Harl.*

58. *Quæ cum abs te.* Cum explicuisti nobis rationem quam adhibuisti in defensione Norbani, visus sum mihi carere posse præceptis omnibus artis oratoriæ, et hoc uno exemplo contentus esse quod imitarer. *Proust.*

59. *Rebus,* h. l. argumentis. *Harl.*

60. *Tragœdias.* Tragœdias in nugis agere per proverbium dicitur ille, qui, ut ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit, vel in re levi tumultum excitat. *Proust.*

61. *Convellere adoriamur.* Drakenb. ad Liv. 35, 51. conjecit *adordiamur.* non necessarium arbitror. *Ernest.*

Ibid. *Convellere,* refutare. *Ernest. in Clave.*

62. *Amorem conciliari.* Amoris tres sunt causæ, conjunctio, similitudo et bonitas. Quapropter primo quidem amantur patria, parentes, liberi, consanguinei, affines et fœderati: deinde pares, qui sunt ejusdem ætatis, indolis et artis, nisi forte sibi incommodent, tum enim figulus figulo invidet: denique qui nos afficiunt beneficiis, et aliqua virtute excellunt. Consule Aristotelem, lib. ii. Rhetor. *Proust.*

63. *Quod sit utile ipsis.* Sic Tullius, lib. i. in Verrem n. 5. *Itaque mihi videor magnam, et maxime ægram, et prope depositam reip. partem suscepisse: neque in eo magis meæ, quam vestræ laudi existimationique ser-*

[64] pro bonis viris, aut certe pro iis, qui illis boni atque utiles sint, laborare. namque hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio caritatem: plusque proficit, si proponitur spes utilitatis futuræ, quam præteriti beneficii commemoratio. Enitendum est, ut ostendas, in ea re, quam defendas, aut dignitatem inesse, aut utilitatem; eumque, cui concilies hunc amorem, significes [65] nihil ad utilitatem suam retulisse, ac nihil omnino fecisse causa sua. [66] Invidetur enim commodis hominum ipsorum; studiis autem eorum ceteris commodandi favetur. Videndumque hoc loco est, ne, quos ob benefacta diligi volemus, eorum laudem atque gloriam, cui maxime invideri solet, nimis efferre videamur. Atque iisdem his ex locis et [67] odium in alios struere discemus, et a nobis ac nostris demovere: eademque hæc genera tractanda sunt in iracundia vel excitanda, vel sedanda. nam si, quod ipsis, qui audiunt, perniciosum aut inutile sit, [68] id factum augeas, odium creatur: sin, quod aut in bonos viros, aut in eos, in quos quisque minime debuerit, aut in rempublicam; tum excitatur, si non tam acerbum odium, tamen aut [69] invidiæ, aut odii non dissimilis [z] offensio. Item [70] timor incutitur [71] aut ex ipsorum

[z] *motus animi offensi et indignantis.*

visse. Accessi enim ad invidiam judiciorum levandam, vituperationemque tollendam: ut cum hæc res pro voluntate pop. Rom. esset judicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas judiciorum videretur. Proust.

64. *Pro bonis.* Hinc Fonteio conciliat amorem Cicero n. 29. *Frugi igitur hominem, judices, frugi, inquam, et in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis videtis positum in vestra fide ac potestate: atque ita ut commissus sit fidei, permissus potestati. Videte igitur, utrum sit æquius hominem honestissimum, virum fortissimum, civem optimum dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus, an reddi amicis. Proust.*

65. *Nihil ad utilitatem suam.* Quod præstat Tullius oratione pro Milone n. 93. *Me quidem, judices, exanimant et interimunt hæ voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum quotidie. Valeant, inquit, valeant cives mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc urbs præclara, mihique patria carissima, quoquo modo merita de me erit: tranquilla rep. cives mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur. Ego cedam, atque abibo. Proust.*

66. *Invidetur.* Invidetur homini qui faciat aliquid utilitatis suæ causa; graviter enim ferimus gloriam aliorum et commoda: sed eidem favetur, si aliis commodare et servire studeat, quia utilitate nostra ducimur. *Proust.*

67. *Odium.* Est abalienatio quædam animi perfecta, qua quis alterum perditum velit. Congestis et exaggeratis Clodii criminibus in eum Cicero movet odium in Miloniana, n. 72. *Occidi, occidi non Sp. Melium—non Tib. Gracchum—sed eum (auderet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset) cujus nefarium adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ comprehenderunt: eum, cujus supplicio senatus solemnes religiones expiandas sæpe censuit: eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus juratus se, quæstionibus habitis, dixit comperisse: eum, qui civem, quem senatus, quem populus, quem omnes gentes, urbis, ac vitæ civium conservatorem judicabant, servorum armis exterminavit: eum, qui regna dedit, ademit, orbem terrarum quibuscum voluit, partitus est: eum, qui, &c. Proust.*

68. *Id factum augeas.* Plane assentior Pearcio *factum* h. l. delenti, quod sane diligentem lectorem quemque offenderit. Sed idem arbitror esse transferendum ad sequentia, et scribam, *quod aut in bonos viros factum, aut in eos,* &c. nam ibi nihil est, unde *in b. v.* pendeat. *Ernest.*

69. *Invidiæ—offensio.* Cic. pro Cluent. c. 25. eodem sensu dixit, *invidiam et offensionem.* vid. Gronov. Observatt. iii. c. 2. p. 338. ed. Platner. *Harl.*

70. *Timor.* Definitur ab Aristotele, lib. ii. Rhetor. c. 6. ἔστω δὴ φόβος, λύπη τις ἢ ταραχὴ ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ, ἢ φθαρτικοῦ, ἢ λυπηροῦ. *Timor est dolor ac perturbatio ex opinione impendentis mali, quod vel perniciem, vel molestiam afferre possit. Proust.*

71. *Aut ex ipsorum periculis.* Cicero senatum propositis periculis metu deterret, ne legatos mittat ad Antonium Philippica

periculis, aut ex communibus; [a] [72] interior est ille proprius: sed hic quoque communis ad eandem similitudinem est perducendus.

(52.) Par atque una ratio est [73] spei, [74] lætitiæ, [75] molestiæ: sed haud sciam, an acerrimus longe sit omnium [76] motus invidiæ, nec minus virium opus sit in ea comprimenda, quam in excitanda. Invident autem homines maxime paribus, aut inferioribus, cum se re-

[a] *metus qui ex ipsorum hominum periculis incutitur, est gravior,* quam qui oritur ex communibus periculis. *Oportet tamen efficere ut qui communia pericula metuit, a communibus illis periculis suum periculum non putet esse sejunctum.*

xii. n. 7. *Quod si est erratum P. C. spe falsa atque fallaci, redeamus in viam. Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii. Quid enim, per deos immortales, potest reip. prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? quid, si jam nocuit? an vos acerrimam illam et fortissimam pop. Rom. libertatis recuperandæ cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita? quid municipia censetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio quo contra commune incendium exarserat? An non putamus fore, ut eos pœniteat professos esse et præ se tulisse odium in Antonium, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos et animis et corporibus in salutem reip. contulerunt? Proust.*

72. *Interior* est is timor, qui ad nos magis pertinet, ideoque propius animum tangit. *Harl.*

73. *Spei.* Cum metui spes opponatur, recte definiri potest, gaudium ex opinione impendentis boni, quod vel conservare, vel afferre voluptatem possit. Ita Vossius. Spes excitatur proposita boni honestate et magnitudine, facilibusque et paratis ad illud assequendum præsidiis: frangitur autem rei difficultate, ac malorum imminentium imagine. P. Scipio apud Livium, lib. xxi. exposita victoriæ facilitate suis spem movet, et ad prœlium contra Carthaginienses ineundum animos facit. *Erit in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus et victis esse solet. Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt. Nisi creditis qui exercitu incolumi pugnam detrectavere, eos, duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis, qui pene plures perierint quam supersint, plus spei nactos esse. At enim pauci quidem sunt, sed ingentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit. Effigies, imo umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque: ad hæc perusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata confractaque arma, claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum hoc pedite pugnaturi estis: reliquias extremas hostium, non hostes habebitis. Proust.*

74. *Lætitiæ.* A Cicerone definitur iv. Tuscul. Quæst. Opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur. Commovetur vel insperato bono, vel læta fortunæ commutatione. Sic Tullius ipso Catilinariæ secundæ exordio triumphat gaudio. *Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque minitantem ex urbe vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur. Proust.*

75. *Molestiæ.* Molestia, sive dolor acerbus, est mali præsentis sensus. Judicum in animis dolorem sic excitat Cicero pro Sextio n. 145. *Atque hic et tot civium squalor, hic luctus, hæ sordes susceptæ sunt propter unum me, quia me defenderunt, quia meum casum, luctumque doluerunt, quia me lugenti patriæ, flagitanti senatui, poscenti Italiæ, vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum est in me scelus? quid tantopere deliqui illo die, cum ad vos indicia, literas, confessiones communis exitii detuli? cum parui vobis? At, si scelestum est amare patriam, pertuli pœnarum satis: eversa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi, raptata conjux, frater optimus incredibili pietate, amore inaudito, maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum: ego pulsus aris, focis, diis penatibus, distractus a meis, carui patria, quam (ut levissime dicam) certe texeram: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium, fraudem invidorum. Proust.*

76. *Motus invidiæ.* Invidiam Aristoteles lib. ii. Rhetor. cap. 12. sic definit. Ἔστιν ὁ φθόνος λύπη τις ἐπὶ εὐπραγίᾳ φαινομένῃ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν περὶ τοὺς ὁμοίους, μὴ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλὰ δι' ἐκείνους. Cicero, lib. iv. Tusculanar. Quæst. *Invidentiam,* inquit, *esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas quæ nihil noceant invidenti.* Invidiæ causa princeps est cupiditas excellendi, quâ quis tantum sibi detrahi putat, quantum alteri adjicitur. *Proust.*

lictos sentiunt, illos autem dolent [b] evolasse : sed etiam superioribus invidetur sæpe vehementer, et eo magis, si intolerantius se jactant, et [c 77] æquabilitatem juris, præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt: [78] quæ si inflammanda sunt, maxime dicendum est, [79] non esse virtute parta; deinde etiam vitiis atque peccatis: tum, si erunt honestiora atque graviora, tamen [80] non esse tanta ulla merita, quanta [81] insolentia hominis, quantumque [d] fastidium. Ad [e] sedandum autem, [82] magno illa labore, magnis periculis esse parta, [83] nec ad suum commodum, sed ad aliorum esse collata, seseque, si

[b] ad aliquam dignitatem *pervenisse.* [c] *jura omnibus hominibus ex æquo posita contemnunt propter dignitatis et fortunæ suæ præstantiam.* [d] *arrogantia.* [e] *ad compescendam invidiam.*

77. *Æquabilitatem juris.* Sic, sine *communis*, quod est in vulgatis inde ab Aldo et Junta, est in edd. pr. Nec est contra latinitatem *æquabilitas jur. comm.* sed contra concinnitatis Ciceronianæ legem: tollit enim membrorum æqualitatem. Ed. s. l. et a. habet *æqualitatem*, quod sæpe in libris vett. cum illo permutatur; nec ipsum ab h. l. est alienum. *Ernest.*

78. *Quæ si inflammanda sunt.* Exquisite dictum, pro, si ad animos invidia inflammandos adhibenda sunt tanquam faces, ut cap. super. init. dixit. Sic Or. 28. *inflammare rem. Ernest.*

79. *Non esse virtute parta.* Cicero pro Roscio Amerino n. 144. Chrysogonum in invidiam vocat ob divitias male partas. *Si hac indigna suspicione careat, animo æquo se carere suis omnibus commodis dicit. Rogat oratque te, Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem convertit: si nulla in re te fraudavit: si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit: si vestitum, quo ipse tectus erat, annulumque de digito suum tibi tradidit: si ex omnibus rebus seipsum nudum, neque præterea quidquam excepit: ut sibi per te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egestate degere. Prædia mea tu possides, ego aliena misericordia vivo: concedo, et quod animus æquus est, et quia necesse est. Mea domus tibi patet, mihi clausa est; fero. Familia mea maxima uteris, ego servum habeo nullum: patior, et ferendum puto. Quid vis amplius? Proust.*

80. *Non esse tanta ulla merita, quanta.* Vulgati *tanti;* quod vitiosum esse, vel respondens ei *quanta* indicat leviter attendenti. Itaque *tanta* rescripsimus. In MS. uno, ex quo secutus Lambinum, idem recepit Pearcius, est pariter correctio mera, sed justa. *Ernest.*

81. *Insolentia hominis.* Hinc facit invidiam M. Posthumio tribuno militum L. Decius tribunus plebis apud Livium, lib. iv. 49. *Auditis, Quirites, sicut servis, malum minantem militibus: tamen hæc bellua dignior vobis tanto honore videbitur, quam qui vos urbe agrisque donatos in colonias mittunt: qui sedem senectuti vestræ prospiciunt: qui pro vestris commodis adversus tam crudeles superbosque adversarios depugnant. Incipite deinde mirari cur pauci jam vestram suscipiant causam. Proust.*

82. *Magno illa labore.* Sic apud Livium, lib. vi. 15. invidiam sedat M. Manlius Capitolinus Cornelio Cosso dictatori respondens. *Offendit te, A. Corneli, vosque P. C. circumfusa turba lateri meo. Quin eam deducitis a me singuli vestris beneficiis? intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci, ex eo quod affluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum? Sed quid ego vos de vestro impendatis hortor? sortem aliquam ferte, de capite deducite quod usuris pernumeratum est: jam nihilo mea turba quam ullius conspectior erit. At enim quid ita solus ego civium curam ago? Nihilo magis quod respondeam habeo, quam si quæras quid ita solus Capitolium arcemque servaverim. Et tum universis quam potui opem tuli, et nunc singulis feram. Proust.*

83. *Nec ad suum commodum.* Ex hoc capite motam in se invidiam comprimit Tullius oratione pro Sylla n. 25. *Ego tantis a me beneficiis in rep. positis, si nullum aliud mihi præmium a senatu populoque Romano, nisi honestum otium postularem, quis non concederet? sibi haberent honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia præclaræ laudis insignia: mihi liceret ejus urbis, quam conservassem, conspectu, tranquillo animo et quieto frui? Quid, si hoc non postulo? si ille labor meus pristinus, si solicitudo, si officia, si opera, si vigiliæ deserviunt amicis, præsto sunt omnibus? si neque amici in foro requirunt studium meum, neque respub. in curia? si me non modo rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neque ætatis excusatio vindicat a labore? si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus? si mihi ne ad ea quidem, quæ pro salute omnium gessi, recordanda et cogitanda quidquam relinquitur temporis?*

quam gloriam peperisse videatur, [84] etsi ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari, totamque abjicere atque deponere: omninoque perficiendum est, (quoniam plerique sunt invidi, maximeque est hoc [85] commune vitium, et pervagatum: [86] [invidetur autem præstanti florentique fortunæ], ut hæc opinio minuatur, et, illa [f] excellens opinione fortuna [87] cum laboribus et miseriis permista esse videatur. Jam misericordia movetur, si is, qui audit, adduci potest, ut illa, quæ de altero deplorentur, [88] ad suas res revocet, quas aut tulerit acerbas, aut timeat; aut intuens alium, crebro ad seipsum revertatur. Ita cum singuli casus humanarum miseriarum graviter accipiuntur, si dicuntur dolenter, tum afflicta, et prostrata virtus maxime luctuosa est; et, ut illa altera pars orationis, quæ probitatis commendatione, [g] boni viri debet speciem tueri, lenis (ut sæpe jam dixi) atque summissa; sic hæc, quæ suscipitur ab oratore ad commutandos animos atque omni ratione flectendos, intenta ac [89] vehemens esse debet.

(53.) Sed est quædam in his duobus generibus, quorum alterum lene, alterum vehemens esse volumus, difficilis ad distinguendum similitudo. Nam [h] ex illa lenitate, qua conciliamur iis, qui audiunt, ad hanc vim acerrimam, qua eosdem excitamus, influat oportet aliquid, et ex hac vi nonnumquam animi aliquid [90] [inflammandum est]

[f] *excellens illa fortuna, ut homines opinantur.* [g] *motus illi, quibus opinionem viri boni et famam probitatis orator sibi conciliat, debent esse lenes.* [h] *orator debet vim et asperitatem contentionis condire illa humanitate, qua conciliantur auditores, et temperatum illud dicendi genus contentione excitare.*

tamen hoc regnum appellabitur? cujus vicarius qui velit esse, inveniri nemo potest. Proust.

84. *Etsi ea non sit—tamen.* Edd. vett. habent *tamen etsi*, ut MS. E. Aldus et Junt. induxere *tametsi*, molliendi caussa. Gruterus, ut solebat, illum veterem squalorem revocavit: Pearcius *tametsi*. Sine dubio *tamen* in antiqua lectione e versu sequente temere huc venit, et ne *tametsi* quidem Cicerone dignum in hac vicinia roῦ *tamen*. *Ernest.*

85. *C. vitium et perpetuum.* Sic vulgati. Edd. primæ vel addunt *pervagatum*, vel solum habent, ut ed. s. l. et a. Lips. *marimeque est hoc vitium pervagatum*, sine *commune*. *Vitium perpetuum* non commode dicitur. Inclinabam in lectionem ed. s. l. et a. Sed tamen alteram prætuli *comm. v. et pervagatum*. Cic. de invidia in epistolis: *late patet et est in multis. Ernest.*

86. *Invidetur—fortunæ.* Hoc sine dubio spurium est. nam hoc supra dixerat, et stulte hic repeteretur. Fuit nota in margine posita: arbitramur, quemque admonitum esse sensurum. Itaque uncis inclusimus. *Ernest.*

87. *Cum laboribus.* Eadem pro Sylla Oratione paulo post n. 29. sic idem Tullius. *Quod si illis meis præsidiis forte invides, et si tibi ea regia videntur, quod omnes boni omnium generum atque ordinum suam salutem cum mea conjungunt; consolare te, quod omnium mentes improborum mihi uni maxime sunt infensæ et adversæ, qui me non solum idcirco oderunt, quod eorum conatus impios et furorem conscleratum repressi; sed eo etiam magis, quod nihil jam se simile me vivo conari posse arbitrantur. Proust.*

88. *Ad suas res* revocet. *Ad suas res* revocare *aliquem* dicitur, qui ei in memoriam redigit, quæ ipsi acciderunt, aut ipse fecit. *Ernest. in Clave.*

89. *Vehemens.* Ut c. 42. 3. c. 49. 5. *intenta*, ab arcu metaphora sumta, qui intenditur, contenditur; contra *remissio lenitatis*, c. 53. 2. adnotante Wetzelio. Et mox *lene* opponitur *vehementi. Harl.*

90. *Inflammandum est.* Vetus lectio h. l. est *influendum est*; quod vitiosum esse vident omnes. Lambinus correxit *infundendum est*, Gruterus e MSS. *inflammandum est*. Melanthon et Güilielmius corrigebant *inflandum* pro *afflandum*; nam et *inflatus divinus* dicitur pro *afflatu*, ut Cic. Divin. i. 6. idque ceteris longe melius est. Ego cum Grutero ejiciendum puto. Correctores volebant hoc membrum priori similius reddere, et cum in illo sit *influat*, fecere *influendum est*, unde *inflammandum* factum est ab iis, qui putabant, id lenius esse pro *vi animi*. *Influat* est commune et aptum utrique. *Ernest.*

illi lenitati: neque est ulla [91] temperatior oratio, quam illa, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur; remissio autem lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur. In utroque autem genere dicendi, et illo, in quo vis atque contentio quæritur, et hoc, [l] quod ad vitam et mores accommodatur, et principia [92] tarda sunt, et exitus tamen [k] spissi et producti esse debent. Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis: [93] abest enim totum a causa, et homines prius ipsum illud, quod proprium sui judicii est, audire desiderant: nec, [94] cum in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendum est. [l] Non enim, sicut argumen-

[l] *quod idoneum est ad ostendendam vitam et probos mores oratoris.* [k] *vehementes et longiores.* [l] *argumentum statim atque propositum est, intelligitur, ac si minus sufficiat, secundum et tertium petitur: at non ita statim atque tractare dicendo cœperis, poteris excitare* auditorum in animis *misericordiam, aut invidiam, aut iracundiam.*

91. *Temperatior*, melius composita. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Temperatior — conditur.* Notante jam Wetzelio, proprie temperatur vinum aqua, condiuntur cibi. Orator igitur, ut ope lenitatis animi sui id, quod in sua oratione acre est et vehemens, condiat, h. e. temperet ac molliat; contra, quod lene et remissum in ea est, gravitate quadam, contentione aut (uti c. 52.) intentione et dignitate firmet et efferat, scire debet. *Harl.*

Ibid. *Et principia tarda sunt, et exitus tamen spissi.* Si quis sententiam sequentem adspiciat, *nam neque assiliendum statim est*, etc. inveniet, Antonium non dicere, principia tarda esse, sed tarda esse debere: de principiis simul et exitu adfectuum præcepta dat. Deleto igitur verbo *sunt*, et clarior mihi et significantior videtur sententia. Per vocem *spissi* intellige, obscuri, ita ut notari non possint. Sic in iii. 36. *si est aliquanto spissius*, i. e. obscurius. *Pearce. Principia tarda esse debent* h. l. "significat," ut Schützii verbis utar, "utrumque illud genus, quod græce dicitur ἦθος καὶ πάθος, tardius incipiendum seu, ut ipse explicat, non statim ad illud adsiliendum esse." Eleganter *et tamen* et elliptice quasi usurpant Latini, si ea, quæ præcedunt, vel molliuntur, vel restringuntur, vel explicantur, etc. Ovid. Her. ii. 100. *Exspectem pelago vela negata meo?* Et tamen *exspecto:* quasi dixisset, licet exspectare non debeam, tamen exspecto. Cic. Or. 51. fin. *Nec vero multitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet*—— et tamen *omnium longitudinum——judicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.* Ita quoque nostro loco: *principia*, n. adfectuum, *tarda* esse debent, *et*, licet media pars perturbationem, ideoque vim et contentionem et celeritatem quærat, *tamen spissi*, h. e. tardi, lente procedentes, *et producti*, h. e. qui non nimis properant ad finem, (ut supra, c. 50. *tractus verborum,*) *esse debent*, nec celeriter discedendum est. *spissi* a Strebæo explicantur *crebri*; (et proprie *spissum*, πυκνὸν Græcorum, densum significat, unde notio *crebri* fluit, metaphora ducta a liquoribus spissis, viscidis, lentis, qui non celeriter diffluunt,) a Pearcio autem *obscuri*, ita ut notari non possint: sed minus recte: nam ex interpretatione nostra videbis, *spissum* h. l. denotare *tardum* sive lente procedens, uti Gesnerus in Thes. L. L. sub hoc vocab. jam explicuit, et "*spissum*, tardum, inquit: quod spissa massa tardius subigitur, et spisso cœno difficilius eluctamur, spissum lignum persecamus tardius." Add. Ern. in Clav. Cic. voc. *spissus. Harl.*

92. *Tarda sunt.* Pearcius deleri vult *sunt*, nec id displicet. Deberet saltem esse *sint*. Porro *tamen* intelligi potest, et ferri, si ad *tarda* referatur: nec tamen satis placet, mallemque cum Lambino *item* corrigere, si in libris vestigia ejus verbi essent. *Ernest. Exitus spissi* qui sint, docet I. C. Th. Ernestus Technol. p. 367. *Spissi exitus* hanc vim habent, ut orator, sive affectu vehementi concitatus, sive summissa et leni oratione usus, nec illum affectum, nec hanc lenitatem repente abrumpat et commutet, sed tardo veluti et hæsitabundo pede ab utroque genere discedat. Ad orationis Ciceronianæ contextum, qui plerumque optimus verborum interpres est, si animum advertere voluissent Strebæus et Pearcius, nec ille *crebros*, nec hic *obscuros* illos exitus explicasset. Nam *spissum* omnino est, densum, tenax, in quo hæreas, per quod ægre penetres. Ergo *spissi exitus* sunt ampli, pertinaces, qui moram et audiendi et dicendi faciunt, et in quibus multa et varia et copiosa oratione opus est, ut mox præcipitur.

93. *Abest—causa.* Hoc male in parenthesi dictum accipitur. Est prima ratio præcepti, de principiis tardis. *Nam*, inquit, hæc oratio non explicat causam, ut intelligatur ejus veritas, &c. *Ernest.*

94. *Quum—ingressus sis.* Quum tu tuos et auditorum tuorum adfectus animi commoveris. *Harl.*

tum, simul atque positum est, arripitur, alterumque et tertium poscitur, ita [95] misericordiam, aut invidiam, aut iracundiam, simul atque intuleris, possis commovere. Argumentum enim ratio ipsa confirmat, quæ [96] simul atque [97] emissa est, [m 98] adhærescit: illud autem genus orationis non cognitionem judicis, sed magis [n] perturbationem requirit, quam consequi, nisi multa, et varia, et copiosa oratione, et simili contentione actionis, nemo potest. Quare qui aut breviter, aut [99] summisse dicunt, docere judicem possunt, commovere non possunt; [o] in quo sunt omnia. Jam illud perspicuum est, omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iisdem suppeditari locis. Sed [1 p] argumento resistendum est, aut [2] iis, quæ comprobandi ejus causa sumuntur, reprehendendis, aut demonstrando, id, quod concludere illi velint, non effici [3] ex propositis, [4] nec esse consequens: aut, si ita non refellas, afferendum est [5] in contrariam partem, quod sit aut gravius, aut æque grave. Illa autem, quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis vehementer aguntur, [6] contrariis commotionibus [q] inferenda sunt, ut odio benevolentia, misericordia invidia tollatur.

[m] *quæ simul atque demonstrata est, menti inhæret.* [n] *affectum.* [o] *in quo* commovendo *requiruntur omnia; nempe et copiosa oratio, et contentio actionis.* [p] *refellendum est argumentum allatum ab adversario.* [q] *auferenda sunt.*

95. *Misericordiam. Misericordiam inferre*, de oratore, cum incipit movere misericordiam. *Ernest. in Clave.*

96. *Simul atque—adhærescit. Adhærescere* dicuntur, quæ vim eam habent, quam volebamus: sumtum genus a facibus jactis in urbes, munimenta, item a telis. *Ernest. in Clave.*

97. *Emissa.* Argumenta *emitti* dicuntur, cum proponuntur. *Ernest. in Clave.*

98. *Adhærescit.* Scil. animis auditorum, reique dubiæ facit fidem: metaphora sumta est a pice, facibus telisve in urbes, munimenta hominesve jactis: hinc exquisite dictum *emissa*: tela enim, tormenta, etc. proprie dicuntur *emitti*. Conf. c. 64. Mox *illud gen. orationis*, n. vehementis et acris. *Harl.*

99. *Submisse dicere*, de voce et actione mo derata, leni, temperata; v. c. 53. opponitur actionis contentioni sive concitationi. *Harl.*

1. *Argumento resistendum.* Refutationis regulas breviter sic colligit Julius Severianus. *Proposito eo quod adversarius dixerit, respondebimus duobus modis, aut non esse id, aut non ideo nos vinci debere.* Prima ratione utitur Cicero pro Roscio Amerino, cum eum penitus negat parricidii reum; altera utitur pro Milone, a quo non negat occisum Clodium, sed jure occisum contendit, quod non alio modo vim repellere posset Milo. *Proust.*

2. *Iis quæ comprobandi.* Ita sub initium Milonianæ n. 7. *Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii fortissimi viri, qui nondum libera civitate pop. Rom. comitiis liberatus est, cum sua manu sororem interfectam esse fateretur*, &c. *Proust.*

3. *Ex propositis.* MS. Memm. *positis*; non male; sed vulgatum melius et elegantius: estque proprium in hac re verbum. *Ernest.*

4. *Nec esse consequens.* Quod in urbem non veniret Roscius filius, inde eum invisum fuisse patri Erucius colligebat. Hoc minime cohærere Cicero ostendit oratione pro Roscio Amerino. *Proust.*

5. *In contrariam partem.* Cum facinus negari potest, idem in adversarium, si licet, retorquendum est. Tullius Tuberonem Ligarii accusatorem quod etiam arma contra Cæsarem tulisset, exagitat. *Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cujus latus mucro ille petebat? quis sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?* Lig. 3. *Proust.*

6. *Contrariis commotionibus* INFERENDA *sunt.* Verbum *inferre* semper apud Ciceronem opponitur illi verbo, quod magis huic loco convenit, diluere sive propulsare. Invito igitur, ut opinor, sensu hæc lectio retinetur. Vult enim Cicero significare affectus omnes contrariis affectibus tollendos, amovendos, frangendos, imminuendos esse. Placet igitur conjectura Johannis Walker, qui

(54.) Suavis autem est, et vehementer sæpe utilis jocus, et facetiæ: quæ, etiamsi alia omnia tradi arte possunt, naturæ sunt propria certe, neque ullam artem desiderant. In quibus tu [7] longe aliis, mea sententia, Cæsar, excellis: quo magis mihi etiam testis esse potes, aut nullam esse [8] artem salis, aut, si qua est, eam nos tu potissimum docebis. Ego vero, inquit Cæsar, omni de re [9] facetius puto posse ab homine non inurbano, quam de ipsis facetiis, disputari. Itaque cum quosdam Græcos inscriptos libros esse vidissem [10] de ridiculis, [11] nonnullam in spem veneram, posse me aliquid ex istis discere. inveni autem ridicula et salsa multa Græcorum: nam et Siculi in eo genere, et Rhodii, et Byzantii, et præter ceteros, Attici excellunt: sed qui ejus rei rationem quandam conati sunt artemque tradere, sic insulsi exstiterunt, ut nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas, rideatur. Quare mihi nullo videtur modo doctrinâ ista res posse tradi. Etenim cum duo genera sint facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve: illa a veteribus superior [12] cavillatio, hæc altera dicacitas nominata est. Leve nomen habet [13] utraque res: quippe leve enim

censet Ciceronem sic scripsisse, *contrariis commotionibus* INFIRMATA *sunt*. Nempe verbum *tollatur* satis nos docet, quid velit Cicero; sic etiam in Oratore: *Cumque animos in prima aggressione occupaverit*, INFIRMABIT *excludetque contraria*. Sed et has duas voces sæpe Cicero conjungit. lib. ii. de Nat. Deorum: Quæ vos, Academici, INFIRMATIS et TOLLITIS, lib. iv. Acad. Quæst. Hoc cum INFIRMAT TOLLITQUE *Philo*. Liv. lib. XXXIV. c. 3. in Catonis oratione; *ut unam* TOLLENDO legem, cæteras INFIRMETIS. Sed digna interim notatu est lectio, quam servant MSti Joan. Nov. Mead. Harl. duo, et Bal. *contrariis commotionibus* EFFERENDA *sunt*. Si VOX EFFERENDA significat *vincenda, superanda*, &c. omnino retineri debet. Videtur autem hoc significare in Tusc. Disp. lib. iv. c. 29. *Pearce*.

Ibid. *Contrariis commotionibus inferenda sunt*. Scil. ita inferenda, ut eæ tollantur. Vox *commotionibus* est hic Dativi casus. Sensus est: ea, quæ conciliationis caussa dicuntur, sunt inferenda commotioni, ad eam frangendam et tollendam, quæ velit, ut judex abalienetur ab eo, pro quo orator dicit; itemque ea, quæ permotionis caussa dicuntur, sunt ita abducenda ab oratore, ut judex benevolum sē præstet. Hoc sensu videtur hic altera res alteri *inferri*. *Pearce*.

Ibid. *Inferenda sunt*. Pearcius cum Walkero conjicit, *infirmanda*: quod valde placet. Vulgatum explicare non possum. In MS. E. in textu non sunt verba *in contrar. part.* —*sunt*, sed in margine alia manu scripta, ubi est *efferenda*. Mox *ut* repetunt in altero membro edd. Ald. Juntæ. *Ernest*.

7. *Longe aliis*. Supple comparativum quemdam, aut potius *præ* ante *τὸ aliis*. v. Sanctii Minerv. ibique Perizon. iv. 7. imprimis ad nr. 10. *Harl*.

8. *Nullam esse artem salis*. Quorsum igitur, inquiet aliquis, hic de jocandi ratione præcepta traduntur. Nodum hunc solvit Quintil. lib. 6. cap. 3. *Hoc quidquid est, ut non ausim dicere carere omnino arte; quia nonnullam observationem habet, suntque ad id pertinentia, et a Græcis et a Latinis composita præcepta: ita plane affirmo præcipue positum esse in natura et occasione. Proust*.

Ibid. *Artem* salis. *Sal* et *sales* dicuntur de utroque genere facetiarum, et eo quod est in singulis verbis, quæ dicteria dicuntur, et quod est fusum æquabiliter per totam orationem. *Ernest. in Clave*.

9. *Facetius posse*. Gruterus e MSS. laudat *facilius*, ut habet etiam Erl. et ed. Lips. Ipse probat, nec valde repugnem. Obstat *ipsis* in seqq. quod friget si *facilius* leg. Vulgatum int. elegantius. *Ernest*.

10. *De ridiculis*. Tradit Laërtius Theophrastum scripsisse librum *περὶ γελοίου, de ridiculo*. *Proust*.

11. *Nonnullam in sp.* Quomodo potuit aliquid sperare, qui ita, ut dixit, de ea re judicaret? Credo Ciceronem scripsisse *non ullam* i. sp. v. quæ forma et aliis locis in *nullam* aut *nonnullam* mutata est, ut dudum observatum a viris doctis. *Ernest*.

12. *Cavillatio*. Genus facetiarum in toto sermone fusum; Gr. *εἰρωνεία*, quali Socrates usus est, quod non fuit in singulis verbis aut dictis. *Ernest. in Clave*.

13. *Utraque res quippe*. Sic edd. pr. interpungunt, non post *res*. Sic et MS. E. Ald. et Junta utrinque. Vetus interpunctio servanda: aut *enim* delendum, vel in *etiam* mutandum. *Ernest*.

est totum hoc, risum movere. Verumtamen (ut dicis, Antoni) multum in causis persæpe lepore et facetiis profici vidi. Sed cum in illo genere perpetuæ festivitatis ars non desideretur: natura enim fingit homines et creat imitatores et narratores facetos, et vultu adjuvante, et voce, et ipso genere sermonis: tum vero in hoc altero dicacitatis, quid habet ars loci, cum ante illud [14] facetum dictum [15] [p] emissum hærere debeat, quam cogitari potuisse videatur? Quid enim hic [q] meus frater ab arte adjuvari potuit, cum [16] a Philippo interrogatus, quid latraret, *Furem se videre* respondit? Quid in omni oratione Crassus vel apud centumviros contra Scævolam, vel contra accusatorem Brutum, cum pro Cn. Planco diceret? Nam id, quod tu mihi tribuis, Antoni, Crasso est, omnium sententia, concedendum. Non enim fere quisquam reperietur, præter hunc, [17] in utroque genere leporis excellens, et illo, [18] quod in [19] perpetuitate sermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto est. Nam hæc perpetua contra Scævolam [r] Curiana defensio, tota redundavit hilaritate quadam et joco; dicta illa brevia non habuit. Parcebat enim adversarii dignitati: [20] in quo ipse servabat suam; quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum habere hominum rationem et temporum, et ea, quæ occurrant, cum salsissime dici possint, [21] [s] tenere. Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse [22] [t] interpretantur. Dicere enim aiunt Ennium; *flammam a sapiente facilius ore in ardente* [u] *opprimi, quam* [23] [x] *bona dicta teneat:* hæc scilicet bona dicta, quæ salsa sint. nam ea dicta appellantur proprio jam nomine.

[p] *ferire animos ante debeat.* [q] *Catulus.* [r] *oratio* Crassi, *in qua Curium defendit contra Scævolam.* [s] *tacere.* [t] verbis Ennii *explicant.* [u] *exstingui posse.* [x] *verba salsa et faceta supprimat.*

14. *Facetum dictum.* MSS. quidam et edd. Francicæ habent *facete*, ut et MS. E. quod est sane elegantius, et sic dicam ipse: sed mihi hæc correctio videtur. *Facetum dictum* dici potest, ut *bonum dictum*, infra, *brevia dicta* et similia ex antiquiori ratione Latinitatis. Supra similia in verbo *factum* habuimus. *Ernest.*

15. *Emissum hærere.* Ornate, metaphora ducta a sagitta. v. ad c. 53. Postea: *hic meus frater*, est præsens Q. Catulus. v. c. 3. *Harl.*

16. *A Philippo interrogatus quid latraret.* Depeculatorem Philippum fuisse Catulus notavit, et ærarii furem: solent autem canes noctu fures allatrare. Sic Cato privatorum furtorum fures dixit *in nervo* ætatem agere: fures publicos, id est depeculatores, *in auro atque purpura.* Cato etiam Uticensis apud Sallustium fures ærarii appellat. Aut certe furem et spoliatorem provincialium: non enim hic censeam alia Philippo furta objici. *Turnebus.*

17. *In utroque genere.* Quinctil. loco mem. sect. 42. (ubi v. Gesner.) *in narrando Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in faciendo.* Conf. Cicer. Orat. c. 26. *Harl.*

18. *Quod—quod.* Nihil interest, *quod* hic legas, an *qui.* Sed quia edd. primæ fere *quod* habent, ideo prætuli. W. tamen fluctuat, primum *qui*, deinde *quod* exhibens, ut MS. E. *Ernest.*

19. *Perpetuitate.* Perpetuitas *sermonis*, de oratione continua, quæ opponitur ei, quæ est in interrogando aut respondendo. *Ernest. in Clave.*

20. *In quo ipse.* Sic recte Pearcius edidit pro vulgato *ipso*, quod ab Ascensio et Aldo est. *Ipse* etiam MS. noster *Ernest.*

21. *Tenere*, h. e. retinere, continere; dein *ridiculi homines*, h. e. qui jocos facere solent.

22. *Interpret.* h. e. eloquuntur, verbis efferunt. *Harl.*

23. *Bona dicta*, sunt facetiæ, joci acuti, sales. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Quam bona dicta teneat.* Versus est trochaicus integer, et hemistichium. Itaque legi debet, *a sapienti*, ut versus constet. Citatur hæc Enniana sententia a Symmacho in epistolis: quamquam Socratica potius est: nam Socratis verbum illud refertur. Σωκράτης ἔλεγεν ὅτι ῥᾷον ἂν τις διάπυρον ἄνθρακα ἐπὶ τῆς γλώττης κατάσχοι, ἢ λόγον ἀπόῤῥητον, id est, *Socrates dicebat facilius homines ardentem carbonem in lingua retenturos, quam quod arcano com-*

(55.) Sed ut [y 24] in Scævolam continuit ea Crassus, atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, causam illam disputationemque lusit: sic in Bruto, quem oderat, et quem dignum contumelia judicabat, utroque genere pugnavit. Quam multa de balneis, quas [z] nuper ille vendiderat, quam multa de amisso patrimonio dixit? atque illa brevia, cum ille diceret, [25] *se sine causa sudare:* [26] *Minime mirum*, inquit, *modo enim*

y abstinuit ab illis dictis et acutis salibus tum, cum in Scævolam dixit, ususque est potius facetiis æquabiliter tota oratione sparsis, quibus gravissimam causam jocando confecit.
z Brutus qui Plancium accusabat.

missum sit. Os autem si ardeat, id est, in ore si sit flamma, qui nolit uri et lædi, os non occludat, sed quam maxime hians flammam expuat. Ennius autem bona dicta, bonas sententias intellexerat, quas sapiens tenere se non potest quin loquatur. At homines faceti idem de dicacibus usurpare solebant, et aliter versum interpretari. Ab eadem mente Ennius docta dicta appellavit: *Haud doctis dictis certantes, sed maledictis.* Et Catullus, xi. 15. *Pauca nunciate meæ puellæ non bona dicta*, cum scripsit, maledicta significavit. Sunt etiam alia significatione dicta, dicacitates, et verba salsa. Plautus, cap. iii. 1. 23. *Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus, Qui* (Gronov. *Quibus*) *solebam menstruales epulas adipiscier.* In quem sensum versum Ennianum faceti homines, ut dixi, accipiebant. *Turnebus.*

24. *In Scævolam.* Sic edd. pr. etiam MS. idem. quod non mutem in facilius *Scævola*, etsi MS. noster habet, cum Lambino et Pearcio. Sed eadem habent mox *conticuit*, ut MS. E. quod Aldus correxit in *continuit*, sequente Junta: idque melius est altero. *Ernest.*

25. *Se sine causa sudare.* Dixerat Brutus se nimis vehementer agere et sudare in impugnanda Plancii contra Crassum causa, quæ accusatione facile posset everti: respondit illi Crassus, Non miror te sudare, modo enim existi de balneis. Dicto scilicet notans balneas, de quarum possessione Brutus venditor et decoctor abierat. Solent porro qui e balneis exeunt, sudare et aqua diffluere: quod salse transtulit in Brutum Crassus. *Proust.*

26. *Minime mirum.* Int. te sudare, i. e. non sine causa sudas. nam, qui de balneis exeunt, sudant, cum sudore exeunt. Pearcius delevit *mirum*, tum quod in duobus MSS. non repererat, quibus consentit MS. Erl. tum quod rei non consentiret: quippe responsionem ad utrumque referri debere, et ad *sudare* et ad *sine causa*: sed hanc responsionem *minime enim*, tantum ad *sudare* referri posse: quod non est. Nempe miramur, quæ sine causa fiunt aut fieri videntur. Itaque sequi exemplum Pearcii non sum ausus. Si tamen vitium est in hac lectione, et simplex negatio requiritur, suspicer, Ciceronem scripsisse modo *mirum*, sc. quod dicis, te sine causa sudare, cum exieris de balneis, et *minime* esse glossam quæ in textum venerit. In istis libris scriptis autem non modo *mirum* omittitur, sed etiam *inquit*, quod abesse non potest. *Ernest.*

Ibid. *Minime* MIRUM, *inquit; modo enim existi de balneis.* Ni fallor, non modo non jocus, sed ne sensus in hac lectione inveniri potest. Brutus dixerat *se sine causa sudare:* respondit autem Crassus, non esse mirum illum sine causa sudare, modo enim exierat e balneis. Voces *minime mirum* non solum ad *sudare*, sed etiam ad *sine causa* referri debent, si vulgatæ lectioni hæreamus. Solebant ii qui e balneis exierunt, sudare, et aqua diffluere: vides, igitur, Lector, in hac vulgata lectione Crassum negare Brutum habere causam sudandi, et tamen causam, cur sudet Brutus, afferre. Quis ferre possit hæc tam secum pugnantia? MSti Joan. et Harl. I. omittunt voces *mirum* et *inquit:* unde statim sic locum emendavi. *Atque illa brevia, cum ille diceret, se sine causa sudare: Minime, inquit; modo enim existi de balneis.* Clara nunc exhibetur sententia. Brutus dixerat se sine causa sudare, id est, in impugnanda Plancii contra Crassum causa nimis vehementer agere, cum sine sudore accusari Plancius, et vinci Crassus potuerit. *Minime,* inquit Crassus, non sudas sine causa: *modo enim existi,* &c. Jocus est in ancipiti significatione verbi *existi*, quod significat, et vendere balnea, et e balneis lotum egredi. Voces *minime* et *mirum* adeo simili literarum ductu scribuntur, ut festinantes Librarii facile possint errare. *Pearce.*

Ibid. *Minime* mirum, *inquit; modo enim existi de balneis.* Forsan sensus, servata lectione vulgata, aptior erit loquendi ac salsi dicti sive celeris dicacitatis rationi, quæ etiam versatur in βραχυλογίᾳ, nempe posita post *minime* interpunctione, hoc forsitan modo: *minime!* h. e. non sine causa sudas;— *mirum,* i. e. mirum est sive miror, quod dicis, te sine causa sudare; modo enim existi de balneis, cessisti balneis venditis: et *miramur,* quæ sine causa fiunt aut fieri videntur: necessario ergo retinendum videtur *mirum.* Vicinitas potius v. *minime* et *mirum*, neglec-

existi de balneis. Innumerabilia hujuscemodi fuerunt, [a] sed non minus [27] jucunda illa perpetua. [28] Cum enim Brutus duos lectores [b] excitasset, et alteri [29] de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, alteri de lege [30] Servilia, et cum contraria inter sese de republica capita [c] contulisset; noster hic [d] facetissime [31] tres patris Bruti de jure civili libellos tribus legendos dedit. Ex libro primo, FORTE EVENIT, UT IN [32] PRIVERNATI [33] ESSEMUS. [e] *Brute,*

[a] *in L. Crasso perpetuitas faceti sermonis non minus jucunda fuit, quam illius brevia quædam et acute dicta.* [b] *surgere jussisset.* [c] *alterum alteri apposuisset.* [d] *L. Crassus.* [e] tum subjecit Crassus.

tis ab librariis interpunctionis signis, et compendium scribendi decepit quemdam, ut *mirum* negligeret. Add. Wetzel. *Harl.*

27. *Jucunda illa.* Sic MSS. edd. pr. Vulg. *ista juc.* Transpositio temere facta in Aldina, et repetita in Junt. in vulgatos venit. *Ernest.*

28. *Cum enim Brutus.* Ipse sibi interpres erit Tullius: in oratione pro A. Cluentio rem totam paulo fusius exponit n. 140. *L. Crassi auctoritatem sequor, qui cum Cn. Plancium defenderet, accusante M. Bruto, homine in dicendo vehementi et callido, cum Brutus duobus recitatoribus constitutis, ex duabus ejus orationibus capita alterna inter se contraria recitanda curasset, quod in dissuasione rogationis ejus, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur, quantum potest, de auctoritate senatus detrahit: in suasione legis Serviliæ, summis ornat senatum laudibus: et multa in equites Rom. cum ex ea oratione asperius dicta recitasset, quo animi illorum judicum in Crassum incenderentur: aliquantum commotus esse dicitur.* Quid deinde fecerit Crassus, a Quintiliano brevius narratur, lib. vi. cap. 3. *Tres excitavit et ipse lectores, hisque patris ejus dialogos dedit legendos: quorum cum in Privernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermonem habitum complecteretur, requirebat ubi essent eæ possessiones. Omnes enim illas Brutus vendiderat, et cum paterna manciparet prædia, turpis habebatur. Proust.*

Ibid. *Quum enim Brutus—excit.* Totum hunc longum locum late explicat Turnebus l. cit. p. 3. sqq. Incipit autem: "Senatus fere alienior erat a deductione populi in colonias, et agrorum adsignatione, quod ea res vectigalia minueret. Lex tamen de colonia Narbonensi, suasore Crasso, accepta et perlata est, COSS.que Porcio et Martio deducta colonia est etc." Cf. Quinctil. vi. 3. 44. *Harl.*

29. *De colonia Narbonensi.* In provincia Narbonensi celebris est civitas Narbo Martius, *Narbone,* ubi colonia pop. Rom. fuit. Cum legem, quæ adversus illam coloniam ferebatur, dissuaderet Crassus, multis senatum, ejus legis auctorem, exagitavit. Rursus cum idem Crassus diceret pro Servilia lege, quâ judicia ab equitibus ad senatum transferebantur, summis in cœlum laudibus senatum extollebat. *Proust.*

30. *Servilia (lex).* *Q. Servilii Cæpionis,* judiciaria: quam suasit populo Crassus. Brut. 43. 86. Invent. I. 49. de Orat. II. 55. pro Cluent. 15. lata ab eo in consulatu A. U. DCXLVII. Sanxit enim, ut judicia, quæ XVII. annis ante, lege Sempronia, a Senatu ad equites translata essent, utrique ordini communia essent. Sed eam legem aut non perlatam, aut paullo post abrogatam fuisse, ex Sigonii sententia, inde intelligitur, quod paullo post idem tulit M. Livius Drusus; et quidem incassum: sed certiori argumento decidi ea res potest. C. Servilius Glaucia dicitur ap. Cic. in Bruto, certo consulatum, anno post præturam, quod lege rogaverat trib. pl. Saturninus A. U. DCLIII. consecuturus fuisse, nisi interfectus esset, quod equestrem ordinem beneficio legis obstrinxisset. Qua autem alia potuit, nisi *judiciaria?* Nam alters, *de repetundis,* nihil ad commoda equitum, qui hoc genere legum non tenebantur. Itaque certissimum puto, Serviliam Cæpionis, Servilia Glauciæ abrogatam esse, et, quæ communicata cum Senatu judicia erant, ea solis equitibus restituta eo ipso anno, quo illam alteram de *repetundis* tulit, qui est decimus annus a *Servilia* Cæpionis. Huc pertinet illud, quod in reliquis Or. pro Scauro commemoratur, causam Cæpionis e *Servilia* lege accusati de repetundis, ad equites actam et judicatam esse. *Ernest. in Clave.*

31. *Tres——libellos.* De tribus his libris mentionem facit Caius jurisconsultus in Pandectis de Origine Juris. *Strebæus.* Ille Brutus jurisperitus tres habuerat fundos, quos filius vendidit, ideoque *gurges,* h. e. helluo, (ab aquarum gurgitibus,) audiebat. v. Cic. orat. pro Cluentio c. cit. 51. Heusinger. in præf. ad Cic. de Offic. p. lvi. differentiam inter sermonem germanic., qui postularet *habuisset,* et *ἀκρίβειαν* sermonis lat. bene ostendit. Tum enim, ait, quum quartum librum Bruti pater componere potuisset, filium puberem non *habuerat* solum, nec *habuit,* sed *habebat. Harl.*

32. *In Privernati.* In villa ad Privernum Latii urbem, quæ nunc appellatur *Piperno. Proust.*

33. *Essemus.* N. ego et Brutus filius. *Harl.*

testificatur pater, se tibi Privernatem fundum reliquisse. Deinde ex libro secundo, IN [34] ALBANO ERAMUS EGO, ET MARCUS FILIUS. [f] *Sapiens videlicet homo cum primis nostræ civitatis, norat hunc gurgitem; metuebat, ne, cum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur.* Tum ex libro tertio, [g] in quo finem scribendi fecit (tot enim, ut audivi Scævolam dicere, sunt veri Bruti libri) IN [35] TIBURTI FORTE ASSEDIMUS EGO, ET MARCUS FILIUS. *Ubi sunt ii fundi, Brute, quos tibi pater* [h] *publicis commentariis consignatos reliquit?* [36] *Quod nisi puberem te,* inquit, *jam haberet, quartum librum composuisset, et se etiam in balneis lotum cum filio, scriptum reliquisset.* Quis est igitur, qui non fateatur, hoc lepore, atque his facetiis non minus refutatum esse Brutum, [i] quam illis tragœdiis, quas egit idem, cum casu in eadem causa [37] funere efferretur anus [38] Junia. Pro dii immortales, quæ fuit illa, quanta vis? quam inexspectata? quam repentina? cum, conjectis oculis, [39] gestu omni imminenti, summa gravitate et celeritate verborum, *Brute, quid sedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus,* [40] *quorum imagines*

[f] *inter primos cives sapientissimus cognoscebat hunc decoctorem.* [g] *præter quem Bruti pater alium librum scripsit nullum.* [h] *commemoratos in suis libris publice editis.* [i] *quam illa dictione concitata et pene tragica, qua Crassus idem usus est in eadem causa* pro Plancio adversus Brutum, *cum* dicente Crasso per medium forum *efferretur ad rogum anus Junia* Bruti propinqua.

34. *In Albano.* Villa ad Albam longam Latii urbem, quæ, si Leandro credimus, nunc dicitur *Savello. Proust.*

35. *In Tiburti.* Alia item villa ad Tibur, quæ urbs in Latio vocatur hodie *Tivoli. Proust.*

36. *Quod nisi puberem.* Si scripsisset librum quartum antequam tu pervenisses ad pubertatem, ac tecum, utpote impubere, lavasset, in balneis, in eo libro meminisset etiam de balneis, quas tu, ut fundos ab eo tibi relictos, vendidisti. *Proust.*

Ibid. *Puberem.* Patri cum filio pubere in balneis lavari non licebat, nec socero cum genero. Cicero de Off. i. 35. *Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur. Turnebus.*

37. *Funere efferretur.* Vulgg. *cum funere.* Secuti sumus cum Pearcio libros veteres. W. habet *cum funere ferretur.* Repetitum *cum* e præcedentibus. MS. E. habet tantum: *i. e. causa ferretur. Ernest.*

38. *Junia.* Popilia omnium prima Romæ in funere laudationem meruit, cum ante honoratis tantum viris ea tribueretur. Ac Ciceroni displicet, lib. ii. de Legibus, cap. 24. laudatio mulierum, cum legem tantum de viris hanc sanciat: *Honoratorum,* inquit, *virorum laudes in concione memorantor.* Quamquam Plutarchus jam inde usque a Camilli ætate honestis matronis eam fuisse dicit tributam ob collatum ornamentorum suorum aurum in Apollinis crateram: cum Livius tamen scribat, tantum eis concessum, ut sacrorum et ludorum causa pilentis carpentisque uterentur. Paulo post Popiliam, idem honos est tributus Juniæ, quæ ex Brutorum erat familia. Ducebantur autem in forum funera laudationis causa: quod quomodo fieret, ex Polybio subjicere placet: Ὅταν γὰρ μεταλλάξῃ τις παρ' αὐτοῖς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, &c. Id est: "Cum "apud eos illustris vir aliquis ex hac mi- "gravit vita, in funere cum reliquo ornatu "in forum fertur ad rostra quæ vocantur, "interdum stans ante omnium oculos, raro "recubans. Circumfusa autem populi co- "rona, in rostra ascendit filius, si quem "puberem reliquerit, qui forte adsit: sin "minus, propinquus aliquis et de mortui "virtutibus dicit, rebusque quas is prospere "gesserit. Eo deinde sepulto, justisque "factis, mortui imaginem in illustrissimo "domus loco ponunt in cellula lignea con- "ditam. Imago autem persona est ad si- "militudinem egregie expressa, et forma et "lineamentis. Has imagines et in publicis "feriis aperiunt, ornantque magnifice: et "cum ex familia clarus aliquis moritur, in "funus producunt." *Turnebus.*

39. Gestu omni *imminenti:* sc. in eum, contra quem dicebat. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Imminenti.* N. in eum, contra quem dicebat, h. e. vehementi, acri, expresso; ut videretur in adversarium Brutum incitatus ferri. *Harl.*

40. *Quorum imagines duci vides. Apud majores in atriis hæ* imagines *erant quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec æra et marmora: expressi cera vultus*

duci vides? quid majoribus tuis? quid L. Bruto, qui hunc populum dominatu regio liberavit? quid te facere? cui rei, cui gloriæ, cui virtuti studere? patrimonione augendo? [41] [k] *at id non est nobilitatis;* [l] *sed fac esse,* [m] *nihil superest; libidines totum dissipaverunt. an juri civili?* [n] *est paternum. sed* [o] *dicet, te, cum ædes venderes,* [42] *ne in rutis quidem, et cæsis* [43] *solium tibi paternum recepisse. an rei militari? qui numquam castra videris? an eloquentiæ? quæ nulla est in te: et,* [p] *quidquid est vocis ac linguæ, omne in istum*

[k] *non debet esse hoc studium viri nobilis.* [l] *esto:* id facere liceat viro nobili. [m] ex tuo patrimonio. [n] *hoc patris studium fuit.* Patrem in eo recte quidem tibi proponeres imitandum. [o] *testabitur* illa anus manibus tui parentis, te adeo imperitum esse juris civilis, *ut cum ædes venderes, non retinueris tibi, ut sit, ruta cæsa, imo ne cathedram quidem illam patris, in qua domi de jure solebat respondere.* [p] *uteris lingua et voce ad homines accusandos, interdum per calumniam et falso crimine, ut quæstum facias ex eorum bonis, qui damnati judicio fuerint.*

singulis disponebantur armariis, ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus. Plinius, lib. xxxv. cap. 2. *Proust.*

41. *At id non est nobilitatis.* Non Romanis modo, verum etiam Græcis visum est ignobile faciendi quæstus studium. Scribit Aristoteles Politicorum, lib. iii. cap. 5. apud Thebanos lege cautum fuisse, ne quis ad honores reip. promoveretur, nisi decem annos a mercatura destitisset. Consule, si vacat, eundem Aristotelem, lib. i. cap. II. Cicero, lib. i. Officior. n. 150. *Illiberales,* inquit, *sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis.* Et paulo post, *Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est; sin magna et copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda.* Hoc mercaturæ genus salvo dignitatis jure nonnullos equites Romanos exercuisse patet ex ultima Verriana n. 160. *Clamabat ille miser se civem esse Romanum, municipem Cosanum, meruisse se cum L. Pretio, splendidissimo equite Romano, qui Panormi negotiaretur, ex quo hæc Verres scire posset. Proust.*

Ibid. *Id non est nobilitatis.* N. patrimonium augere. Senatoribus enim, non autem equitibus, qui in provinciis negotia habere tantum poterant, quæstus visus fuerat indecorus. *Harl.*

42. *Ne in rutis quidem et cæsis.* Per ruta cæsa intelligitur supellex, quæ sine aliqua demolitione domus auferri potest. Et ruta quidem quæ eruta sunt, ut arena, creta, et similia: ea quæ cæsa, ut arbores cæsas, et his similia esse vult Ulpianus. Rutis cæsis opponuntur fixa junctaque, vel infixa inædificataque, de quibus plura jurisconsulti. *Proust.*

Ibid. *In rutis quidem et cæsis.* In rutis et cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili tectoriove non continentur: talia sunt in ædibus lecticæ, armaria, scrinia, et ea, quæ sine ulla demolitione domus auferre possis: hæc enim neque terra tenentur, neque struunt ædificium, neque tegunt et incrustant domum. *Recipere ruta cæsa* dicuntur ii, qui, quum ædes fundumve abalienant, excipiunt supellectilem, instrumenta, cæsas arbores, eruta saxa vel metalla. Cicero in Topic. c. 26. *Fecique, quod sæpe liberales venditores solent, ut quum ædes fundumve vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi causa apte et suo loco positum esse videatur. Strebæus.* De voce *solium* vid. cap. 33. *Pearce.*

43. *Solium,* est sella excavata et propterea commodior, qua patres familias omnes utebantur ut fœminæ in conviviis. Inprimis autem JCti solebant, cum domi de jure respondebant, in solio sedere. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Solium tibi paternum.* In excipiendis rutis et cæsis, quæ in mancipatione prædiorum excipi solent, non retinuisse sellam patris, in qua ille jus respondere solebat. Hic enim *recipere* est excipere. Cicero, lib. i. de Legibus, cap. 3. *Præsertim cum non recusarem quominus more patrio sedens in solio consulentibus responderem.* Ita qui solium vendiderit, jus non respondebit. *Turnebus.*

Ibid. *Solium.* In quo JCti sedentes de jure respondebant. Abhorret igitur a jure civili, qui vendiderit solium patris, in quo sedens, si Jurisconsultus esset, de jure respondere deberet: nec tantam juris scientiæ, quæ in patre magna fuit, videtur dedisse operam, ut sibi cavere et patrium solium reservare potuisset. Strebæus *solium* bene accipit sellam, cathedram, quam lubenter recipiat filius in memoriam patris: atque utraque interpretatio conjungi potest. Eidem Strebæo in altera lectione, *solum,* idem ac solium sive sedile dictum esse videtur: *solium* tamen clare legitur in cod. Erl. *Harl.*

turpissimum [44] *calumniæ quæstum contulisti? Tu lucem aspicere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in urbe, tu in civium esse conspectu? tu illam mortuam, tu imagines ipsas non perhorrescis? quibus non modo imitandis, sed ne collocandis quidem tibi ullum locum reliquisti.*

(56.) Sed hæc tragica atque divina: faceta autem et urbana innumerabilia [45] ex una contentione meministis. nec [q] enim [46] concio major umquam fuit, nec apud populum gravior oratio, quam [47] [r] hujus contra collegam in censura nuper, neque lepore et festivitate [s] conditior.

Quare tibi, Antoni, utrumque assentior, et multum facetias in dicendo prodesse sæpe, et eas arte nullo modo posse tradi. [48] Illud quidem admiror, te nobis in eo genere tribuisse tantum, et non hujus rei quoque palmam, ut ceterarum, Crasso detulisse. Tum Antonius, Ego vero ita fecissem, inquit, nisi interdum in hoc Crasso paullum inviderem. nam esse [t] quamvis facetum atque salsum, non nimis est per se ipsum invidendum: sed, cum omnium sis venustissimus et urbanissimus, omnium gravissimum et severissimum et esse, et videri, quod [u] isti contigit uni, id mihi vix ferendum videbatur. Hic cum arrisisset ipse Crassus, Attamen, inquit Antonius, cum artem esse facetiarum, Juli, negares, aperuisti quiddam, quod præ-

[q] *nunquam fuit major populi conventus.* [r] *Crassi contra collegam* Domitium, cui nimiam domus magnificentiam objiciebat. [s] *plenior.* [t] *quantumlibet festivum ac lepidum.* [u] Crasso.

44. *Calumniæ quæstum.* Qui huic studio serviebant, dicebantur quadruplatores, quod ex damnatorum, quos detulerant, bonis, quarta pars ipsis cederet; infame omnino et odiosum hominum genus. *Proust.*

45. *Ex una contentione.* Sic cum Pearcio rescripsi pro *concione*, nec enim illa *concio* fuit, sed *oratio*, ut post appellatur, in judicio. Vitium ortum est ex eo, quod mox sequitur verbum *concionis*, sive ex compendio scribendi. Contentio est, quæ alias dicitur altercatio. *Contentione* præter MSS. Pearcii habet etiam MS. E. et ed. W. Ac vereor ne etiam mox Cicero *contentio* scripserit. Est enim tautologia, si *concio* verum est: quod nihil differt ab *oratione apud populum. Ernest.*

Ibid. *Ex una contentione.* Schütz. qui recepit *ex una contentione*, primum notat, ab Heusingero illam lectionem judicari pessimam: tum Ernestum, censet, falso sibi persuasisse, h. l. de oratione in judicio agi. Etenim, ait, Crassus hanc orationem, censura nondum deposita, habuit, quem magistratum dum gerebat, nemo eum poterat in judicium vocare etc. Orationem Crassus habuit contra collegam, quæ vero non erat perpetua, sed crebris altercationibus interrupta. *Harl.*

46. *Concio.* Conventus populi, multis propter auctoritatem virorum confluentibus. *Ad populum oratio* autem forsitan opposita est orationi ad senatum aut in senatu, ubi graves quoque interdum fuerant orationes atque altercationes: tum *major concio* a *graviore oratione* differre mihi quidem h. l. videtur. *Harl.*

47. *Hujus contra collegam.* Crassi contra Domitium, in nobili censura, de qua ap. Ciceronem et alios sæpe commemoratur. *Ernest.*

Ibid. *Contra collegam.* Vide notas ad c. 11. hujusce libri. *Proust.*

Ibid. *Cn. Domitius.* Ænob. Cn. f. (v. inscr. antiqu. ap. Murator. ad a. 657.) Cn. n. Agr. ii. 7. in tribunatu de sacerdotiis tulit. Corn. I. Cæcil. 20. M. Silvanum vexat. Consul cum Cassio Longino A. U. DCLVII. Censor cum L. Crasso oratore fuit: dissensio inter ipsos. Pontifex Max. a Trib. pl. M. Scauro accusatur. De contentionibus Domitii et Crassi censorum, locos auctorum collegit Sigonius in fastis ad A. U. DCLXI. est etiam locus memorabilis apud Plin. H. N. XVII. I. de ipso v. Sueton. Ner. 2. et ibi interpretes. *Ernest. in Clave.*

48. *Illud quidem.* Delevimus *et* cum Pearcio, auctoribus MS. E. edd. W. et aliis. Contra mox male idem pro *quamvis* recepit *quemvis* ex edd. quibusdam; quod h. l. sensum nullum habet. Ed. W. habet *quamvis*, item MS. E. i. quantumvis Nec magis bene pro *sis* dedit *sit:* loquitur enim de genere, ut ante. Ceterum *sit* est jam in quibusdam edd. et scr. etiam Erl. *Ernest.*

cipiendum videretur. Haberi enim dixisti rationem oportere hominum, rei, temporis, ne quid jocus de gravitate decerperet; quod quidem in primis a Crasso observari solet. [x] Sed hoc præceptum prætermittendum est facetiarum, cum his nihil opus sit. nos autem quomodo utamur, cum opus sit, quærimus: ut [y] in adversarium, [49] et maxime, si ejus stultitia poterit agitari, in testem stultum, [50] cupidum, levem, [z] si facile homines audituri videbuntur. Omnino probabiliora sunt, quæ lacessiti dicimus, quam quæ [51] priores. nam et ingenii celeritas major est, quæ apparet in respondendo, et [52] [a] humanitatis est responsio. Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti; ut in ista ipsa concione nihil fere dictum est ab hoc, quod quidem facetius dictum videretur, quod non provocatus responderit. Erat autem tanta gravitas in Domitio, tanta auctoritas, ut, quod esset ab eo objectum, [b] lepore magis elevandum, quam contentione frangendum videretur.

(57.) Tum Sulpicius, Quid igitur? inquit, patiemur, Cæsarem, qui quamquam Crasso facetias concedit, tamen multo in eo studio magis ipse [53] elaborat, non explicare nobis totum genus hoc jocandi, quale sit, et unde ducatur; præsertim cum tantam vim et utilitatem salis et urbanitatis [54] esse fateatur? Quid si, inquit Julius, assentior Antonio dicenti, nullam esse artem salis? Hic cum Sulpicius reticuisset, Quasi vero, inquit Crassus, horum ipsorum, de quibus Antonius [55] jamdiu loquitur, ars ulla sit. observatio quædam est, ut

[x] *hoc* in adhibendis jocis *præceptum* habendæ rationis hominum, rei, temporis, *prætermittendum est, cum qui hic adsunt oratores, eo minime indigeant*, servandi decori jam peritissimi. [y] opus est interdum uti facetiis. [z] *si bonam in partem accipiendæ sint ab auditoribus.* [a] *respondere* cum fueris provocatus, *est ingenii minime mali.* [b] *urbanitate refellendum potius quam rationibus.*

49. *Et maxime.* Non placet *et*, quod in hac forma non solet addi. Sic mox c. 58. *admirantur omnes acumen—maxime respondentis. Ernest.*

50. *Cupidum. Hitzig, voreilig.— levem*, h. e. haud gravem aut in oppositione dignitatis.—Mox *probabiliora sunt*, h. e. probari, approbari solent auditoribus. *Harl.*

51. *Priores*, h. e. lacessentes. *Harl.*

52. *Humanitatis est responsio.* Vel acriorem quamdam responsionem alteri ignoscimus: nam in humanitate, humanâ naturâ, positum est, ut offensionibus facile irritemur: contra impetus prodit odium, quod sensum humanum commovet. v. Wetzel. *Harl.*

53. *Elaborat.* MS. Erl. Ed. W. *laborat.* Crediderim Ciceronem scripsisse *elaboravit.* Mox dedimus *explicare nobis totum* e MSS. pluribus, etiam Erl. et edd. pr. Sed etiam *tamen* est alieno loco, videturque Cicero dedisse, *et multo—elaborat*, vel *elaboravit, tamen n. e.* &c. *Ernest.*

Ibid. *Tamen multo—ipse elaborat.* Ernesti conj. *elaboravit.* Non male, inquit Schütz.; sed tamen censet, in præsenti *elaborat* contineri etiam præteritum. Præter ea, quando Ernesti putarat, *tamen* esse alieno loco, et videri Ciceronem dedisse, *et multo——elaborat* vel *elaboravit, tamen* non *expl.* etc. Wetzel. jure dissensit, et ostendit, sensum esse clarum: Cæsar concedit quidem Crasso facetias; tamen multo in eo studio magis ipse elaborat, majore arte id exercet; hinc etiam illud s. illam jocandi artem melius docere potest, quam Crassus, qui illam naturæ potius quam studio debeat. Nec Schützius probat Ernesti opinionem, et "constructio," ait, "integra et plena hæc est: *patiemur, Cæsarem non explicare nobis—qui quamquam—tamen in eo studio magis ipse* (quam Crassus) *elaborat.*" *Harl.*

54. *Esse fateatur.* Pro *fateamur* dedimus cum Pearcio. Qui nobis *fateamur* dedere, retulere ad *patiemur*, non recte. *Fateatur* MSS. tres Pearc. et Erl. *Ernest.*

55. *Jamdiu loquitur.* Pro vulgato *tamdiu*, e MS. ap. Grut. et Erl. *tamdiu* foret reprehendentis, *jamdiu* honeste dicitur. Mox *facere posset*, pro *f. possit* ex edd. pr. præter W. et analogia id desiderat. item *non vel*, ex iisdem pro *vel non. Ernest.*

ipse dixit, earum rerum, quæ in dicendo valent: [c] quæ si eloquentes facere posset, quis esset non eloquens? [56] Quis enim hæc non vel facile, vel certe aliquo modo posset ediscere? Sed ego in his præceptis hanc vim et hanc utilitatem esse arbitror, non ut ad reperiendum, quid dicamus, arte ducamur, sed ut ea, quæ natura, quæ studio, quæ exercitatione consequimur, aut recta esse confidamus, aut parva intelligamus, cum, [d] quo referenda sint, didicerimus. Quare, Cæsar, ego quoque a te hoc peto, ut, si tibi videtur, disputes de hoc toto jocandi genere, quid sentias, ne qua forte dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone prætermissa esse videatur. Ego vero, inquit ille, quoniam [57] collectam a conviva, Crasse, exigis, non committam, ut, [e] si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. quamquam soleo sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in [f] scena gestum, spectante Roscio. quis enim [g] sese commovere potest, cujus ille vitia non videat? Sic ego nunc, Crasso audiente, primum loquar de facetiis, et docebo [58] [h] sus (ut aiunt) oratorem eum, quem cum Catulus nuper audisset, [59] [i] *fœnum alios* aiebat *esse oportere*. Tum ille, Jocabatur, inquit, Catulus, præsertim cum ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse videatur. verum te, Cæsar, audiamus, [k] ut ad Antonii reliqua redeamus. Et Antonius, Perpauca quidem mihi restant, inquit: sed tamen defessus jam labore atque itinere disputationis, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diversorio.

(58.) Atqui, inquit Julius, non nimis liberale hospitium meum

[c] *si satis esset* observatio ista *ad eloquentiam comparandam.* [d] *quo in loco adhibenda sint.* [e] *si recusem collectam solvere.* [f] *in theatro.* [g] *gestum vel minimum agere.* [h] *imperitus hominem peritissimum* Crassum. [i] *fœno pasci alios oratores,* nullo in numero habendos. [k] *ut reliqua quæ supersunt Antonio dicenda, ex ipso deinde audiamus.*

56. *Q. e. hæc non vel facile.* Si, inquit Crassus, ista præcepta rhetorica possent facere homines eloquentes, quis non esset eloquens? Deinde hanc rationem adfert: quia omnes possunt ista præcepta vel sine labore, vel certe adhibito labore ediscere. *Pearce.*

57. *Collectam a conviva. Collecta* exprimit Græcum ἔρανος. Itaque non opus conjicere *convivis,* quod proprie collecta sit a pluribus. Nam ἔρανος a singulis petitur. *Ernest.*

Ibid. *Collectam a conviva.* Facete ludit homo: quemadmodum ii, qui convivas non accipiunt gratis, exigunt ab iis collectam; sic tu, ne me gratis habeas convivam, exigis pro collecta disputationem: nec ego hoc admittam vitium, ut, si defugerim, sicut illi fugiunt, qui nihil in cœnam conferre volunt, tibi aliquam causam dem recusandi illam, quam exigam postea, collectam. v. Streb. *Harl.*

Ibid. *Collectam.* Græci συμβολὴν appellant, id quod confertur in cœnam a convivis; quo verbo Plautus utitur cum scribit jocans: *Paratæ sunt scapulis meis symbolæ.* Sic collativum prandium dicunt Latini, quod Græci ἔρανον: et *collativum ventrem* eleganti translatione dixit Plautus. Vocant etiam Græci ἔρανον et συμβολὴν, pecuniam quæ exigitur a convivis. Proinde in Terentio, Andr. I. 1. 61. *Quid Pamphilus? cœnavit, symbolam dedit,* legendum censeo, non ut vulgo, *symbolum.* Collectrix etiam apud Plautum est, quæ religionis causa stipem colligit: *Præcantrici, collectrici, ariolæ, atque haruspicæ. Turnebus.*

58. *Et docebo sus—orat.* Notum est proverbium: *Sus Minervam,* scil. docet: conf. Cic. Acad. 1. 4. extr. de iis scil. qui docent alterum, cujus ipsi inscii sunt. Cicero apte morateque dat adagium Cæsari, qui illorum et apophthegmatum et ridiculorum fuit studiosus. *Harl.*

59. *Fœnum.* Significavit alios videri Crasso comparatos pecudes esse, proinde fœno pascendos: Crassum autem divinum plane hominem, ut ambrosia pascendus sit, qui cibus est deorum. *Turnebus.*

dices. nam te in viam, [l] simulac perpaullulum [60] gustaris, [61] extrudam et ejiciam.

Ac, ne diutius vos demorer, de omni isto genere, quid sentiam, perbreviter exponam. De risu quinque sunt, quæ quærantur; unum, quid sit: alterum, unde sit: tertium, sitne oratoris, velle risum movere: quartum, quatenus: quintum, quæ sint genera ridiculi. Atque illud primum, quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quomodo exsistat, atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere, nequeamus, et quomodo simul latera, os, venas, vultum, oculos occupet, [62] viderit Democritus. neque enim ad hunc sermonem hoc pertinet: et, si pertineret, nescire me tamen id non puderet, quod ne ipsi quidem illi scirent, qui [m] pollicerentur. Locus autem, et [63] regio quasi ridiculi (nam [n] id proxime quæritur) turpitudine et deformitate quadam [64] continetur. hæc enim ridentur vel sola, vel maxime, quæ [65] notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. Est autem, ut ad illud tertium veniam, est plane oratoris movere risum; vel quod ipsa hilaritas benevolentiam conciliat ei, per quem excitata est: vel quod admirantur omnes acumen, uno sæpe in verbo positum, maxime respondentis, nonnunquam

[l] *ubi paullulum cibi sumpseris.* [m] se explicaturos. [n] *est hæc altera de risu quæstio.*

60. *Gustaris.* Gustus cum alia significat, tum interdum id quod venditores gustandi et explorandi causa dant emptoribus vini, quod γεῦμα dicitur a Græcis: ut cum quid ostenditur, specimen a Latinis, a Græcis δεῖγμα vocatur: a quo per translationem dixit Seneca, *Dedit enim nobis gustum, ad quem respondebit.* A qua etiam translatione illud Ciceronis profectum est, *et degustabit genus exercitationum mearum.* Significat enim Paradoxa gustum Bruto fore earum exercitationum quibus uti solet. Est et gustus interdum primus prandii missus. Martialis, xi. 32. 4. *Gustu protinus has edes in ipso, Has prima feret, alterave cœna.* Sed et gustare multo minus est, quam vel jentare, vel prandere; quo sane hic modo intelligendum est. *Turnebus.*

61. *Extrudam.* Metaphora sumta ab hospite illiberali, aut duriore stabulario, qui viatores, cibo vix sumto, continuo ejicit, et est continuata metaphora, quam Antonius ab *defessus labore atque itinere* (itineris labore) et *deversorio* inceperat. *Harl.*

62. *Viderit Democritus.* Lepide dat hoc negotii Democrito, quia semper risisse traditur. *Ernest.*

Ibid. *Democritus.* Quia diligentissimus fuit naturæ scrutator. *Harl.*

63. *Regio quasi ridiculi.* Non necessario *quasi* suo verbo præponitur. Interdum distrahitur ab eo, ut c. 83. *quasi oratori scena.* c. 84. *quasi a pr. a nostris secreveram.* Ergo et postponi potest. Or. III. 16. *hinc discidium illud extitit quasi linguæ atque cordis:* nam *quasi* pertinet ad *discidium.* Non ergo necesse est, cum Pearcio corrigere *quasi regio.* Est tamen sic in MS. E. *Ernest.*

Ibid. *Regio quasi ridiculi.* Aristoteles Poët. cap. 5. Τὸ γὰρ γελοῖον, ἐστὶν ἁμάρτημά τι καὶ αἰσχος ἀνώδυνον, καὶ οὐ φθαρτικόν· οἷον, εὐθὺς τὸ γελοῖον πρόσωπον αἰσχρόν τι καὶ διεστραμμένον ἄνευ ὀδύνης.

64. *Continetur.* Quinctil. iii. 6. 8. "Habet, " ut Cicero dicit," sedem in deformitate aliqua et turpitudine: quæ quum in aliis demonstrantur, urbanitas; quum in ipsum dicentem recidunt, stultitia vocatur." Neque vero *omne ridiculum* continetur turpitudine et deformitate quadam; et risus, derisus, ridiculum et irrisione dignum probe discernenda sunt. Ridiculum enim esse quoque potest, quod personæ, tempori, moribus, ætati aptum non est; neque tamen turpe, licet sit deforme. In comœdiis et satiris multa ridicula sunt et dicuntur, quæ longe absunt a turpitudine: cujus quidem molliorem significatum haud ignoro; tunc vero idem esset ac deformitas. Vulcanus Homeri est ridiculus et risum movit deorum; habet quidem deformitatem; sed non est turpis. Atque sic multo lenius fient et fiunt aut dicuntur ridicula. *Harl.*

65. *Notant et designant.* Guelf. A. *notant vel designant.* Mox *turpitud. aliquam non turpiter,* h. e. aliquid turpe, sed non turpi modo; lepide, facete, liberaliter, cum quadam venustate notant turpitudinem quamdam et ridentur acute dicta. *Harl.*

etiam lacessentis; vel quod [66] frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat: vel quod ipsum oratorem, politum esse hominem significat, quod eruditum, quod urbanum, maximeque quod tristitiam ac severitatem mitigat, et relaxat, [67] odiosasque res sæpe, quas argumentis dilui non facile est, joco risuque dissolvit. [o] Quatenus autem sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est, id quod in quarto loco [p] quærendi posueramus. nam nec insignis improbitas, et scelere juncta, nec rursus miseria insignis [68] agitata ridetur. facinorosos majore quadam vi, quam ridiculi, vulnerari volunt: miseros illudi nolunt, nisi si se forte jactant. [69] [q] Parcendum est autem maxime caritati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. Hæc igitur adhibenda est primum in jocando moderatio.

(59.) Itaque ea facillime luduntur, quæ neque odio magno, neque misericordia maxima digna sunt. Quamobrem materies omnis ridiculorum est in istis vitiis, quæ sunt in vita hominum neque carorum, neque calamitosorum, neque eorum, qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur; eaque belle agitata ridentur. Est etiam deformitatis, et corporis vitiorum satis bella materies ad jocandum: sed quærimus idem, quod in ceteris rebus maxime quærendum est, quatenus. In quo non modo illud præcipitur, [70] ne quid insulse, sed etiam, si quid perridicule possis. vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. Quæ cujusmodi sint, facilius jam intelligemus, cum ad ipsa ridiculorum genera venerimus.

Duo enim sunt genera facetiarum, quorum [r] alterum re tractatur, alterum dicto. Re, si quando quid, tanquam aliqua fabella, narratur, ut olim tu, Crasse, in Memmium, [s] *comedisse eum lacertum Largii*, cum esset cum eo [71] Tarracinæ de [t] amicula rixatus. salsa,

[o] *ad quem usque modum.* [p] *inquirendum proposueramus.* [q] *non sunt facile homines ridendi, qui* vel propter dignitatem, vel propter probitatem *diliguntur.* [r] *alterum in ipsa re et sententia positum est, alterum in voce et forma loquendi.* [s] *momordisse.* [t] *mulierecula.*

66. *Frangit——elevat*, etc. *Frangit*, h. e. infirmat adversarium, eumque reddit fessum languidumque, (sic Horat. Serm. i. 1, 5. *fractus membra labore;*) *impedit*, h. e. intricat implicatque, per laqueos quasi positos non sinit eum ulterius progredi, nihil amplius perficere; *elevat* eum, more quasi gladiatoris gradu movet; — *refutat*, repellit eum, v. Wetzel. *Harl.*

67. *Odiosasque sæpe res.* Missum opportune ridiculum iram sæpissime frangit. *Documento sunt juvenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege securius inter cœnam locuti, cum rationem facti reposcerentur, et neque negari res, neque defendi posset, risu sunt et opportuno joco elapsi. Namque unus ex his, imo, inquit, nisi lagena defecisset occidissemus te: Eaque urbanitate tota est invidia criminis dissoluta.* Quintilian. lib. vi. cap. 3. *Proust.*

68. *Agitata. Agito*, vexare, &c. accusando, dicteriis. *Ernest. in Clave.*

69. *Parcendum.* Scite Fabius, lib. vi. cap. 3. *Longe absit propositum illud, Potius amicum quam dictum perdidi. Proust.*

70. *Ne quid insulse. Oratori minime convenit distortus vultus gestusque, quæ in mimis rideri solent. Dicacitas etiam scurrilis et scenica huic personæ alienissima est. Obscœnitas vero non a verbis tantum abesse debet, sed etiam a significatione.* Fabius ibidem. *Proust.*

71. *Tarracinæ.* Urbs Latii fuit citra Tiberim, secundum Pomp. Melam, ii. 4, 99. oppidum Volscorum, in Campania Romana situm, quod etiam dicitur *Anxur;* hodie *Gaieta.* C. Memmius vero habitus est inter mediocres oratores; sed adcusator mordax, acer et acerbus. vid. ii. 7. et Brut. 36. Crassus igitur confinxit in C. Memmium fabel-

attamen a te ipso ficta [72] tota narratio. addidisti clausulam, tota Tarracina tum omnibus in parietibus inscriptas fuisse litteras, tria LLL, duo MM. cum quæreres, id quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse, [73] *Lacerat lacertum Largii mordax Memmius.* Perspicitis, hoc genus quam sit facetum, quam elegans, quam oratorium, sive habeas vere, quod narrare possis, quod tamen est [74] mendaciunculis adspergendum, sive fingas. Est autem hæc hujus generis virtus, ut ita facta demonstres, ut mores ejus, de quo narres, ut sermo, ut vultus omnes exprimantur, ut iis, qui audiunt, tum geri illa fierique videantur. In re est item ridiculum. quod [u] ex quadam depravata imitatione sumi solet, ut idem Crassus, [75] *per tuam nobilitatem, per vestram familiam.* Quid aliud fuit, in quo concio rideret, [x] nisi illa vultus et vocis imitatio? *Per tuas statuas* vero cum dixit, et extento brachio paullulum etiam de gestu addidit, vehementius risimus. [y] Ex hoc genere est illa Rosciana imi-

[u] *cum imitamur sive gestum, sive quid aliud, quod ab adversario depravate ac perperam sit.* [x] *nisi quod* Crassus, ea cum diceret, *imitaretur vultum et vocem* adversarii. [y] *hunc in modum Roscius imitari senem solet, cum illa verba profert: Tibi ego has* arbores *sero.* Adeo facete senem hæc dicentem Roscius imitatur, *ut non tam audire mihi videar senem loquentem, quam ipsam senectutem.*

Iam, eum quoque Largii lacertum in rixa morsu appetisse, add. Strebæum. Festive autem dicitur *amicula,* Atticorum ἑταίρα, muliercula ista, cum qua Largio frequens erat consuetudo; unde inter illos orta est æmulatio, et cœpit alter alterum moleste ferre. *Harl.*

72. *Tota narratio.* Sic edd. pr. et MS. E. recte. Vulgo *oratio. Ernest.*

73. *Lacerat lacertum.* Hunc versum Crassus orator usque adeo vulgo jactatum ait, ut Tarracinæ passim in omnibus parietibus inscriptus viseretur. Fabula, unde natum est adagium, sic habet: Memmius quidam Romanus cum ageret Tarracinæ, mulierculam quandam deperibat, sed non citra rivalem. Cum hoc igitur quum aliquando rixa incidisset, eo iracundiæ provectus est Memmius, ut Largii (nam id rivali nomen) brachium mordicus arriperet. Ea res posteaquam in popularem abiit jocum, faceti quidam et φιλόγελοι senarium hunc in omnibus ejus parietibus quinque literis notarunt, depictis tribus LLL. et duobus MM. videlicet ut advenis percunctandi ministrarent occasionem. Itaque quum M. Crassus Tarracinam aliquando venisset, admiratus novum literarum ænigma, senem quemdam oppidanum percunctatus est, quidnam sibi vellent ejusmodi literæ. Atque is, exposita fabula, versiculum explicuit, *Lacerat lacertum Largi mordax Memmius.* Tametsi Cæsar, qui hæc loquitur apud Ciceronem, existimat narrationem hanc totam in Memmium adversarium dedita opera confictam fuisse. *Erasmus, Adag.* Chil. I. Cent. ix. 99.

Ibid. *Lacerat lacertum — Memmius.* Schützii notam aptam huc transferre juvat. "Si postremæ syllabæ in *Largii* contrahantur, vel scribatur *LargI* (ut est in Guelf. B. C.) fit senarius iambicus, sive casu Crasso elapsus, sive de industria compositus, ut epigrammati similior esset sententia."— *Harl.*

74. *Mendaciunculis.* Diminutivum hoc haud parum gratiæ adfert orationi. Quædam edd. habent *mendaciolis,* quod factum esset, ut *negotiolum, tectoriolum;* nec id omnino rejiciendum videtur Camerario ad h. l. et Othoni ad Gifanii Observatt. L. L. p. 272. Altenburg. 1762. 8. *Harl.*

75. *Per tuam nobilitatem.* Verba desumpta ex alicujus adversarii, an Cn. Domitii? oratione, quæ ludicra imitatione Crassus traducit. *Proust.*

Ibid. *Per tuam nobil.—fam.—statuas.* Nobilitas et familia a miseris ac supplicibus in obsecrationibus, quas depravata imitatione Crassus h. l. risui exponit, ponebantur, et statuæ quæ magistratibus erigebantur, confugientibus ad se veniam quasi pollicebantur. Quod vero vultu supplici dicebat, *Oro te per tuam nobilitatem, per vestram familiam,* et illud dicens contraxerat brachium, ut qui metuunt; dicturus autem, *Oro te per tuas statuas,* illud extendit, et, viribus quasi paullatim captis, fortius atque paullo confidentius imploravit, et vehementius quasi rogavit, in hac vultus et vocis imitatione, quæ se fundit in orationem, ridiculum fuit, eoque risus est excitatus. v. Strebæum. *Harl.*

tatio senis: [76] *Tibi ego, Antipho, has aero*, inquit. [77] *senium est, cum audio.* Atque ita est totum hoc ipso genere ridiculum; ut cautissime tractandum sit. [78] [z] Mimorum est enim ethologorum, [79] si nimia est imitatio, [80] sicut obscænitas. orator [a] surripiat oportet imitationem, ut is [81] qui audiat, cogitet plura, quam videat: [b] præstet idem ingenuitatem et ruborem suum, verborum turpitudine et rerum obscænitate vitanda.

(60.) Ergo hæc duo genera sunt ejus ridiculi, quod in re positum est: quæ sunt propria perpetuarum facetiarum, in quibus describuntur hominum mores, et ita effinguntur, ut aut, re narrata aliqua, [82] quales sint, intelligantur: aut, imitatione brevi injecta, in aliquo insigni ad irridendum vitio reperiantur. In dicto autem ridiculum est id, quod verbi, aut sententiæ quodam acumine movetur. Sed ut in illo superiore genere vel narrationis, vel imitationis,

[z] *imitatio si est nimia et putida, pertinet potius ad eos mimos, qui ethologi,* sive imitatores morum alienorum, dicuntur, quam ad oratorem. [a] *modice usurpet* quasi rem alienam et histrionibus propriam. [b] *præ se ferat.*

76. *Tibi ego.* Verba senis quem in scena Roscius exhibebat, ex aliquo veteri poëta comico. *Proust.*

Ibid. *Tibi ego, Antipho,* &c. Videntur hæc verba fuisse senis cujusdam arbores serentis, filioque suo dicentis, se non tam diu victurum sperare, ut eas arbores maturitatem suam assecutas videat: juvenem illum et vigentem olim ex illis fructus percepturum. Tum quod addit Cæsar, *senium est, cum audio,* hoc vult: ita perfecta est ista Rosciana senis tussientis, et fracta voce ac tremula utentis imitatio, ut non histrionem imitantem senem, sed senectutem ipsam videar audire. *Pearce.*

77. *Senium est, cum audio.* Pearcius putat in hoc esse judicium Cæsaris de illa imitatione Roscii, sc. tam felicem illam fuisse, ut audiens eam, ipsum senium audisse videatur. Immo, est alium exemplum imitationis. *Ernest.*

78. *Mimorum*—Ethologorum, *si nimia est imitatio.* Nam mimi quam possit fieri accuratissime exprimere et imitari mores aliorum solent risus excitandi causa. Dicuntur et *aretalogi* et *biologi,* &c. vid. Salmas. ad Vopisc. Aurelian. 42. t. ii. p. 530. ubi ad Suetonium se de his acturum promisit, quod nondum dixisset aliquis de iis quidquam. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Mimorum.* Sic eos appellat, qui mores et affectus personarum exprimunt; nec *mimos* tantum dixit, ut hoc libro postea, et in Antonium fecit, et alii scriptores vocant, *sed ethologos* addidit, ne ambigue loqueretur, ac fabula significari videretur, quam Mimum Græci, Latini Planipedem vocant, quales erant mimi Publii et Laberii. Quamquam Cicero pro Cœlio mimum hujusmodi, fabulam, id est, comœdiam appellare non vult: *Mimi ergo,* inquit, *est jam exitus,* non fabulæ. Pantomimorum hic non meminit. Exorti enim postea sunt imperante Augusto: erantque Saltatores, qui gestu historias et fabulas ita exprimebant, ut sub oculos subjicerent: ad quam saltationem respexit Horatius, cum scripsit,

Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat.

Et Juvenalis, Sat. vi. 63.

Chironomon Ledam molli saltante Batyllo.
Turnebus.

Ibid. *Mimorum—ethologorum.* Mimus non est unice Pantomimus; sed in genere actor, quatenus (μιμεῖσθαι) imitatur (c. 54.) —*Ethologi,* ἠθολόγοι, (ab ἦθος, *mores* vel *ratio,*) ab effingendis moribus et adfectibus cujusque personæ. Ab Hesychio et Suida dicuntur θεατρισταὶ, quia in theatro versantur: vocantur quoque ἠθοποιοὶ, quia sunt effictores morum personæ, quam sustinent. Vide Quinctil. Institt. IX. sect. 2. 58.

79. *Si nimia est imitatio, sicut obscænitas.* Videtur oratio hiulca. Quæ tamen verba desiderentur, non facile dixerim. Vellem ita legi; *si nimia est imitatio. Si erit obscænitas, orator,* &c. *Muretus.*

80. *Sicut obscænitas.* Subintellige *est mimorum ethologorum:* Sensus est; Duæ istæ res, nimia imitatio et obscænitas, conceduntur actoribus in theatro, non vero oratoribus in foro. *Pearce.*

81. *Qui audiat.* Ed. W. *qui audiet.* item MS. E. *Ernest.*

82. *Quales sint.* Pro vulgato *sunt,* quod est contra latinitatem. *Ernest.*

Ibid. *Quales sint.* Dependet verbum *sint* a verbo, quod secundum sensum præcedit, *intelligantur.* Ejusmodi generis et exempli sunt Theophrasti Characteres. *Harl.*

vitanda est mimorum ethologorum similitudo; sic in hoc, [83] scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est. Qui igitur distinguemus a Crasso, a Catulo, a ceteris familiarem vestrum, [84] Granium, aut Vargulam, amicum meum? non mehercule in mentem mihi quidem venit: sunt enim dicaces; Granio quidem nemo dicacior. Hoc, opinor, primum, ne, quotiescumque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. [85] Pusillus testis processit. *Licet*, inquit, *rogare?* Philippus. Tum [86] quæsitor properans, *Modo breviter.* Hic ille, *Non accusabis.* [87] *perpusillum rogabo.* Ridicule. Sed sedebat judex L. Aurifex, [88] brevior etiam, quam testis ipse. omnis est risus in judicem conversus. [89] visum est totum scurrile [judicium]. Ergo hæc, quæ cadere possunt in quos nolis, quamvis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia. Ut iste, qui se vult dicacem, et mehercule est, Appius, sed nonnumquam in hoc vitium scurrile delabitur. [90] *Cœnabo*, inquit, *apud te*, huic lusco familiari meo, C. Sextio: [91] *uni enim locum esse video.* Est hoc scurrile, et quod sine causa lacessivit: et [b] tamen id dixit, quod in omnes luscos con-

[b] *et præterea quia id dixit.*

83. *Scurrilis or. dicacitas.* Pearcius dedit *scurrili*, intellecto genere. non bene. non de genere scurrili sermo est. nam id est omnino vitandum, ut Cicero dixit. *Ernest.*

84. *Granium.* Præconem, cujus multa dicta versibus erat complexus Lucilius. *Conjicere in versus dictum præconis volebam Grani*, apud Gellium, iv. 17. Vide Orat. pro Plancio, cap. 14. *Turnebus.*

85. *Pusillus testis.* Esto, inquit, hoc exemplum nimiæ dicacitatis et scurrilis ridiculi. In quadam accusatione processerat pusillus testis. Philippus patronus petiit, ut sibi liceret nanum illum testem interrogare. Prætor, sive quis alius moderator judicii et accusationis, qui cito cuperet rem confici, annuit, modo paucis verbis hominem interrogaret: hic Philippus causidicus, nihil erit quod me accuses, interrogabo perpusillum. Perpusillum intelligebat Philippus de illo teste parvo et nano, cujus exiguam staturam carpebat hoc dicto; et tamen videbatur quæsitori respondere, ac dicere se perparum ac breviter interrogaturum. *Proust.*

86. *Quæsitor.* Qui etiam *quæstor criminum* vocabatur, qui quæreret de rebus capitalibus, ut Pompon. §. 23. D. de Origine juris ait, ac præerat caussis criminalibus. Ab a. U. C. 604. prætoribus id officium committebatur. *Harl.*

87. *Perpusillum rogabo.* Jocus ex eo oritur, quod vox *perpusillum*, quæ nunc est Adjectivum, tunc temporis fuit et Adverbium: in hoc sensu significat *perparum*, vel *paucis verbis:* in priore vero sensu accipere possis pro eo, qui *brevissimus* est corpore: utrumque intelligi voluit Philippus, lusit ergo in ambiguo. *Pearce.*

88. *Brevior etiam, quam testis ipse.* Sic dedi ex ed. s. l. et a. Lips. Ed. W. *brevior ipse, quam testis.* Vulgo, *quam ipse testis.* MS. E. non habet *ipse. Ernest.*

89. *Visum est totum scurrile*, &c. *Judicium* quomodo *scurrile* dici potest? Immo dictum scurrile visum est. Pearcius dedit *scurrile ridiculum.* id sapit correctorem. Immo *judicium* e margine in textum venit. Adscriptum erat ab aliquo in margine: *judicium*, sc. auctoris de illo dicto; quales notæ centies in MSS. marginibus reperiuntur. Itaque uncis inclusi. *Ernest.*

90. *Cœnabo.* Appius irridens C. Sextium, qui altero oculo captus erat, ait, Cœnabo apud te, est enim uni locus: ita carpebat hominis vitium, cujus in vultu erat locus uni oculo; quasi in ejus triclinio et convivio uni fuisset homini locus vacuus. Respondit Sextius subtili ac subito joco: Cœnabis enimvero apud me, sed prius manus lava: quo dicto, hominis impuritatem notabat. *Proust.*

91. *Uni enim locum esse video.* Jocus erat sumptus ex communi illorum temporum consuetudine loquendi, qua aliquot convivis vocatis, ei quem præterea invitatum vellent, locum superesse dicebant. Plautus in Sticho, *Ædepol tibi etiam, opinor, uni locum conspicor, ubi accubes.* Id scurriliter ad vitium oculi convertit Appius. *Turnebus.*

Ibid. *Uni enim locum esse video.* Uno oculo caruit Sextius: Appius igitur his verbis usus est, ut videretur dicere, et in triclinio Sextii uni convivæ, et in facie uni oculo locum vacasse. *Pearce.*

veniret. Ea, [92] quia meditata putantur esse, minus ridentur. Illud egregium Sextii, et ex tempore, [93] *Manus lava*, inquit, *et cœna*. Temporis igitur ratio, et ipsius dicacitatis moderatio et temperantia, et raritas dictorum, distinguet oratorem a scurra: et, [c] quod nos cum causa dicimus, non ut ridiculi videamur, sed ut proficiamus aliquid, illi totum diem, et sine causa. [d] Quid enim est Vargula assecutus, cum eum candidatus A. Sempronius [94] cum M. suo fratre, complexus esset: [95] [e] *Puer, abige muscas?* Risum quæsivit, qui est, mea sententia, vel tenuissimus ingenii fructus. Tempus igitur [f] dicendi, prudentia et gravitate moderabimur: quarum utinam artem aliquam haberemus! sed [96] domina natura est.

(61.) Nunc exponamus genera ipsa summatim, quæ risum maxime moveant. Hæc igitur sit prima partitio, [g] quod facete dicatur, [97] id alias in re haberi, alias in verbo: facetiis autem maxime homi-

[c] *id etiam discriminis est inter oratorem et scurram, quod non sine causa ridiculum quidpiam dicimus, sed ut causæ nostræ prosit.* [d] *quem fructum tulit Vargula.* [e] *servule.* [f] *ridicula jactandi.* [g] *facete dictum aliquando verbo contineri.*

92. *Quia meditata*, &c. Quoniam plerumque sunt frigida, ut Cicero ait Orat. c. 26. (quod caput cum nostro loco conferre, neminem pœnitebit,) et gratia ac novitatis dignitate atque voluptate carent. Quinctil. vi. 3. 33. *Vitandum etiam, ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempore alienum, ne* præparatum et domo allatum *videatur, quod dicimus. Harl.*

93. *Manus lava.* Exprobrat facetissime sordes avaritiæ e pecuniis captis. *Ernest.*

Ibid. *Manus lava, inquit, et cœna.* i. e. Antequam apud me cœnes, quicquid alienum surripueris, reddas. Jocus oritur tum ex eo, quod Romani ante cœnam manus lavare solerent; tum ex eo quod ii, qui rem alienam non surripiant, dicerentur puris esse manibus. *Pearce.*

Ibid. *Manus lava, inquit, et cœna.* Mihi majoris dicacitatis et elegantioris dicti exemplum esse videtur, si jocum illum non ad manuum lotionem, sed ad reddendum, quidquid alienum surripuerit, referas. Sed Schützius, "egregium," ait, "hoc Sextii responsum corrumpunt, qui illud ad avaritiam Appii trahunt. Immo carpitur ejus immundities, negatque Sextius, se eum ad cœnam vocaturum, nisi manus antea lavisset, quas turpiter sordidas ostendebat." *Harl.*

94. *Cum M. suo fratre. Suo* delendum puto: fratre sc. Auli, qui comitabatur fratrem petentem magistratum, de more. *Ernest.*

95. *Puer, abige muscas.* Vargula hic joculariter adpellat candidatos *muscas*; quasi æque molesti essent iis, a quibus peterent, ac muscæ viatoribus esse solerent. *Pearce.* Valde igitur scurriliter rejecturus erat petitores, tamquam homines leves ac molestos. Sed scurrilia etiam Ciceroni exciderunt. v. Quinctil. vi. 3. 47—49. *Harl.*

96. *Domina natura est.* h. e. in hac re plurimum valet. *Ernest. in Clave.*

97. *Id alias in re haberi*, &c. Locum hunc correximus ex edd. pr. Vulgatum, *habere—facetias, maxime etiam*, &c. est ab Aldo. Error ortus est ex eo, quod in ed. W. et s. l. et a. *autem* transpositum erat, *maxime autem*, quod correxit bene ed. Mediol. Sic est etiam in MS. E. *Ernest.*

Ibid. *Alias in re haberi.* Qui consistit in re jocus, ejusmodi est, ut idem mutatis verbis maneat. Exemplum habes, lib. iv. in Verrem. *Itaque, judices, hi, qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, et unumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant, conversam jam habent demonstrationem suam. Nam ut ante demonstrabant quid ubique esset: ita nunc, quid undique ablatum sit ostendunt.* Ridiculum in dicto perit, si voces commutentur. Tale est illud Ciceronis in Verrem, lib. iv. *Nunquam tam male est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant: velut in hac re aiebant, in labores Herculis non minus hunc immanissimum Verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere.* Tolle nomen Verris, quod Latine porcum non castratum significat, dicto perit omnis gratia. Elegantissimum autem illud est, quod re simul et dicto risum movet; cujusmodi est illud Ciceronis a Plinio, Plutarcho in Apophth. et Quintiliano relatum. Hortensius orator accepta mercedis loco a Verre sphinge argentea, cum Ciceroni obscurius aliquid locuto dixisset se ignarum ænigmatum solvendorum: *Atqui sphinx*, inquit, *apud te est. Proust.*

nes delectari, si quando risus conjuncte, re verboque, moveatur. Sed hoc mementote, quoscumque locos attingam, unde ridicula ducantur, [98] ex iisdem locis fere etiam graves sententias posse duci. [h] tantum interest, quod gravitas honestis in rebus severe, jocus in turpiculis et quasi deformibus ponitur: velut in iisdem verbis et laudare frugi servum possumus, et, si est nequam, jocari. Ridiculum est illud [99] Neronianum vetus in furace servo, *Solum esse, cui domi nihil* [1] *sit nec obsignatum, nec occlusum:* quod idem in bono servo dici solet; sed hoc iisdem etiam verbis. Ex iisdem autem locis [2] [i] omnia nascuntur. Nam quod Sp. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob rempublicam accepto, et ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit, *Quin prodis, mi Spuri? quotiescumque gradum facies, toties tibi* [k] *tuarum virtutum veniat in mentem:* præclarum et grave est: quod [3] Calvino Glaucia claudicanti, *Ubi est vetus illud?* [4] *num claudicas?*

[h] *hoc tantum interest, quod,* &c. [i] sive quæ graviter, sive quæ ridicule dicuntur. [k] memoria.

98. *Ex iisdem locis fere. Locis* delendum puto: quod e glossa natum est. Deberet saltem esse, *ex iisdem fere locis. Ernest.*

99. *Neronianum.* Illius, ut reor, Neronis, qui res adversus Annibalem gessit; estque exemplum hoc, ut pleraque hujus loci prisca, sumptum ex libro Apophthegmatum Catonis. Dictum autem hoc et de furace accipi potest, ut a Nerone usurpatum fuerat, qui omnia resignet et recludat: et de servo frugi, cujus fidei omnia herus committat, cui nihil annulo obsignet, nihil claudat cera. In quodam libro scripto legitur *Nævianum,* ut a Nævio poëta sumptum, quod fortasse verius. *Turnebus.*

1. *Obsignatum.* N. doliis, lagenis, arcis, cellis Romani signa annulo impressa figebant, quum domesticis aut nihil aut parum fiderent. Horat. ii. epist. 2. vers. 133. *posset qui ignoscere servis, Et* signo læso *non insanire lagenæ. Harl.*

2. *Omnia nascuntur. Omnia* delendum puto; quod in MS. E. est post *nascuntur.* Nam de genere universo ante dixit. Hoc pertinet tantum ad exemplum propositum: nempe, et quod in laudem dicitur, et quod ad contumeliam, ex eodem fonte ducitur. Sic paullo post, in exemplo proximo, simile quid adjungit. Et debent sic conjungi: *iisdem etiam verbis, ex iisdem a. l. nascuntur. Ernest.*

Ibid. *Ex iisd. autem locis omnia nascuntur.* Suspectum habet Schützius *omnia;* sed putat, non simpliciter delendum esse, ut Ern. volebat, verum aut *illa* aut *alia* substituendum. Strebæus etiam, quomodo ex iisdem locis *omnia* nascantur, subdubitans, "an vero," inquit, "vult omnia et severa et ridicula manare ex iisdem locis? sic mihi videtur. Nam sunt figuræ quædam rhetoricæ, quæ complectuntur et gravia et hilaria, h. e. continent et sententias graves verbaque laudabilia in oratione et arguta facetiarum scommata. Figuras extendi volo ad omnes habitus et conformationes orationis; ut ex iisdem locis et severa et jocantia nascantur, ostendit exemplis." *Harl.*

3. *Calvino.* C. Sextius Calvinus, ut ait Cicero in Bruto, ingenio et sermone eleganti, sed valetudine incommoda fuit, etsi cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis. Is igitur ex podagra plerumque claudicabat. *Turnebus.*

4. *Num claudicas? at hic clodicat.* Sunt qui scribant hoc modo: Num *claudicat? at hic clodicat.* Alii sic: *Non claudicat, sed clodicat.* Et sic interpretantur. Calvinus etsi claudicat pede: non tamen tam claudicat, quam clodicat id est Clodio favet. Istorum sententiæ non adhibeo fidem, quia Cicero confert exempla duo, quæ non sic sunt ex immutatione literæ, ut ea quæ sequuntur. Præterea immutant codices sine ratione. Ad hæc, quando fingitur Cæsar hæc tractavisse, cumque vixit Glaucia homo impurus, ut ait Cicero in Orat. pro Rabirio Posthumo, nullus erat Clodius, cui deforme esset favere. Nondum ceperat Rempublicam P. Clodius, quem Milo interemit. Ego igitur sic interpretor: Glaucia impurus homo, cum videret Calvinum pede claudicantem, recordatus est antiqui proverbii, quo veteres utebantur in hominem errantem, vel dubiæ fidei. Quærebant enim: *Num claudicat?* Hoc est, constatne sibi, an potius errat, aut variat? Ex translatione verbi et ambiguitate objecit homini mentis errorem, vel dubiam fidem. *Strebæus.*

Nævio. Dictum est Africani, ut opinor, superioris in Nævium, a quo fuerat accusa-

[5] *at hic clodicat:* [6] ridiculum est: et utrumque ex eo, quod in claudicatione animadverti potuit, est ductum. *Quid hoc Nævio ignavius?* severe Scipio: at in male olentem, *Video me* [7] *a te circumveniri*, subridicule Philippus. At utrumque genus continet verbi ad litteram immutati similitudo. [l] Ex ambiguo dicta, vel argutissima putantur, sed non semper [8] in joco, sæpe etiam in gravitate versantur. Africano illi majori, coronam [m] sibi in convivio ad caput accommodanti, cum ea sæpius rumperetur, P. Licinius Varus, *Noli mirari*, inquit, [n] *si non convenit*, [9] *caput enim magnum est:* laudabile, et honestum. At ex eodem genere est: [10] *Calvus satis est; quod dicit parum.* [o] Ne multa: nullum genus est joci, quo non ex eodem severa et gravia sumantur. Atque hoc etiam animadvertendum, [11] non esse omnia ridicula, [p] faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum, quam [12] [q] San-

[l] *ex amphibologia oriuntur sales acutissimi.* [m] *e floribus contextam.* [n] *si non satis accommodata est.* [o] *paucis dicam.* [p] *eleganta et venusta.* [q] *morio, mimus.*

tus, quod præda bello Antiochi capta ærarium fraudasset: alii tamen a Petilio accusatum fuisse scribunt. Locus annominationem habet. Nominatur a Livio oratio P. Africani, in M. Nævium, in qua, ut opinor, hoc dixerat. *Turnebus.*

5. *A. h. clodicat.* Pearcius *claudicat.* Sic et Stephanus et Lamb. ex ingenio; sed illud habet MS. E. *Ernest.*

6. *Hoc ridiculum est.* Delevi *hoc.* manifeste sibi respondent: *præclarum et grave est: quod C. G. cl.—ridiculum est. Ernest.*

7. *A te circumveniri.* Pearcius cum Stephano et Lamb. *a te non conveniri, sed circ.* Sed Lamb. fatetur id a suis MSS. abfuisse. Potest intelligi: unde fit acutius etiam. Pro eo, quod debebat dicere, *video me a te conveniri*, dixit *circumveniri:* quod est ridiculum παρὰ προσδοκίαν. *Ernest.*

Ibid. *Circumveniri.* Philippi jocus nec ridiculus nec subridiculus est. Libri scripti exhibent, *Video me a te circumveniri.* Noli dubitare quin Cicero scripserit, *Video me a te non circum, sed* HIRCUMVENIRI. Qui subridiculus jocus in hominem male olentem, ex unius literæ immutatione captatus. Nihil verius aut facetius. Haud aliter lusit Aristophanes in Acharn. 850. Οὐδ' ὁ περιπόνηρος Ἀρτέμων, Ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν μουσικήν, Ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν Πατρὸς ΤΡΑΓΑΣΑΙΟΥ. *Toupius*, Append. ad Theocrit. xx. 26.

8. *In joco——versantur.* Ridicula, gravia sunt. *Wetzel.*

9. *Caput—magnum*, Ambiguum est, nam significatur et magnitudo partis, et amplitudo hominis. Publius autem iste Licinius Varus bello secundo Punico ædilis cum Veturio fuit, ut Livius scribit. Postea etiam præturam eodem bello adeptus est, in qua tulit ad populum, ut ludi Apollinares in statum diem in perpetuum voverentur. *Turnebus.*

10. *Calvus satis est.* Hic *Calvum* esse nomen proprium non censeam, sed appellativum. Jocus ex eo est, vel quod veteres calvos fallaces censebant, vel quod calvi mimi, ut Nonius ait, omnibus erant frustratui: unde *calvor*, quod est, frustror, decipio. *Satis est* igitur, *quod dicit parum* est ambiguum. Id est enim quod parum loquitur, vel quod parum orator est. Nam *dicere parum*, pro *oratorem non esse*, dicere solebant. Cicero in Bruto: *Nam T. Aufidius, qui vixit ad summam senectutem, volebat similis esse horum, eratque et bonus vir, et innocens, sed dicebat parum.* Qui de Licinio Calvo oratore et poëta intelligunt, peccant ignoratione temporis. Si quis tamen, *Calvum*, nomen proprium, quod verum non puto, censeat, eandem servare poterit ambiguitatem. Satis est quod parum loquatur et parum sit eloquens, ne nos fallat verbis, homo præsertim ineptus et molestus. *Turnebus.*

Ibid. *Calvus satis est.* Intellige hoc de Calvo quodam, malo oratore, dictum. Sensus est, si plura diceret, minus bene diceret: jam iste quod bene dixit, satis est, quia parum (seu paucis verbis) dixit. Vide illum Siculi jocum in c. 69. qui maluit nullum patronum sibi dari, quam stultum. *Pearce.*

11. *N. e. omnia ridicula faceta.* Ridiculum enim, si est illiberale, nec decorum, haud facetum est, sed inficetum. *Harl.*

12. *Sannio.* Sanna, inquit vetus Persii interpres, dicitur os distortum cum vultu: quod facimus cum alios irridemus: unde *Sanniones* dicti sunt, quod non rectum vultum habent. Hic tamen doctissimus Budæus animadvertit, mimorum quoddam genus significari. Verum, ut reor, sanna et sannio ab homine stulto et inepto Sanna originem

nio est? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique [13] ipso corpore ridetur. [14] Salsum hunc possum dicere, atque [r] ita, non ut ejusmodi oratorem esse velim, sed ut mimum.

(62.) [15] Quare primum genus hoc, quod risum vel maxime movet, [16] non est nostrum: morosum, superstitiosum, suspiciosum, gloriosum, stultum; [17] naturæ ridentur ipsæ: [s] quas personas [18] agitare solemus, non sustinere: [t] alterum genus est imitatione admodum ridiculum, sed nobis tantum licet furtim, si quando, et cursim: [19] aliter enim minime est liberale: tertium, oris depravatio, non

[r] *ita* laudantur sanniones, *ut non conveniat oratori illorum salsa ratio et illiberalis, sed mimo* tantum et histrioni ridiculo. [s] *quas personas insectari et describere dicendo, non agere* instar histrionum et imitari *solemus.* [t] *licet oratori clam et parce usurpare alterum ridiculi genus,* quod est in lepida personæ non ex se ridiculæ imitatione: *alterum* autem genus quod personam sua sponte ridiculum exhibet, *in virum honestum non convenit.*

sumpsere, qui tam fatuus fuit, ut Cratinus Comicus sannam pro stulto usurpaverit, quemadmodum relatum est ab Eustathio: quo etiam auctore deduci potest utrumque a Sannis populis Asiæ, quos consuetudo Græcorum erat ejus ætate Tzanos vocare, qui moribus erant barbaris et incultis, ac proinde insulsis et inscitis. Affert et aliam originem a verbo σαίνειν. *Turnebus.*

Ibid. *Sannio.* Si nomen majore S scribitur, significatur servus ridiculus, contra si minore scribitur, est scurra. *Harl.*

13. *Ipso corpore ridetur.* Sic edd. pr. item MS. E. Aldus *corpore ridetur ipso:* quod in oratione gravi efficacius foret. Sed id h. l. non agitur. Secus est mox: *naturæ ridentur ipsæ:* nam ibi est in reprehensione. *Ernest.*

14. *Salsum hunc possum dicere: atque ita.* Edd. pr. et MS. E. habent *possem:* malim *possim.* Mox scribendum puto, *at ita,* pro *itaque ita:* est enim quasi correctio, vel explicatio ac distinctio; ubi non dicitur *atque ita,* verum *at,* vel *sed ita.* hic dixit *at,* quia statim sequitur *sed. Ernest.*

15. *Primum genus hoc—non est nostrum: morosum,* &c. Hæc sunt Sanniorum ridicula. Sustinent enim personas eorum, qui mores duros sequuntur et agrestes, qualis est Demea apud Terentium; qui nimia religione et vano Deorum metu laborant, cujusmodi fere sunt mulierculæ; qui nihil non suspicantur, ut senes; qui gloriam avide captant, ut Thraso Terentianus; qui stulti sunt, ut Phædria. Hujuscemodi personas non sustinebit Orator, sed agitabit. Sustinere, est agere et imitari: agitare vero, faceto aliquo dicto, aut lepidâ narratione perstringere. *Strebæus.*

Ibid. *Primum genus hoc,* &c. Quatuor hic enumerantur quæ risum movent, sed oratori non conceduntur. Primum genus et secundum interpretes fere omnes confundunt; sed hujusce loci verba sic licet explicare. Primo, (inquit Cæsar) non licet nobis natura esse morosis, superstitiosis, gloriosis, &c. hæc enim animi vitia efficiunt, ut orator non risum, quem quærit, moveat, sed ut ipse ridendus sit: non sal hujusmodi oratoris, sed natura ridetur: has vitiosas personas orator non sustinet, sed eas aliis deridendas præbet. Secundo, non solum non licet oratori esse moroso, &c. sed ne nimia imitatione exprimere vitiosas istas personas: ferri quidem potest imitatio, si breviter injecta sit, si non quæsita, sed ex re nata videatur; aliter non est hominis ingenui et liberalis. *Pearce.*

16. *Non est nostrum.* Sc. oratorum, de quibus hic dicimus. Interpunctio hic in vulgatis non bene habet. *Ernest.*

17. *Naturæ ridentur ipsæ,* h. e. in his enim omnibus *nat. ipse. rid.* v. Wetzel. *Harl.*

18. *Agitare — non sustinere. Agitare,* i. e. ridere, vexare; quod fertur in oratore, non *sustinere;* nam hoc est mimorum, qui dicuntur personam aliquam sustinere. *Ernest.*

19. *Aliter enim est m. l.* Sic bene Pearcius: nisi quod *enim* posset abesse. Sed vulgo *alterum est,* &c. male. Nam *alterum* jam ante positum est, et sequitur mox *tertium. Ernest.*

Ibid. *Aliter enim minime est liberale.* Omnes antiqui libri, *alterum minime est liberale.* Reposui olim, pro *alterum, aliter enim;* neque nunc sententiam muto: tria enim exponuntur ridiculi genera; quorum duo, primum et tertium oratorum non sunt, medium ita licet, si furtim, et cursim usurpetur: aliter minime liberale est. *Manutius.*

Ibid. *Vulgo* ALTERUM *minime est liberale.* Præcesserant duo genera; sequitur autem tertium: non igitur novum genus hic designatur. Quapropter libens in sententiam Manutii transeo, qui sic legendum conjicit, ALITER ENIM minime est liberale. Imo indicia quædam Manutianæ lectionis habent MSti Mag. et Nov. qui exhibent, *alterum* ENIM *minime,* &c. Sensus est: Concedi potest, ut orator imitatione risum captet,

digna nobis: quartum, obscænitas, non solum non foro digna, sed vix [20] convivio [u] liberorum. Detractis igitur tot rebus ex hoc oratorio loco, facetiæ reliquæ sunt, quæ aut in re, ut ante divisi, positæ videntur esse, aut in verbo. Nam quod, quibuscumque verbis dixeris, facetum tamen est, re continetur: quod mutatis verbis salem amittit, in verbis habet leporem omnem.

[21] Ambigua sunt in primis acuta, atque in verbo posita, non in re: sed non sæpe magnum risum movent: magis ut belle et [x] litterate dicta laudantur: [22] ut in illum Titium, quem, cum studiose pila luderet, [23] et idem signa sacra [y] noctu frangere putaretur, [z] gregalesque, [24] cum in campum non venisset, requirerent, excusavit

[u] *hominum ingenuorum.* [x] *festive.* [y] quorum partes furtim auferret. [z] *cum collusores inquisissent, cur in campum* Martium *non venisset.*

sed ista imitatio furtim et cursim, non diutius et nimis captanda est, ne illiberalis et mimica videatur. *Pearce.*

Ibid. *Aliter — liberale. Liberale* h. e. libero dignum, ingenuum. *Harl.*

20. *Convivio liberorum. Liberorum* delendum. Quorsum enim additur? An de convivio servorum in mentem cui venire potest? *Convivii dicta* nota sunt e Cicerone. Est glossa. *Ernest.*

Ibid. Hic *liberorum*, tanquam alienum, Ernestus delet, Schellerus mutat in *Lupercorum:* ut satis appareat, neutrum vocis vim cepisse. *Liber* est libere scortans, potans, dissolutus, perditus. Ipse Cicero Fragment. p. 1103. *convocata de hortulis in auxilium quasi libera turba temulentorum.* Pro Cœl. 18. *quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries nominarentur.* Nepos Themistocl. I. *Cum minus esset probatus parentibus quod liberius vivebat.* Aliquando ad res refertur. Plautus Asinar. V. 2. 17. *Is apud scortum corruptelæ, et liberis lustris studet.* Pœnul. III. 2. 25. *Liberum ut commonstraremus tibi locum et voluptarium, ubi ames, potes, pergrœcere.* Horat. de A. P. 85. *Et juvenum curas, et libera vina referre.* i. e. compotationes, in quibus quicquid libet, facere licet. Vide Gronovium Observ. III. 4.

Ruhnkenius in præf. ad Schæferi Lex. p. x.

Ibid. *Liberorum.* (Scil. hominum.) Id autem tamquam plane superfluum delere jubet Ernesti. Sed Schütz. aliter sentit. "Opponitur enim, (ut ejus verbis utar,) *convivio servorum*, quibus illiberalis jocus ex obscænitate facilius concedi potest, quam hominibus liberis et ingenuis. Quoniam tamen in convivio libertas loquendi regnare solebat, obscænitatem vix tamen dignam, ait, esse convivio liberorum. Gravius etiam de hoc jocandi genere judicat Cicero Offic. i. 29. 12." *Harl.*

21. *Ambigua.* Quo in genere elegans est illud Ciceronis. *Cum objiceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quod bovillas ante horam nonam divertisset, ut expectaret dum Clodius a sua villa exiret, et identidem interrogaret, quo tempore Clodius occisus esset, respondit, Sero.* Quintil. lib. vi. cap. 4. Ambiguum illud *sero*, vel vespertinum tempus, vel tarde perinde significat. *Proust.*

22. *Ut in illum Titium, qui. In illum Titium* int. dictum, nec necesse est cum Pearcio corrigere *ut illud in Titium:* quamquam melius convenit sequenti, *ut illud Afr.* At post, *quem* necessarium est fieri e *qui:* quod, non est, quo referatur. *Quem* refer ad *excusavit. Ernest.*

Ibid. *Ut in illum Titium.* Subintellige, *id quod dictum fuit.*

23. *Et idem signa sacra—putaretur.* Primum *et* elegantius abest, et quod natum videtur ex ultima præcedentis: deinde *sacra* delendum: quorsum enim additur? *Ernest.*

Ibid. *Et idem signa sacra — putaretur.* Strebæus intelligit simulacra deorum posita vel pro foribus ædium sacrarum, vel in compitis et triviis. Neque Schütz. *sacra* delendum arbitratur, et, "quid," ait, "si Titius tantum signa sacra et religiosa violaret, ut Alcibiades olim statuas Mercuriales?" *Harl.*

24. *Cum in campum non venisset.* Sic edd. pr. recte, pro vulgato, *eum—non venisse*, quod plane non coit cum textu orationis, estque ab Aldo. In meo exemplo Aldino etiam sic correxit manus docta. Decepit Aldum vitiosum illud *qui.* nisi quis malit *cur*, pro *cum*, ut est in MS. Erl. sed præcedente *eum. Ernest.*

Ibid. *Cum in campum non venisset.* In campo Martio juventus Romana cum aliis ludis, tum pila se exercebat, cujus studiosus erat Titius. Frangere autem brachium ambigue dixit Vespa Terentius, vel suum, vel signi sacri. Apparet istum Titium quadam religionis opinione imbutum fuisse, qua simulachra damnabat, aut certe non satis pium fuisse, qui signa sacra frangeret. Vespa proprium nomen non est meo

Vespa Terentius, quod eum [25] *brachium fregisse* diceret: ut illud Africani, quod est apud Lucilium:

Quid? Decius, [26] *Nuculam an* [27] *confixum vis facere? inquit.*

Ut tuus amicus, Crasse, Granius, [28] *non esse sextantis.* Et, si [29] quæritis, is, qui appellatur dicax, [30] hoc genere maxime excellet: sed risus movent alia majores. Ambiguum per se ipsum probatur id quidem, ut ante dixi, vel maxime: [31] ingeniosi enim videtur, vim verbi in aliud, atque ceteri accipiant, posse ducere: sed admirationem magis, quam risum movet, nisi si quando incidit in aliud genus ridiculi.

(63.) Quæ genera percurram equidem: sed scitis esse notissimum ridiculi genus, cum [32] aliud exspectamus, aliud dicitur. Hic nobismet ipsis noster error risum movet. Quod si admixtum est

judicio, sed appellativum, significatque vespillonem. Pompeius, *Vespæ dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt,* non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Itaque, ut reor, hic dicitur *vespa* Terentius, ut in Miloniana *popa* Licinius, id est, sacrificulus. Si cui tamen Vespa proprium esse videatur, non vehementer contra pugnabo. Tantum quid sentiam, testificor. *Turnebus.*

25. *Brachium fregisse.* Potuit hoc et de brachio Titii intelligi et de brachio signi illius sacri, quod putabatur Titius fregisse: utraque de causa non credibile fuit eum in campum venturum fuisse. Si suum brachium fregisset, non potuit; si signi, criminis sibi conscius noluit: jocus igitur ex ambiguo illo ductus est. *Pearce.*

26. *Nuculam an confixum.* In margine MSti Harl. 2. occurrunt hæc verba. *Confixum est genus epuli apud Plautum: Auctor hic deridet eum quasi male loquentem et masticantem verba.* Vide etiam Jan. Parrhasium in Quæsitis per Epist. num. 50. *Pearce.*

27. *Confixum* est genus cibi e concisis carnis frustulis: *fricassé. Ernest. in Clave.*

Ibid. *Nuculam an confixum.* Heusingerus, (adnotante Schützio,) arbitratur, respexisse Lucilium ad ludum illum, qui nucibus ludebatur. Alii *confixum facere* simpliciter pro *configere* dictum esse putant; Ernesti in *confixum* cibi genus, *ein Fricassé* significari putat. Schützius, in nomine *Nucula,* suspicatur, etiam posse Africanum allusisse ad aliquod edulii genus, quod est apud Apicium, et jam a Turnebo observatum. Ambiguum est h. l. in *Nuculam,* quod et nucem minutam, parvam denotat, et quoque est nomen proprium, observante Wetzelio, qui comparare jubet c. 61. *Harl.*

28. *Non esse sextantis.* Jocus est ex ambiguo. Dicitur enim non esse sextantis, quod pluris est, id est, quod est, magni pretii: et non esse sextantis etiam dicitur, quod minoris est, id est, quod nullius prope pretii. Nam non putem diduci et distrahi verbum debere, ut sex tantis dicatur, quo fere modo interpretantur. Sic illusit hominem nihili Granius, eum eum laudare videretur. Pretium enim in hominibus dicebant orta consuetudine ab emptione servorum. *Turnebus.*

Ibid. *Non esse sextantis.* Sextans est sexta pars assis vel congii. Ambiguum videtur esse in eo, quod aliud significat *sextantis,* aliud *sex tantis:* in priore sensu Granius dixit, id, de quo agebatur, vilissimi fuisse pretii; in posteriore vero, id non esse æquiparandum sex aliis tantis, seu pluris valere, quam sex alia tanta, ideoque esse valde pretiosum. *Pearce.*

29. *Quæritis.* Formula *si quæris* vel *quæritis,* eleganter dicitur pro ut verum dicam. *Ernest. in Clave.*

30. *Hoc—excellet.* Sic restituimus ex edd. pr. quibus consentit MS. E. *excellit* est ab Aldi correctione. *Ernest.*

31. *Ingeniosi.* Tale est illud Ciceronis. Cum aliquando Crassus dixisset, neminem gentis suæ Romæ ultra sexagesimum annum perduxisse vitam, negaretque rem postea, et miraretur quomodo dixisset: Sciebas, inquit Cicero, populum Romanum auditurum libenter, adeoque hanc ab illo gratiam inire voluisti. Plutarchus in Cicerone. *Proust.*

32. *Aliud exspectamus, aliud dicitur.* Cujusmodi fuit asperior ille Ciceronis in M. Crassum jocus. Cum pro rostris M. Crassum secunda concione ornasset laudibus, eundemque rursus, paucis interpositis diebus, contumeliose perstrinxisset; ubi ille dixit, Nonne me ex isto loco aliquanto ante laudasti? Etiam, inquit, exercendæ orationis causa commentans, vile argumentum tractavi. *Plutarchus in Cicerone. Proust.*

etiam ambiguum, fit salsius: ut apud [33] Nævium videtur esse misericors ille, qui [34] judicatum duci videt, percunctatus ita, [35] *Quanti addictus? mille nummûm.* Si addidisset tantummodo, *Ducas licet;* esset illud genus ridiculi præter exspectationem: sed quia addidit, [36] *Nihil addo, ducas licet:* [37] addito ambiguo, altero genere ridiculi, fuit, ut mihi quidem videtur, [38] salsissimum. Hoc tum est venustissimum, cum in altercatione arripitur ab adversario verbum, et ex eo, ut a Catulo in Philippum, in eum ipsum aliquid, qui lacessivit, infligitur. Sed cum plura sint ambigui genera, de quibus est doctrina quædam subtilior; attendere et aucupari verba oportebit: [39] in quo, ut ea, quæ sint frigidiora, vitemus, (etenim cavendum est, ne [a] arcessitum dictum putetur,) permulta tamen acute dicemus. Alterum genus est, quod [40] habet parvam verbi immutationem, quod

[a] *longius repetitum.*

33. *Nævium.* Cn. Nævius natione Campanus, professione poëta comicus, anno post Romam conditam quingentesimo undevicesimo fabulas apud populum dedit. Eum M. Varro, ut Gellius refert, lib. xvii. cap. 21. scribit stipendia fecisse bello Punico primo, idque ipsum Nævium dicere. Exul Uticæ decessit Olympiade CXLIV. Coss. uti tradit Tullius in Bruto, Cethego et Tuditano, anno U. C. DL. ante Christum CCIV. *Eusebius in Chronico.* Epigramma ejus sepulchro impositum refert Gellius, lib. i. cap. 24. *Proust.*

34. *Judicatum duci.* Id est, condemnatum. Plaut. *Male cubandum est, judicatum me uxor abducit domum:* et apud Gellium, Æris confessi et debiti judicatis triginta dies sunt dati. Sententia est; qui damnatum pecuniæ duci videt a creditore. *Turnebus.*

35. *Quanti addictus.* Versus est trochaicus catalecticus; *Quanti addictus? Mille nummûm. Nihil addo, ducas licet.* Ille qui rogabat, videbatur judicatum soluta summa aut promissa vindex liberaturus. Præter expectationem igitur, *ducas licet,* creditori dixit, significans se illi nullam facere moram. Addidit etiam ambiguum, cum dixit, *Nihil addo,* quod est, Nihil præterea rogo. Tantum enim scire volebam, quanti esset addictus, nec peto ut a prætore pluris addicatur mea causa. Nihil enim mihi debet, nec quidquam addo summæ. *Turnebus.*

Ibid. *Quanti addictus.* Obæratus quidam et ære alieno oppressus quum vocatus esset in jus a creditore, quod non fuisset solvendo, et lege duodecim tabularum creditori addictus esset, i. e. damnatus ad serviendum fœneratori, donec illi omne debitum solvisset, et ita ductus in nexorum servitutem; aliquis, tanquam misericordia motus, interrogavit, quanti addictus esset, i. e. quanta pecunia deberetur, propter quam damnatus esset in temporalem servitutem. Ille vero, quum audisset, *mille nummûm,* (n. pondo nummorum, et intellige sestertios, ac mille nummûm æquiparat LXXV. florenos Hollandicos secundum I. Frid. Gronov. de Sestertiis pagg. 123. 373. et 733. Amst. 1656.) *nihil addo,* inquit, vel verborum vel pecuniæ, quod est ex auctionibus; non plus liceor, habe tibi mancipium. *Harl.*

36. *Nihil addo, ducas licet.* Per voces *nihil addo* intelligi potuit, vel *nihil habeo, quod amplius dicam,* vel *summæ isti mille nummorum nihil adjicio, ut debitum majus efficiam.* Ambigue igitur dixit. Sequitur *ducas licet,* quod genus ridiculi dicitur esse præter exspectationem; ducas enim significat vel *in ergastulum rapias,* vel *a me pecuniam illam ad debitum solvendum accipias. Pearce.* In utraque dicti parte Pearcium errasse, docet Schütz. et Strebæi expositionem, quam ego quoque in nota anteced. adoptavi, unice veram esse judicat. *Harl.*

37. *Addito ambiguo.* Nempe *nihil addo;* quod est ex auctionibus: non plus liceor; habe tibi mancipium. *Ernest.*

38. *Salsissimum.* Sic sine hæsitatione correxi vulgatum *salsissimus.* Retulerunt librarii ad illum, qui apud Nævium ista dixit: male. Respondent sibi clare hæc: *esset illud genus, et fuit, u. m. q. v. salsissimum. Ernest.*

39. *In quo.* Hoc est ab Aldo, qui ad totum retulit. Edd. pr. MS. E. *in quibus,* quod ad verba refertur: id rectius puto. Ad sensum tamen nil interest. *Ernest.*

40. *Habet parvam,* &c. Paronomasiam adhibuit Tullius iii. Philip. *En cur magister ejus* Antonii *ex oratore arator factus sit.* Adhibuere qui Antiochum cognomento Ἐπιφανῆ, hoc est, *illustrem,* appellarunt Ἐπιμανῆ *furiosum.* et qui Tiberium Claudium Neronem, quod largius biberet merum calda temperatum, vocarunt Biberium Caldium Meronem. *Proust.*

in littera positum, Græci vocant [41] παρονομασίαν, ut [42] *Nobiliorem, mobiliorem* Cato: aut, ut idem, cum cuidam dixisset, *Eamus* [43] *deambulatum:* et ille, *Quid opus fuit de? Immo vero,* inquit, *quid opus fuit te?* aut ejusdem responsio illa, [44] [b] *Si tu et adversus, et aversus impudicus es.* Etiam [45] interpretatio nominis habet acumen, [c] cum ad ridiculum convertas, quamobrem ita quis vocetur: ut [46] ego nuper, Nummium divisorem, ut Neoptolemum ad Trojam, sic [47] illum in campo Martio nomen invenisse.

(64.) Atque hæc omnia verbo continentur. Sæpe etiam versus facete interponitur, vel [d] ut est, vel paullulum immutatus; aut aliqua pars versûs, [48] ut Statius [e] Scauro stomachanti; ex [f] quo

[b] *si turpia facis et pateris.* [c] *cum ridiculam aliquam causam afferas, ob quam aliquis certo nomine vocetur.* [d] *iisdem verbis quibus ab auctore scriptus est.* [e] *agens cum Scauro irascente.* [f] *cujus ira putatur dedisse occasionem tibi ferendæ legis de jure civitatis.*

41. Παρονομασίαν. Παρονομασία, verbi parva immutatio, in literâ posita. *Ernest. in Clave.*

42. *Nobiliorem.* M. Fulvius Nobilior clarissimis reip. magistratibus egregie functus, proconsul de Ætolis triumphavit anno U. C. DLXVII. ante Christum CLXXXVII. *Proust.*

Ibid. *Nobiliorem.* Fulvium *Nobiliorem* (eum accusaverat Cato, eique ut probrum objecerat, quod poëtas in provinciam duxisset) *Mobiliorem* Cato appellavit, ejus levitatem notans, quod maximum apud Romanos crimen erat, studiosos gravitatis et constantiæ. *Turnebus.*

Ibid. *Nobiliorem.* Quinctilianus vi. 3. 53. hanc παρονομασίαν, quam vertit *nominum fictionem,* jure dicit esse frigidam; et crebrior illius usus indicat nimiam ingenii luxuriem lusumque, aut infantiam dicendi, aut corruptam litterarum ætatem, et parum judicii arte subacti. *Harl.*

43. *Deambulatum.* Reprehendebat, quod male esset Latine locutus, cum *ambulatum* dicere debuisset. Plerumque tamen composita idem quod simplicia significant, ut *deambulare* pro ambulare Cato dixerat Latine. *Turnebus.*

44. *Si tu.* Vereor, ut hoc integrum sit. nam non est hæc forma responsionis. *Ernest.*

45. *Interpretatio nominis.* Multa Cicero in Verrem, sed ut ab aliis dicta: modo futurum ut omnia verreret, cum diceretur Verres: modo Herculi quem expilaverat molestiorem apro Erymanthio fuisse: modo malum sacerdotem, qui tam nequam Verrem reliquisset, quia Sacerdoti Verres successerat. Fabius, lib. vi. cap. 3. *Proust.*

46. *Ego nuper, Nummium.* Lepide jocatus est Cæsar in Nummium divisorem, (erant autem divisores, qui ad emerenda populi suffragia pecuniam inter tribus viritim candidatorum nomine dividebant, quos Plautus Curiarum magistros vocat.) Quemadmodum Pyrrhus, inquiebat Cæsar, ad Trojam Neoptolemus est appellatus, quod juvenis ad bellum venisset: ita in campo Martio nomen invenit Nummius a nummis scilicet, quos ibi tribubus dividebat. *Proust.*

47. *Illum in campo Martio.* Romæ forum in campo Martio habebatur, ubi tabulæ nummulariorum erant, et ubi divisores nummum, s. pecuniam populo dividebant: a nummo igitur *Nummius* hic nomen suum traxisse jocose dicitur. *Pearce.* De pleonasmo τοῦ *illum,* more Græcorum, v. Jensii Lectt. Lucian. i. cap. 9. p. 101. *Harl.*

48. *Ut Statius Scauro.* Ed. s. l. et a. Lips. habent *Seius;* quod prætulerim, intellexerimque illum Seium, cujus est apud Cic. de Offic. II. 17. mentio. *Statium* quem intelligam, non habeo. *Ernest.*

Ibid. *Ut Statius Scauro.* Gellius, iv. 20. *Cæcilius quoque ille comœdiarum poëta inclytus, servus fuit, et propterea nomen habuit Statius.* Is forte, aut potius alius ejusdem nominis libertinus, Scauro stomachanti, paupertatem patris objecerat, qui, quamvis patricius et nobilis, carbonariam tamen exercuisset. Ex eo natam ferunt legem Liciniam et Mutiam, de regundis civibus, quæ bellum Italicum magna ex parte concitavit, quod qui vix liber esset et civis, aut ne civis quidem, tam superbe principem senatus appellasset. Huic usurpationi non admodum dissimilis est παρῳδία, cum versum paulum immutamus, aut ad versus poëtæ nobilis simillitudinem versum condimus, ut ad imitationem versuum Homeri Hegemon Thasius poëma totum (unde parodus poëta appellatus est) et Matron apud Athenæum, lib. iv. *Turnebus.*

Ibid. Socius *Scauro stomachanti.* Antiqui libri omnes, *Statius,* non *Socius.* Ex eo tamen, quod sequitur, legendum, *socius,* putavi: ex eo enim L. Crassus consul in *Socios* legem tulit, ut ab urbe Roma discederent, et in suas civitates redirent; quia moleste tulerat, principem senatus M. Æmilium Scaurum a socio contumeliose tracta-

sunt nonnulli, qui [49] tuam legem de civitate natam, Crasse, dicant:

[g] *St, tacete, quid hoc clamoris?* [50] *quibus nec mater, nec pater, Tanta confidentia estis? auferte istam enim superbiam.*

[h] Nam [51] in Cœlio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud, Antoni, cum ille a se pecuniam profectam diceret testis, et haberet filium [52] delicatiorem, abeunte jam illo,

[53] *Sentin' senem esse tactum triginta minis?*

In hoc genus conjiciuntur [54] proverbia: ut illud Scipionis, cum

[g] St, silete, cur sic clamatis? tantamne habent audaciam homines obscuro et incerto loco nati? [h] *nam ad refutandum quendam testem Cœlium, opportune usus es, Antoni, illo versiculo, cum ipse Cœlius testaretur pecuniam sibi clam ablatam esse a filio adolescente delicato et dissoluto, eamque datam ad corrumpendum judicium; cum Cœlius dicto testimonio discederet, dixisti illud, Advertis illi homini dolere sibi triginta minas extortas?*

tum. Hac de lege Pedianus et all. *Manutius.*

Ibid. *Ut Statius Scauro.* Wetzelius suspicatur, Statium Cæcilium esse, cap. 10. et sequentes versus bene convenire Statio, censet. Contra Schützius, "versiculi," ait, "qui sequuntur, sine dubio pertinent ad homines ignobiles, et obscuræ originis, qui se Romæ pro civibus gererent, quum non essent cives. Nullo modo igitur hi versus M. Æmilio Scauro objici poterant, qui erat princeps senatus et patricius nobilissimus, ut eum Cicero appellat pro Murena c. 7. quamquam ejus generis nobilitas per aliquod tempus oblitterata erat. Itaque transponantur nomina necesse est, *ut Scaurus Statio stomachanti.*" Conf. Müller l. c. p. 27. fin. *Harl.*

49. *Tuam legem de civitate.* L. Licinius Crassus, et Q. Mucius Scævola consules anno U. C. DCLIX. legem de civitate Liciniam Muciam tulere, ut Cicero testatur oratione pro C. Cornelio, reipub. non modo inutilem, sed etiam perniciosam. Pighius hæc ejus præcipua fuisse capita colligit, uti quæreretur in eos, qui non cives, se pro civibus gererent. Præterea, uti in civitates suas redirent etiam Romæ nati muneribusque civium functi, quorum majores juris Italici civitate Romana propter virtutem donati non fuissent. *Proust.*

50. *Quibus nec mater, nec pater.* h. e. qui ignoto et obscuro genere oriundi estis. Sic Horat. Serm. i. 6. 10. *nullis majoribus ortos* eos appellat, quorum majores nullis honoribus insigniti et ideo ignoti erant, [aut quorum capita in Censorum libris non comparent.] *Pearce.*

51. *In Cœlio.* Cœlius productus testis in Antonii litigatorem, qui contra legem pecuniam accepisse dicebatur, confirmavit, acceptam esse pecuniam, et a se profectam. Habebat enim filium delicatiorem, h. e. voluptatibus obsequentiorem, qui argentum extorserat seni. Quum discederet testis, qui reum læsisse videbatur, Antonius opportune ad elevandum senis testimonium usurpavit hunc senarium versum, quem fecit, alludens ad Terentii Phormionem: [forte v. 8. 49.] *Sentin'* etc. id ad causam utile fuit: visus est enim Cœlius non tam testimonium dicere, quam de suis incommodis queri. In Cœlio teste refutando, ad causam, quam susceperas, Antoni, utile fuit tum illud ridiculum positum in versu, quum Cœlius a se pecuniam profectam diceret testis, quæ ad reum pervenisset, et haberet filium delicatiorem, qualis fuit Cœlius, Ciceronis auditor, abeunte jam illo a subselliis, versum protulisti, *Sentin'* etc. *Strebæus.* Add. Schützii et Wetzelii notas. *Harl.*

52. *Delicatiorem. Delicatus,* mollis, effeminatus, libidini luxuive deditus. *Ernest. in Clave.*

53. *Sentin' senem.* Antonius orator censor factus de ambitu causam dixit, accusatus a M. Duronio. Cœlius, cujus filius erat intemperantior in libidines (eum enim hic delicatum vocat) pecuniam quandam a se profectam dicebat, qua corrupta essent ab Antonio suffragia: dixit Antonius ab adolescente in meretriculas insumptam emuncto patre, ut in comœdiis adolescentes facere solent. *Tangere* enim hic fallere et circumvenire est. Plautus, *Quia amare cernit, tangere hominem vult bolo.* Sic ferire dicebant, ut Terentius: *Ferietur alio munere Geta.* M. autem Antonius et L. Flaccus censores hunc Duronium postea senatu moverunt, quod legem de coercendis conviviorum sumptibus latam Trib. plebis abrogaverat. *Turnebus.*

54. *Proverbia.* Proverbium est, *Agas asellum, si bovem agere non queas,* quod tum de Claudio Asello, quocum gerebat inimicitias, usurpavit Scipio. Græce sic effertur, *εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἐλαυνέ γ' οὖν ὄνον,* quo monemur, ut si bubulci esse non possimus,

Asellus omnes provincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur, *Agas Asellum*, et cetera. Quare ea quoque, quoniam mutatis verbis non possunt retinere eandem venustatem, non in re, sed in verbis posita ducantur. Est etiam in verbo positum non insulsum genus, ex eo, [i] cum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare: ex quo uno genere totus est [55] Tutor, mimus vetus, oppido ridiculus. Sed [k] abeo a mimis: tantum genus hujus ridiculi insigni aliqua et nota re notari volo. Est autem ex hoc genere illud, quod tu, Crasse, nuper ei, qui te rogasset, [56] num tibi molestus esset futurus, si ad te [57] bene ante lucem venisset: *Tu vero*, inquisti, *molestus non eris: Jubebis igitur te*, inquit, [l] *suscitari?* et tu, *Certe negaram te molestum futurum.* Ex eodem hoc vetus illud est, quod aiunt [58] [m] Maluginensem illum M. Scipionem, [n] cum [59] ex centuria sua renuntiaret [60] Acidinum consulem, præcoque dixisset, *Dic* [61] *de*

[i] *cum aliquis fingit se verba tantum spectare, non ejus mentem a quo proferuntur.* [k] *non immoror in iis ridiculis quibus mimi delectantur, ago tantum de illis quæ oratori et homini liberali conveniunt.* [l] e somno *excitari.* [m] *respondisse.* [n] *cum præco declararet electum esse a sua centuria consulem Acidinum, et* Maluginensem alloquens *dixisset, Dic,* &c.

nec queamus vel plaustrum vel aratrum agere, asinarii simus saltem. Significavit ab imperatoribus eum inopia meliorum ductum fuisse; nec tam ductum militem ab imperatore, quam asinum ab agasone actum esse. Nonnulli hic, *Agaso asellum*, legunt eodem sensu, quod ab asinariis potius quam imperatoribus ductus sit: sed, nisi fallor, proverbium quod protuli, verissimum sensum aperit. *Turnebus.*

55. *Tutor.* Nomen comœdiæ ridiculæ, vel poëtæ, qui jocos et ridicula scripserat. *Proust.*

56. *Num tibi.* Quomodo venit in libros *non tibi*, quod manifeste falsum est, cum sit interrogatio; in qua necessaria est particula interrogandi? Nempe, quia infra vitium irrepserat *negaras*, pro *negaram*, quod in uno MS. repertum recte restituit Pearcius, estque etiam in MS. E. Ipse vel sine MS. restituissem. Nam Crassus negarat: *tu vero molestus non eris. Num* habent edd. pr. omnes, et MS. E. et alius Pearcii. *Ernest.*

Ibid. *Num—molestus.* Quamquam sermo in interrogatione est, tamen apparet a Cicerone scriptum fuisse *non*, alioqui non esset locus joco: dicebantque *non* interrogatione etiam, ut in negatione. Quod autem percontator dixerat interrogando, quasi inficiando dictum accepit Crassus, verba, non sententiam secutus. *Turnebus.*

57. *Bene ante lucem. Bene* aliquando suspectum fuit. Sed videtur *mane* excidisse: *bene mane ante lucem;* idem Gulielmio in mentem venisse video; qui et *ante lucem* delet. *Ernest.*

58. *Maluginensem.* M. Cornelius Scipio Maluginensis quæstor fuit anno U. C. DLXXI. et prætor anno DLXXVI. *Proust.*

59. *Ex centuria sua renuntiaret.* i. e. declararet, suam centuriam suffragatam esse, ut L. Manlius Acidinus esset consul. *Pearce.* Atque ille cum Q. Fulvio Flacco consul fuit A. U. C. 573. *Harl.*

60. *Acidinum.* Qui renunciatus fuit consul anno U. C. DLXXV. ante Christum CLXXIX. *Proust.*

61. *De L. Manlio.* Comitiis centuriatis consules et prætores creabantur. Consul autem factus est L. Manlius Acidinus cum Q. Fulvio Flacco, anno U. C. DLXXIV. quamquam alii etiam forte Acidini ante consulatum sunt adepti de quibus jocus forte accipi possit. In comitiis autem rogatores dicebantur consules, qui comitia habebant: sed et illi qui in centuria aliqua suffragia rogabant et renunciabant consuli comitia habenti interrogante præcone, ut tum Scipio Maluginensis in sua centuria fuit. Meminit etiam Livius M. Cornelii Maluginensis, lib. iv. qui consul fuit cum L. Papirio Crasso, multis ante hujus ætatem seculis, si de eo Manlio, quem dixi, jocum interpreteris. Ac voce tum suffragia, non tabella ferebantur, nondum latis legibus tabellariis. Rogatores autem renunciatores centuriarum fuisse, ita docet Cicero, lib. ii. de Divin. *Quos cum Tib. Gracchus propter mortem repentinam ejus qui in prærogativa referenda subito concidisset, in senatum introduxisset, non justum rogatorem comitiorum fuisse dixerunt. Primum vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. Is enim erat mortuus.* Sed et consul renunciabat, ut Cicero Murænam re renunciasse dixit. Præco etiam populo renunciabat quem centuria quæque relata et renunciata a rogatoribus consuli consulem faceret. Cum ergo Maluginensis a præcone rogaretur, ut candidato L. Manlio diceret, quid ipsius centuria cen-

L. Manlio: Virum bonum, inquit, [62] *egregiumque civem esse arbitror.* Ridicule etiam illud. [63] L. Porcius Nasica censori Catoni, cum ille, [64] *Ex tui animi sententia tu uxorem habes? Non hercule*, inquit, *ex mei animi sententia.* Hæc aut frigida sunt, aut tum salsa, cum aliud est exspectatum. natura enim nos (ut ante dixi) noster delectat error: ex quo, cum quasi decepti sumus exspectatione, ridemus.

(65.) [o] In verbis etiam illa sunt, quæ aut ex [65] immutata oratione ducuntur, aut ex unius verbi translatione, aut ex inversione verborum. [66] Ex immutatione; ut olim [67] Rusca cum legem ferret [68] [p] annalem, [q] dissuasor M. Servilius, *Dic mihi*, inquit, *M. Pinari, num, si*

[o] *joci in verbis oriuntur vel ab allegoria* (quæ est metaphora continuata, cum aliqua tota sententia a proprio sensu ad alienum ob similitudinem aliquam et proportionem transfertur) *vel ex metaphora quæ uno verbo sit.* [p] *quæ certos annos constituit, quibus magistratus geri possint.* [q] *qui persuadere conabatur ejusmodi annos non esse statuendos capiendis honoribus.*

suisset, ille tamquam non de renunciatione interrogatus esset, sed de Manlii moribus, respondit, *Virum bonum et egregium civem esse reor.* Quod eo festivius est, quia non tantum de hominum moribus, sed et de candidatis ea verba vulgo usurpare solebant. *Turnebus.*

62. *Egregiumque.* Ex eo jocus est, quod *egregius* significat et *præclarus* et *e grege ductus.* Nempe Scipioni illi videbatur Manlius dignus, qui e centuria sua, tanquam e grege, educeretur ad Consulatum. *Pearce.* Ab hujus autem interpretatione discedit Schutzius, et, "nempe," inquit, "Scipio Maluginensis simulabat, se non intellexisse, quid sibi vellet præco, quum diceret: *Dic de L. Manlio.* Ridicule igitur respondit: *Virum bonum egregiumque civem esse arbitror;* quum respondere deberet: *Consulem eum renuntio:*" Idem V. C. acute addit, dum, "hic jocus," ait, "valde frigidus fuisset et intempestivus, nisi forte Scipio ille consulatum Manlio Acidino invidit, et hoc dicere voluit: est quidem bonus et egregius civis, ut privatus, non tamen summo magistratui idoneus." *Harl.*

63. *L. Porcius Nasica censori Catoni, cum ille.* Hic quidem vitium inest. Nasicæ non sunt e Porciis, sed Catones. Ergo sic, opinor, fuit: *L. N. censori Porcio Catoni*, vel *Censori P. C. L. N.* Ita melius conveniet *cum ille. Ernest.*

64. *Ex animi tui sententia, Tu uxorem habes.* Interpunctione mutata recte jocum hunc sic explicat Lipsius. Censores cum lustrum conderent diligenter cavebant, nequis civis sine uxore esset. Cicero de Legibus censorum officia describens, *cœlibes*, inquit, *esse prohibento.* Solebant porro in exigendo jurejurando hæc verba præmittere: *Ex animi tui sententia:* id est, responde ad id quod rogabo, ita ut sentis: ac deinde addebant, Tu equum habes? aut tu uxorem habes? Quod idem in omni juramento servatum auctor Cicero in Academicis. Hinc facilis hujus loci interpretatio. Cum enim censor Cato in lustro condendo a nescio quo Nasica solemnibus verbis de more petiisset, *Ex animi tui sententia*, dic videlicet, *Tu uxorem habes?* ille intempestive dicax, et in alium sensum verba censoris detorquens respondit, *non hercle ex animi mei sententia.* Quasi censor non rogasset utrum uxorem haberet, sed utrum morigeram et bonam, et ex animi sui sententia haberet. Quis iste fuerit L. Nasica incertum: censorem autem cui id contigit fuisse M. Catonem illum censorium Lipsius existimat. *Proust.*

65. *Immutata oratione.* Sic allegoriam convertit, quæ non in verbo, sed oratione posita est. Lib. iii. de Oratore, traductionem et immutationem vocat, quam Græci ὑπαλλαγὴν appellant. Hæc immutatio orationis, *permutatio* ad Herennium dicitur. *Turnebus.*

66. *Ex immutatione.* i. e. ἀλληγορίᾳ, ut patet exemplo, *ut sem. f. ita metes. Verba immutata* sunt translationes, tropi: at *oratio immutata*, cum tota est tropica, id est, in allegoria. Or. 27. *cum fluxerunt plures continuæ translationes, alia plane fit oratio.* Quintil. VIII. 6. *inversionem* vertit. Ceterum forma narrationis vix sine vitio est. *Ernest.*

67. *Rusca.* M. Pinarius Rusca legem annalem, de qua nihil exstat, tulit tribunus plebis anno U. C. DCXXIII. ante Christum CXXXI. *Proust.*

68. *Annalem. Annales* (leges) sunt, quibus constitutum, quo anno cuique magistratus petere liceret: quo si quis creatur, v. c. Consul, *anno suo* Consul factus esse dicitur, vid. Agr. II. 2. Eas leges attulit ambitio, ut gradus essent petitionis. Tulit primus accuratius *Villius*, tribunus pl. A. Postumio Albino et Q. Fulvio Flacco Cos. qui inde *Annalis* dictus est, quod nomen familiæ

contra te dixero, mihi male dicturus es, ut ceteris fecisti? [69] *Ut* [r] *sementem feceris, ita metes,* inquit. Ex translatione autem, ut, cum [70] Scipio ille major Corinthiis statuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum essent imperatorum, [71] *turmales* dixit *displicere.* [72] Invertuntur autem verba, ut, Crassus apud M. Perpernam judicem pro Aculeone cum diceret, [s] aderat contra Aculeonem Gratidiano [73] L. Ælius Lamia, deformis, ut nostis: qui [t] cum interpellaret odiose: *Audiamus,* inquit, *pulcellum puerum;* Crassus. Cum esset arrisum, [u] *Non potui mihi,* inquit Lamia, *formam ipse fingere: ingenium potui.* [x] Tum hic, *Audiamus,* inquit, *disertum,* multo etiam arrisum est vehementius. Sunt etiam [y] illa venusta, ut in gravibus sententiis, sic in facetiis. Dixi enim dudum, materiam aliam esse joci, aliam severitatis: [z] gravium autem, et jocorum unam esse rationem. Ornant igitur imprimis orationem [74] verba [a] relata contrarie; quod idem genus sæpe est etiam facetum; ut, Servius ille Galba cum judices [75] L. Scribonio tribuno plebis ferret familiares suos, et dix-

[r] *si maledicas mihi, tibi quoque ut cæteris maledicturus sum.* [s] *Gratidianum, qui litigabat cum Aculeone, defendebat* patronus quidam *L. Helvius Lamia.* [t] *cum Crassum pro Aculeone dicentem moleste interpellaret.* [u] *non potui me ipse pulchrum facere, potui eloquentem et ingeniosum.* [x] *tum* exclamavit *Crassus.* [y] illæ figuræ, immutationes, metaphoræ, &c. [z] *exornationem et easdem figuras et jocis et severitati servire.* [a] *ex adverso opposita.*

hæsit. Liv. l. xl. c. 44. et Manut. de Legg. c. 6. Nam etsi Livius l. c. primum ab eo de ea re latum esse dicit: tamen idem jam ante eum de tempore honorum petendorum leges fuisse, dubitare nos non sinit xxv. 2. Sed anni singulorum non definiti erant, ut lege Villii, verum universe, quæ ætas matura esset honoribus petendis. Vid. Sigonius et Pighius, inpr. Dukerus ad Liv. lib. i. c. c. anni autem constituti sunt Villia lege, quæsturæ 31. ædilitati 37. præturæ 40. consulatui 43. Nam his annis Cicero hos magistratus gessit, qui, *suo* se quemque *anno* gessisse, prædicat: nec audiendi, qui aut annum 27. ut Zamoscius de Senat. p. m. 25. aut annum 25. ponunt, ut Dodwell. Præl. Camb. Dicuntur hæ leges etiam *Annariæ* apud Festum et Lamprid. in commodo c. 2. *Annalem* tulit etiam M. Pinarius Rusca trib. pl. ex qua nihil restat: nec ætas ejus satis certa. *Ernest. in Clave.*

69. *Ut sementem.* Expressit Græcum proverbium cujus meminit Aristoteles Rhetor. iii. 3. Σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας. *Ursinus.*

70. *Scipio ille major,* Africani cognomentum consecutus est, Asdrubale Carthaginiensi, et Siphace Numidiæ rege iterum debellatis. Accusatus de capta ab Antiocho pecunia ad pacis leges ferendas, adversariorum invidiæ cessit, et Liternum in Campaniam se transtulit, ibique obiit anno U. C. DLXX. ante Christum CLXXXIV. *Livius, Plutarchus,* &c. *Proust.*

71. *Turmales.* Statuæ turmales proprie dicuntur, et translate. Proprie dictæ sunt statuæ equestres: nam turmæ sunt equitum non peditum. Improprie et translatitie dicuntur gregales et in turba collocatæ, cujusmodi non expetebat Scipio. *Strebæus.*

72. *Invertuntur autem verba.* "*Inversionem,*" ait Schütz. "h. l. possis intelligere sic, quum quis, id quod in alium jecerat dictum, reprehensus ab eo, quasi corrigit, et invertendo magis ridiculum facit. Sed magis appositum est de ironico verborum *pulcellum* et *disertum* usu accipere." Tum postquam explicationem Strebæi, cui anceps visa est vocabuli *inversio* notio, quum ipse partim ad εἰρωνείαν, partim ad correctionem traheret, ita attulit, ut dissentiret, pergit: "Ciceronem tamen unice de εἰρωνείᾳ intellexisse, qua verba sic ponuntur, ut contrarium intelligi debeat, plane perspicitur e cap. 67. ubi de εἰρωνείᾳ vel *dissimulatione,* quæ est in perpetua oratione, non in singulis verbis, agit, et *urbana etiam dissimulatio* est, quum alia dicuntur, ac sentias, non illo genere, de quo ante dixi, quum *contraria dicas,* ut Lamiæ Crassus." *Harl.*

73. *L. Ælius Lamia.* Sic edidimus cum Pearcio, ut voluit Pighius. Nam omnes Lamiæ sunt ex Æliis. v. Clav. Edd. pr. *Helalius,* unde *L. Ælius* fieri debebat, non *Helmius* aut *Helvius. Ernest.*

74. *Verba relata contrarie,* est genus ridiculi, cum ei, qui nos lacessit, eodem modo respondetur: exemplum vid. l. c. *Ernest. in Clave.*

75. *Scribonio.* Magnas inter se simul-

isset Libo, [76] *Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis? Cum tu,* inquit, *de cubiculo alieno.* A quo genere [77] ne illud quidem plurimum distat, quod Glaucia Metello; [78] *Villam in Tiburte habes,* [79] *cortem in Palatio.*

(66.) Ac verborum quidem genera quæ essent faceta, dixisse me puto: rerum plura sunt, eaque magis (ut dixi ante) ridentur: in quibus est narratio; res sane difficilis. Exprimenda enim sunt, et ponenda ante oculos ea, quæ [80] videantur esse verisimilia,

tates et odia exercuerunt Galba orator et Scribonius Libo, adeo ut tribunus tandem Libo in eum rogationem ferret privilegii similem, quod Lusitanorum magnam manum perfidiose interemisset, tribunitiæ actioni Catone subscribente, qua de re in Bruto scribitur. In quadam igitur altercatione, ac forte in concione, Galba de Libone conquerens, et in eum invehens, postremo judices ferebat: quod solent homines facere in magna causæ fiducia adversarium provocantes, cum aut judicem ei ferunt, aut ab eo petunt. Ferebat autem, id est, offerebat, et dabat ei Galba familiares suos, quibuscum esset epulari solitus. *Suum* et *alienum* contrarie relata sunt. Cubiculum alienum dicit objiciens ei adulteria. *Turnebus.*

76. *Quando tandem—de triclinio tuo exibis?* i. e. quando tandem judices mihi feres, qui non sunt tui familiares et convivæ, qui tecum una in triclinio tuo epulari non solent. Porro, in iis, quæ Galba respondit, intelligi voluit, Libonem fuisse mœchum. *Pearce.*

77. *Ne illud quidem plurimum distat. Plurimum* pro *multum* nondum alibi apud Ciceronem reperi. suspectum mihi est. *Ernest.*

78. *Villam in Tiburte.* Villæ Tiburtinæ in maximo erant pretio, adeo ut doleat Catullo suum fundum Sabinum, potius quam Tiburtem, dici;

O funde noster, seu Sabine, seu Tiburs:
Nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est
Cordi Catullum lædere: at quibus cordi est
Quovis Sabinum pignore esse contendunt.

Illic villam habebat magnificentissimam et elegantissimam, ideoque invidiosam Metellus. Ergo Glaucia vir improbissimus objicit illi invidiose villam Tiburtinam, ut et infra Cæsar. *Ego vero, inquam, a porta Exquilina video villam tuam.* Idem Metellus in Palatio habitabat, ubi, ut ex oratione pro Cœlio intelligi potest, Metellorum domus fuit: cumque *cors* villæ sit, non domus, in qua *impluvium* dicitur potius, illum dicit cortem habere in Palatio, ei objiciens crimen affectati regni. Cortem enim hominum intelligit. Palatio autem occupato Romam fere habere potuisset in potestate. Itaque periculosis temporibus ei præsidium imponebatur. Cicero in Catilinam, I. 1. *Nihil te nocturnum præsidium Palatii.* In Metellum autem Numidicum istud dictum est, qui exulare maluit quam in Saturnini leges jurare. Glaucia Saturnini factionem sequebatur. *Turnebus.*

79. *Cortem in Palatio.* Cn. Apuleius Saturninus, Tribunus plebis seditiosus ac turbulentus, cum legem agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, eo quod in eam minime jurasset, diem dixit. Qui cum a bonis civibus defenderetur, ne causa malorum certaminum esset, in voluntarium exilium Rhodum profectus est. Hæc ex Floro, lib. iii. c. 16. Qui defendebant Metellum et vim parabant, conveniebant in palatium, Consulesque vocabant adversus Saturninum, et Glauciam, Prætorem, socium ejusdem furoris. Quamobrem Glaucia homo dicax, et tum infestus Metello, *Villam,* inquit, *in Tiburte habes,* chortem *in palatio. Chortem* dixit ut cohortem, pro multitudine eorum qui conveniebant in unum, quo Metellum tuerentur. Est autem *chors,* spatium intra villæ maceriem. Varro, *de Re Rust.* Chortem barbari *curiam* vocant. A chorte dicta est *cohors,* quæ est decima pars legionis, et aliquando incerta multitudo. Usus est Glaucia translatione. Transtulit enim chortem villicam ad significandum hominum cohortem, ut sit sensus: Qui villas habent, in illis habent chortes, in quibus aves et pecudes alunt. Tu vero villam in agro habes, chortem Romæ in Palatio. *Strebæus.*

Ibid. *Cortem in Palatio,* i. e. villam habes, Metelle, ornatissime exstructam rure in Tiburte oppido; in *Palatio* vero, (hoc est, in urbe Roma,) domum habes vilem, et *cortis* seu tugurioli instar ædificatam. Vox *cors* contracta est ex voce *cohors,* unde rectius forsitan scribas *chors,* quam *cors.* Ista vero *chors* vel *cors* fuit septum in villa, et eam Varro lib. iv. (de L. L. p. 22. ex Steph.) ita dictam putat, *quod circa eum locum pecus* coërceatur. Fuit vel ovium, vel boum, vel aliorum animalium; unde Ovid. in Fast. iv. 704. de vulpe, quæ gallinas pullosque rapuerat, dicit:

Abstulerat multas illa cohortis aves.
Pearce.

80. *Videantur esse verisim.* Sic edd. pr. pleræque pro vulgato *et.* restituitque jam Pearcius. *Ernest.*

quod est proprium narrationis, et quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia: cujus exemplum, ut brevissimum, sit sane illud, quod [81] ante posui, [82] Crassi de Memmio. Et ad hoc genus adscribamus etiam narrationes [83] apologorum. Trahitur etiam aliquid ex historia, ut, cum [84] Sex. Titius se [85] Cassandram esse diceret, *Multos*, inquit Antonius, *possum tuos Ajaces Oileos nominare*. Est etiam ex similitudine: quæ aut [b] collationem habet, aut tamquam imaginem. Collationem: ut ille [86] Gallus olim testis in Pisonem, cum innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam, idque Scaurus [c] tenuitate Magii redargueret: *Erras*, inquit, *Scaure*, [d] *ego enim Magium non conservasse dico, sed* [87] *tamquam nudus nuces legeret*, [88] *in ventre abstulisse:* [89] ut ille M.

[b] *comparationem* cum alia re. [c] *probare contenderet non esse tantam pecuniæ vim datam Magio, quippe qui egenus foret.* [d] *dico Magium similem illi fuisse, qui cum nudus sit, legit nuces, quas in ventrem abdit, cum veste careat, in qua eas colligat: ita Magius omnem illam pecuniam absumsit compotationibus, et in ventrem dimisit.*

81. *Ante posui.* Scilicet hujus libri cap. 59. *Proust.*

82. *Crassi de Memmio.* v. c. 59.

83. *Apologorum.* Apologorum sive fabularum inventio refertur ad Æsopum, qui sive non auderet aperte verum loqui vir servili conditione, sive facilius percipi crederet quod festive doceretur, primus philosophari ridendo instituit, rebusque mutis sensum et animalibus sermonem affinxit. Scite et eleganter Phædrus lib. III.

Nunc fabularum cur sit inventum genus,
Brevi docebo: Servitus obnoxia
Quia quæ volebat, non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas transtulit,
Calumniamque fictis elusit jocis.
Proust.

84. *Sex. Titius.* Seditiosus ac turbulentus tribunus plebis anno U. C. DCLIII. ante Christum CI. quem mordacissimo joco Antonius carpsit. Cum enim ille jactabundus Cassandram se diceret, quasi qui vera quidem, sed non credenda perituræ civitati prædiceret; Multos, inquit Antonius, possum appellare tuos Ajaces Oileos, hoc dicterio impurissimos ejus mores configens. Cassandram enim Priami filiam, cujus veris vaticiniis nulla fides habebatur, Ajax filius Oilei in templo Minervæ violaverat. *Proust.*

85. *Cassandram.* Ista se vaticinatam esse dicebat, sed neminem credidisse. Nec enim Trojani fidem habebant Cassandræ vati. Propertius, III. 13, 62.

Vera loquor, sed nulla fides: neque enim Ilia quondam
Verax Pergameis Mænas habenda viris.

Quod et a Marone scribitur. Eam Ajax Oilei filius capta Troja in templo Minervæ constupravit, ut multi poëtæ canunt: quod tamen Homerus non scribit, aliamque affert naufragii Græcorum causam, ut auctor est Strabo. Objicit autem istam obscœnitatem Titio Antonius propter mollitiem fracti et soluti gestus et viro indigni: adeo ut ex ejus nomine saltatio quædam mollis et delicata *Titius* diceretur. In Sextum Titium virum turbulentum et seditiosum se testimonium accuratissime dixisse, narrat hoc libro secundo Antonius. *Turnebus.*

86. *Gallus olim testis.* Confirmabat innumerabilem ab illo pecuniam Magio præfecto per corruptelam esse datam. Scaurus, qui patronus aderat Pisoni, testimonium refellere conabatur tenuitate, id est paupertate Magii: non esse verisimile, eum qui innumerabilem pecuniam recepisset, tam pauperem esse. Tum Gallus facete, *Erras*, inquit, *Scaure, in hac tua refutatione. Ego enim Magium non conservasse pecuniam dico, sed tamquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse.* Qui nuces legit, id est, colligit nudus, non potest auferre vel in sinum, vel in manicas; mittit in ventrem. Sic ille Magius in compotando omnem pecuniam dicebatur absumpsisse. *Strebæus.*

87. *Tanquam nudus.* Hic locus a collatione sive comparatione ducitur: Magius enim, qui compotando dicebatur omnem absumpsisse pecuniam, cum eo confertur, qui nudus in ventrem nuces demittit.— *Proust.*

88. *In ventre abstulisse.* Sic ed. W. quod prætuli vulgatæ, *in ventrem;* cujus lectionis auctores non intellexere dictum. Sicut nudus, cum nuces legit, non potest eas abscondere et domum auferre: sed tantum aufert, quantum in ventrem condidit, adeoque *in ventre* aufert nuces: sic Magius ille, cum omnia abliguriret, *in ventre abstulit* illas pecunias. Nihil certius aut evidentius. *Ernest.*

89. *Ut illud.* Int. dictum: at Cicero scripsit sine dubio, ut *ille* Cic. Sicut supra *ut ille Gallus.* Deberet enim esse *Ciceronis*, &c. Non dubitavi in textum recipere. Ciceronem intellige nostri avum, ut bene docet Corradus in Quæst. qui de eo adeundus. *Ernest.*

Cicero senex, [e] hujus viri optimi, nostri familiaris, pater, *nostros homines similes esse* [90] [f] *Syrorum venalium: ut quisque* [91] *optime Græce sciret, ita esse nequissimum.* Valde autem ridentur etiam [92] imagines, quæ fere in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum similitudine turpioris: ut meum illud in [93] Helvium Manciam, *Jam ostendam, cujusmodi sis:* cum ille, *Ostende, quæso;* demonstravi digito [94] pictum Gallum in [95] Mariano scuto [96] Cimbrico, [97] sub Novis, distortum, [g] ejecta lingua, buccis fluenti-

[e] M. Tullii Ciceronis oratoris. [f] *servorum qui e Syria advehebantur*, ut Romæ venderentur. [g] *lingua projecta extra os, buccis turpiter inflatis.*

90. *Syrorum.* Quæ gens alibi dicitur a Tullio nata servituti. Hinc apud comicos Syri nomen servis datum. *Proust.*

Ibid. *Syrorum venalium——esse nequissimum.* Turnebi expositio, quæ mihi apta veraque esse videtur, hæc est: "Prædones Cilices oram Syriæ infestam habebant, et prædas illinc agebant, captaque corpora Delum deportabant ad mercatum, unde Romani emebant. Qui autem Syri optime loquebantur Græce, diu servierant in Græcia, veteratoresque et nequam evaserant, nec novitii erant; sed quod servituti diuturnæ, quæ improbos et callidos reddit, attribuendum fuit, id in Græcorum mores conferebat Cicero avus, qui infestus Græcis fuisse videtur, non multo secus, ac Cato Censorius." *Harl.*

91. *Optime Græce.* Apud veteres Romanos male audiebant, quibus erat frequentius cum Græcis commercium: quippe quorum si disciplinas non omnino respuerent, at loquacitatem, ignaviam, et adulationem pessime oderant. Proclive est autem existimare ab eorum te moribus non abhorrere, quorum doctrinas studiosius persequeris. *Proust.*

92. *Imigines—in deformitatem.* Qualis est elegans illa Martialis,

Cum sint crura tibi, simulent quæ cornua lunæ. Proust.

93. *Helvium Manciam.* Recepi et ipse post Pearcium *Helvium*, ut volebat Ursinus. v. *Clav.* Etiam ap. Quintil. VI. 4. quidam libri habent *Helmium* pro *Helvium*. *Ernest.*

94. *Pictum Gallum.* Tabernæ erant circa forum, inquit Fabius: et scutum illud signi causa positum. Marianum autem scutum Cimbricum vocat, propterea quod Cimbris nuper a Mario victis, in memoriam victoriæ dominus tabernæ scutum suspenderat, sic pictum pro tabernæ signo. Solebant etiam ad pompam triumphi ornandam multa hujusmodi scuta traduci, et in foro poni. Scutum igitur pendebat in taberna pro signo, in quo Gallus linguam ejiciebat, id est, exerebat. Sic enim in contumeliam et deformitatem eum fœde pinxerant: fortasse etiam quod in historia scriptum scirent, Gallum qui cum Torquato pugnasset, linguam exeruisse. Livius, *Armatum adornatumque adversus Gallum stolide lætum, et (quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est) linguam etiam ab irrisu exerentem, producunt.* Plinius, XXXV. 4. hunc jocum non Julio, sed Crasso tribuit, nec scutum, sed tabulam nominat. Sic enim scribit, *Hinc ille Crassi oratoris lepos agentis sub veteribus, cum testis compellatus instaret:* Dic ergo, Crasse, qualem me reris? *Talem*, inquit, ostendens in tabula pictum infecetissime Gallum exerentem linguam. *Turnebus.*

Ibid. *Gallus distortus, ejecta lingua, buccis* fluentibus. h. e. ut alii loquuntur, *labentibus*, propter vim morbi, aut senectutem, aut corpus male quacunque de re constitutum. v. Gronov. ad Senec. Hippol. v. 364. et Jntt. ad Suet. Aug. 99. *Ernest. in Clave.*

95. *Mariano scuto C.* Pighius ad a. 392. corrigit *Manliano*, quem vide de toto loco, diligenter comparato cum locis Plinii et Quintiliani de eadem re. Vulgatum verum puto, propter verbum *Cimbrico:* quamquam et Manlius cum Cimbris bellavit, etsi infeliciter. *Ernest.*

96. *Cimbrico.* Cimbri populi Germaniæ maxime ad Septentrionem. *Proust.*

97. *Sub Novis.* Plinius eandem rem narrans habet *sub veteribus.* Edd. pr. *sub nodis*, ut MS. E. *Sub Novis* correxit Lambinus. de dissensu Cic. et Plinii v. Gesnerum ad Quintil. l. c. *Ernest.*

Ibid. *Sub Novis.* Erant in foro tabernæ Novæ et Veteres. Cæsar orator agebat sub Veteribus: ex adverso erat sub Novis Marianum scutum Cimbricum. Varro, lib. v. *Sub Novis, dicta pars in foro ædificiorum:* et Plin. lib. XXXV. 4. hac ipsa de re sic: *Hinc ille L. Crassi oratoris lepos, agentis sub Veteribus, cum testis compellatus instaret: dic ergo, Crasse, qualem me reris? Talem, inquit, ostendens in tabula pictum inficetissime Gallum exerentem linguam.* Quo loco memoria lapsus Plinius Crassum nominavit pro Cæsare; is enim ea recitat in hoc, lib. ii. 64. de Orat. *Manutius.*

Ibid. *Sub* Novis. intell. tabernis argentariis. Fuit pars fori Romani, cujus passim

bus: risus est commotus: nihil tam Manciæ simile visum est: ut cum [98] Tito Pinario, mentum in dicendo intorqueti, *tum ut diceret, si quid vellet, si nucem fregisset.* Etiam illa, quæ [99] minuendi, aut [1] augendi causa ad incredibilem admirationem [i] efferuntur: velut tu, Crasse, in concione, *ita sibi ipsum magnum videri* [2] *Memmium, ut in forum* [3] *descendens caput* [4 k] *ad fornicem Fabii demitteret.* Ex quo genere etiam illud est, quod Scipio apud Numantiam, cum stomacharetur cum [5] C. Metello, dixisse dicitur, *Si quintum pareret mater*

[i] *exprimuntur.* [k] *ad* præcelsum *Fabii fornicem caput inclinaret.*

mentio apud veteres. v. P. Fabr. ad Acad. iv. 22. et Drakenb. ad Liv. xxvi. 27. xliv. 17. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Sub Novis.* M. Varrone teste lib. v. de Latina lingua, sub Novis dicta est pars in foro Romano ædificiorum pervetusto vocabulo, ut et via nova, a tabernis nempe novis. In plerisque editionibus *sub nodis* legitur, quasi vinculis, quibus ille Gallus ut captivus alligatus pingebatur. Refert loco citato Plin. tabulam illam *sub Veteribus*, nempe fori porticibus, tam facili, ut opinamur, memoriæ lapsu, quam cum ibidem jocum hunc Cæsaris Crasso tribuit. *Proust.*

98. *Tito Pinario.* Sic Ursinus correxit pro *Testio.* vere. Nulla *Testia* familia unquam Romæ fuit: nec duplex nomen gentile his temporibus ulli usurpatum. Scriptum fuit explanate *Tito:* inde factum *Tertio, Testio, Cestio,* ut in MS. E. *Ernest.*

99. *Minuendi.* Non minus lepidum est quod rem incredibiliter imminuit, quam quod auget. Facetum est illud Ciceronis, qui cum Lentulum generum suum, exiguæ staturæ hominem, longo gladio accinctum vidisset, Quis, inquit, generum meum ad gladium alligavit. *Macrob.* lib. II. *Saturnal.* cap. 3. *Proust.*

1. *Augendi causa.* Cum quis utitur hyperbole, qualem adhibuit per jocum Cicero. Cum in ea provincia, quam Q. Frater rexerat, vidisset clypeatam imaginem ejus ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam; erat autem Quinctus ipse staturæ parvæ, ait: Frater meus dimidiatus major est quam totus. *Macrob. ibid. Proust.*

2. *Memmium—ad fornicem.* Memmius et prælongus fuit, et multum splendoris arrogabat sibi, quamvis parum saperet. Quinctil. vi. 3. 67.—*Fornix* (h. e. arcus in ædificio quodam) *Fabii* erat arcus, in quo Fabius, vir triumphalis, ad memoriam rerum gestarum in Allobroges spolia quædam suspenderat. *Harl.*

3. *Descendens. Descendere* dicuntur Romani honestiores, cum in forum, curiam, campum eunt, quod ii solebant in montibus habitare, qui salubrius habitabantur, ea loca autem in vallibus, inter montes, erant: item in universum, cum in publicum prodeunt. Phil. viii. 2. *Consul se cum præsidio* descensurum *dixit.* Rosc. A. 46. descendere *de palatio et ædibus suis.* Phil. ii. 6. *hodie non* descendit *Antonius.* Or. ii. 67. descendere *in forum.* Offic. iii. 26. Descendere *in rostra:* quamquam ibi Gronoviana habet, *escendere,* quod magis placet. Sed quoniam Romæ usitatum erat dicere *descendere in forum;* propterea etiam de aliis urbibus dicitur, ubi similis ratio non subest. Verr. ii. 38. *postridie mane descendit Verres;* sc. in forum Thermitanum. *Ernest. in Clave.*

4. *Fornicem Fabii. Fornix Fabianus* sæpe commemoratur, extructus a Q. Fabio Maximo Censore, qui Consul cum L. Opimio A. U. DCXXXII. Allobroges vicit; (v. Plin. vii. 50.) e quorum manubiis fornix extructus est. vid. Ascon. ad l. c. Ejus reliquiæ adhuc visuntur. v. Grævius ad Flor. III. 2. Sigonius ad ann. DCXXXII. disputat, hunc Fabium non esse *Æmilianum,* quod plerisque persuasum est. Sed Vellei. II. 10. diserte appellat *Paulli nepotem.* Plin. XXXIII. II. fratrem Africani min. vocat: quod esse non potest, si est Paulli nepos. Velleii auctoritas fastis firmatur. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Ad fornicem Fabii.* De homine prælongo interpretatur Fabius, VI. 3. hunc in modum: *Quale refert Cicero de Memmio homine prælongo, caput eum ad fornicem Fabii offendisse.* Sed censeam potius accipi debere de animi vitio, ut C. Memmium infestum patribus tam magnum sibi videri dicat, ut ad fornicem Fabii, qui altissimus erat, caput demittat. Sic enim reprehenduntur magni ejus spiritus, et notatur insolentia hominis sese efferentis supra modum. Ut ita intelligam, faciunt et verba Ciceronis scribentis ipsum Memmium ita sibi videri magnum, et historia. *Turnebus.*

5. *C. Metello.* Q. Metellus Macedonicus, ut refert Plutarchus libro de fortuna Romanorum, quatuor habuit filios consulares, Q. Balearicum, L. Diadematum, M. Metellum et C. Caprarium, quorum ut quisque cæteros ætate, sic ingenio superabat. Omnium igitur minime ingeniosus fuit C. Metellus, cujus tarditatem accusans Scipio aiebat, si mater ejus quintum pareret, asinum fuisse parituram; quasi ita obtusus fuisset Metel-

ejus, asinum fuisse parituram. Arguta etiam significatio est, cum parva re, et sæpe verbo res obscura et latens illustratur: ut, cum C. Fabricio [6] P. Cornelius, homo, ut existimabatur, avarus et furax, sed egregie fortis, et bonus imperator, gratias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno et gravi; [7] *Nihil est, quo mihi gratias agas*, inquit, *si malui compilari, quam venire:* ut [8] Asello Africanus, objicienti lustrum illud infelix, *Noli*, inquit, *mirari. is enim, qui te* [9] *ex ærariis exemit,* [10] *lustrum condidit, et taurum immolavit.* [11] Tanta suspicio est, ut [12] religione civitatem obstrinxisse videatur Mummius, quod Asellum [13] ignominia levarit.

lus, ut nullus nisi asinus ipsi posset esse inferior. *Proust.*

6. *Cornelius.* Eamdem rem memorant Quinctil. xii. 1. 43. et fusius A. Gellius N. A. iv. cap. 8. apud quos vero Fabricius non Cornelio Rufino, sed quibusdam id mirantibus respondisse dicitur, *a cive se spoliari malle, quam ab hoste venire.* Add. Valer. Maxim. ii. 9. ex. 4. ibique interpr.—*bello magno,* n. quod Pyrrhus in Italia gessit. *Harl.*

7. *Nihil est, quo m. g. a.* Ed. W. *quod,* usitatius. *Ernest.*

Ibid. *Nihil est, quod.* Ex cod. Guelf. C. et ed. Wald. *quod* pro vulgato, *quo,* cum Schütz. recepi, quia est usitatius.—*compilari.* h. e. diripi, spoliari.—*venire.* i. e. captivum fieri, et sub hasta ab hoste vendi. *Harl.*

8. *Asello.* Opinor hunc esse Claudium Asellum, Æmiliani Scipionis inimicum, de quo sic Gellius, lib. iii. 4. *In libris quos de vita P. Scipionis Africani compositos legimus, scriptum esse animadverti, P. Scipioni, Paulli filio, postquam de Pœnis triumphaverat, censorque fuerat, diem dictum esse ad populum a Claudio Asello tribuno pl. cui equum in censura ademerat; eumque cum esset reus neque barbam desisse radi, neque non candidâ veste uti, neque fuisse cultu solito reorum. Fortasse igitur, cum Scipio censor equum adimeret Asello; et ille quereretur, injuriam sibi fieri, quoniam pro rep. diu militasset: respondit Scipio,* Agas Asellum; *quod proverbium in viles homines, quorum opera esset inutilis, usurpari solebat. Hoc scilicet Scipio significabat:* diu eques militasti: nunc adempto tibi equo asellum agis. De hoc Asello ignominia levato ab altero censore, L. Mummio, infra. *Manutius.*

Ibid. *Asello Africanus.* Africanus et Mummius censuram simul gesserant, et lustrum conditum secuta fuerat gravis pestilentia. Asellus infamia notatus, postea a Mummio restitutus, inimico suo Africano, quasi calamitatis illius auctor fuisset, lustrum illud objecit, ut contumeliam retorqueret in ipsum Africanum, qui vero, *Noli,* inquit,—*ex ærariis exemit,* etc. is, qui te exemit, lustrum condidit. *Harl.*

9. *Ex ærariis exemit.* Censores malos cives sic notabant, ut, qui Senator esset, Senatu moveretur; qui Eques, equum publicum amitteret; qui vero Plebeius, fieret ærarius, nec esset in Albo centuriæ tamquam civis, sed tantummodo pro capite suo tributi nomine æra penderet. Si quis Plebeius hac ignominia levabatur, illum *ex ærariis eximi* Romani dicebant. *Strebæus.* Porro notandum est, morem fuisse Censoribus, taurum, ovem et suem immolare, quum lustrum conderent et finirent. *Pearce.*

10. *Lustrum condidit.* Censu peracto, immolatisque sue, ove, tauro, lustrum conditum dicebatur, quod in censendo finis esset factus: non autem semper acto censu lustrum condebatur. Nam si quid dirum, et ominosum, aut sinistrum accidisset, lustrum condi nefas erat. Livius, *Census actus eo anno: lustrum, propter Capitolium captum, consulem occisum, condi religiosum fuit.* Itaque census is, quo lustrum condebatur, ab Ulpiano census lustralis appellabatur. Significat igitur Scipio, civitati prope opus esse expiatione, quod cum Asellus exemptus sit ex ærariis, quod ominosum et dirum videri vult, conditum tamen lustrum sit: inde enim infelix lustrum et calamitosum fuisse, multumque mali postea reip. evenisse. Verba Africani de Mummio, quæ a Valerio scribuntur, hic adscribam: *Cum haberet,* inquit, *censuræ consortem Mummium, ut nobilem, ita enervis vitæ, pro Rostris dixit, se ex majestate reip. omnia gesturum, si sibi cives, vel dedissent collegam, vel non dedissent. Turnebus.*

11. *Tanta suspicio est.* Hæc non intelligo. Vereor, ut sint Ciceronis. Videntur quidem explicationem dicti habere debere. *Ernest.*

12. *Religione obstrinxisse.* Religione civitatem obstringere, est eum metum violatæ religionis incutere civibus, ut expiandam civitatem, et Deos esse placandos existiment. *Strebæus.*

13. *Ignominia.* Proprie dicitur: quoniam nota sive animadversio censoria in nomine tantum hærebat. *Harl.*

(67.) [1] Urbana etiam dissimulatio est, [m] cum alia dicuntur, ac sentias, non illo genere, de quo ante dixi, [14] cum contraria dicas, ut Lamiæ Crassus, sed cum toto genere orationis severe ludas, cum aliter sentias, ac loquare: ut noster [15] Scævola Septumuleio illi Anagnino, [n] cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum, roganti, ut se in Asiam præfectum duceret, [o] *Quid tibi vis*, inquit, *insane? tanta malorum est multitudo civium, ut tibi ego hoc confirmem, si Romæ manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum.* In hoc genere Fannius in annalibus suis Africanum hunc Æmilianum dicit fuisse, et eum Græco verbo appellat εἰρωνα: sed, uti ferunt, qui melius hæc norunt, Socratem opinor in hac ironia [16] dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus præstitisse. genus est perelegans, et cum gravitate salsum, cumque oratoriis [17] dictionibus, tum urbanis sermonibus accommodatum. Et hercule omnia hæc, quæ a me de facetiis disputantur, non majora forensium actionum, quam omnium sermonum condimenta sunt. Nam quod apud Catonem est, qui multa retulit, ex quibus a me exempli causa multa ponuntur, [p] per mihi scitum videtur, C. Publicium solitum dicere, *P. Mummium* [18] [q] *cuivis tempori hominem esse.* Sic profecto res se habet, nullum ut sit vitæ tempus, in quo non deceat leporem humanitatemque versari. Sed redeo ad cetera. Est huic finitimum dissimulationi, cum [19] honesto verbo vitiosa res appellatur: ut cum Africanus censor [r] tribu movebat eum centurionem, qui [20] in Paulli pugna non affuerat, cum ille se [s] custodiæ

[1] *faceta est ironia.* [m] *non cum verbum alteri verbo opponas*, v. g. si pulchellum appelles qui deformis est, *ut Crassus Lamiam; sed cum aliqua tota sententia et oratio in ironia versatur.* [n] *cui data erat pecunia ob interfectum Gracchum.* [o] *adeone lucri negligens es*, &c. [p] *videtur mihi perelegans.* [q] *quolibet loco ac tempore urbanum esse.* [r] *privabat jure suffragii cum cæteris civibus ferendi, et jure civitatis.* [s] *ut custodiret* castra.

14. *Cum contraria dicas.* Genus illud superius dicit, quo per inversionem quis jocatur, a quo ironiam hic distinguit, quam dissimulationem appellat, ac mox etiam dissimulantiam. Ea plurimum usus est Socrates in sermonibus, præsertim cum sophistis disputans. Nam de seipso detrahens, plurimum tribuebat iis quos valebat refellere. *Turnebus.*

15. *Scævola Septumuleio.* C. Gracchus, seditioso Tribunatu acto, cum Aventinum armata multitudine occupasset, L. Opimius Consul ex senatus consulto persequens illum, præmium pollicitus est ei, qui Tribuni caput auferret, ad seque deferret. Id fecit Septumuleius Anagninus, et aurum in præmium accepit. Cum Scævola in Asiam proficisceretur, et Anagninus rogaret ut eo se præfectum duceret: *Quid tibi vis*, inquit, &c. Videtur severe et graviter homini consulere, quem ut avarum crudelemque deludit, quia pro capite malorum civium velit aurum sibi rependi. *Strebæus.*

16. *Dissimulantia. Ironia et* dissimulantia: sc. ipsa *ironia* est *dissimulantia.* Ut ex Theophrasti Charact. c. 1. intelligi potest, et iis, quæ ibi Casaubonus. Aliis locis Cicero dissimulationem interpretatur. *Ernest. in Clave.*

17. *Dictionibus.* h. e. generibus dicendi. V. supra i. 6. *Harl.*

18. *Cuivis tempori.* Simile quiddam de Asinio Pollione refert Fabius hunc in modum: *Ut de Pollione Asinio seriis jocisque pariter accommodato dictum est, esse eum omnium horarum.* P. autem Mummius, lepidus et facetus cum esset, homo cuivis tempori a Publicio dictus est, quod in otio, in negotio; in rebus lætis, in asperis, jucundus hominibus esset, et cuicunque tempori aptus. *Turnebus.*

19. *Honesto verbo.* Huc referri potest illud Ciceronis dicterium. Insimulatur adolescens quidam, quod venenum dedisset patri in placentâ: jactabat se ferocius, et Ciceroni contumelias ac maledicta minabatur. Cui Cicero, Hoc, inquit, malo a te, quam placentam. *Plutarch. in Cicerone.* Placentæ nomine venenum scite dissimulabat. *Proust.*

20. *In Paulli pugna.* De clade, ut opinor, Cannensi loquitur, qua L. Æmilius

causa diceret in castris remansisse, quæreretque cur ab eo [t] notaretur; *Non amo*, inquit, *nimium diligentes*. Acutum etiam illud est, [21] cum ex alterius oratione aliud [u] excipias, atque ille vult; ut [22] Salinatori [23] Maximus, [24] [x] cum, Tarento amisso, arcem tamen Livius retinuisset, multaque ex ea prælia præclara fecisset, cum aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset, rogaretque eum Salinator, ut meminisset, opera sua se Tarentum recepisse; *Quidni*, inquit, *meminerim? numquam enim recepissem, nisi tu perdidisses*. Sunt etiam illa [y] subabsurda, sed eo ipso nomine sæpe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis:

[25] [z] *Homo fatuus,*
Postquam [26] *rem habere cœpit, est mortuus.*
[27] [a] *Quid est tibi*
Ista mulier? · Uxor. [28] *Similis medius fidius. et*
Quamdiu ad [29] *aquas fuit, numquam est mortuus.*

[t] *ignominia afficeretur.* [u] *resumas.* [x] *cum Livius Salinator urbe amissa in arcem confugisset, eamque servasset.* [y] *paullulum absurda*, alieno tempore ac loco dicta. [z] *homo stultus postquam auctus est divitiis, obiit.* [a] *quid est tibi ista mulier?* an soror, an cognata est? Est mea *uxor*, inquit alter. sane est tam deformis quam tu, *est tibi simillima:* itaque non uxorem, sed sororem putaveram.

Paullus ad Cannas cum Romanorum flore misere periit anno U. C. DXXXVIII. Septemdecim post annis censuram obiit Africanus, quo tempore ultor ignaviæ centurionem tribu movit. *Proust.*

21. *Cum ex alterius oratione.* Ciceroni jocorum lepore ac frequentia nemo comparandus, tot ex omni facetiarum genere unus exempla sufficere potest. Quam elegans est illud in Clodium! *At quæ dea est? Bonam esse oportet, quandoquidem est abs te dedicata. Libertas, inquit, est. Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex urbe tota sustulisti.* Pro Domo sua, n. 110. *Proust.*

22. *Salinatori*, in quibusdam Ciceronis exemplaribus prænomen additur *Marcus:* ut ap. Livium. Sed Polybius facit *Cajum.* vid. interpr. Livii ad XXV. 8. Wesselingius autem V. C. Obs. II. 5. ostendit, quod de Tarento dicit Cicero, si Livium sequamur, non ad Salinatorem, sed ad Livium Macatum pertinere. *Ernest. in Clave.*

23. *Maximus.* Q. scilicet Fabius Maximus Verrucosus, qui tum erat consul, cum stratagemate Punico Tarentum est expugnatum. *Proust.*

24. *Cum—cum.* Potest offendere repetitum *cum;* ubi *et* esse debebat vel poterat: sed et alia exempla latina memini me observasse, et videtur assiduitatem copulæ vitare voluisse. *Ernest.*

25. *Homo fatuus.* Duo hic videntur subabsurda, et quod homo stultus divitias sibi parare potuerit, et quod iis paratis cum debuisset frui, statim e vita decessisset. *Proust.*

26. *Rem habere.* h. e. dives fieri.

27. *Quid est tibi.* Carpit quidam deformitatem alterius inepta interrogatione ac responsione. *Proust.*

28. *Similis medius fidius.* Quidam cum deformem et fœdam mulierem videret, interrogavit virum qui aderat illi persimilis: Quid est tibi ista mulier? Soror an cognata? Cum respondisset, Uxor est mea: tum ille, *Similis est tibi medius fidius.* Ac si diceret, Ex lineamentis corporis judicaveram tuam sororem esse, vel cognatam. Hoc modo facete notavit illius viri fœditatem. *Strebæus.*

Ibid. *Similis medius fidius.* Jocus ex subabsurdo: dixit enim mulierem visam esse uxorem istius hominis, quia similis ipsi esset. *Pearce.*

29. *Ad aquas.* Aquas in plurali cum dicunt, aquas calidas et medicatas intelligunt, ut Baianas et Puteolanas: ægri autem valetudinis causa ad aquas Baianas ibant. Horatius, Ep. XV. lib. I. Quidam igitur lento contabescens morbo, ad aquas recreatus tandem esse videbatur, reversus paulo post obiit. Id absurdum videri vult cavillator, quod ad aquas potius, ubi valetudinis causa tamdiu desederat, mori debuerit. De piscatore intelligi jocum minime placet. *Turnebus.*

Ibid. *Quamdiu ad aquas.* Turnebi notam Schützius non comprobat, sed, "immo," ait, "exemplum est hoc dictum hominis stulta et subabsurda dicentis, qui scil. putabat, illum ægrotum, si modo ad aquas mansisset, moriturum non fuisse; et hoc absur-

(68.) Genus hoc levius, et, ut dixi, mimicum; sed habet nonnumquam aliquid etiam apud nos loci, [b] ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid: ut tibi, Antoni, Mancia, cum audisset te censorem a M. Duronio de ambitu postulatum, [30] *Aliquando*, inquit, *tibi tuum negotium agere licebit.* Valde hæc ridentur, et hercule omnia, quæ a prudentibus, quasi [31] per dissimulationem [non] intelligendi, subabsurde salseque dicuntur. Ex quo genere est etiam, non videri intelligere quod intelligas, ut Pontidius, *Qualem existimas, qui in adulterio deprehenditur? tardum:* ut ego, qui [32] [c] in delectu Metello, cum excusationem oculorum a me non acciperet, et dixisset, *Tu igitur nihil vides? Ego vero*, inquam, *a porta Esquilina video* [33] *villam tuam:* ut illud Nasicæ, qui cum ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse; Nasica sensit, illam domini jussu dixisse, et illum intus esse. paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius, et eum a janua quæreret, exclamat Nasica, se domi non esse. tum Ennius, *Quid? ego non cognosco vocem*, inquit, *tuam?* Hic Nasica, *Homo es* [d] *impudens. ego cum te quærerem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse, tu mihi non credis ipsi?*

Est bellum illud quoque, ex quo is, qui dixit, irridetur in eo ipso genere, [34] quo dixit: ut, cum Q. Opimius consularis, qui adolescentulus male audisset, festivo homini Egilio, [35] qui videretur mollior,

[b] *quasi si quis homo prudens ac minime stultus dicat aliquid tamen facetum, quasi stulte, ac veluti quid dicat non intelligens.* [c] *cum fieret militum delectus et conquisitio.* [d] *injustus.*

dum augetur etiam eo, quod dicit, *numquam est mortuus*, quasi aliquis bis aut sæpius mori posset." *Harl.*

30. *Aliquando—tibi.* Erat Antonius admodum occupatus in gerenda censura, et negotium multis facessebat. Accusatus de ambitu coactus est, ut se defenderet, omittere aliena negotia; visus est illi Mancia quidam gratulari, quod de suis tandem negotiis, quæ, ut publica curaret, neglexisse videbatur, serio ipsi cogitare liceret. Verum clam arguebat his verbis nimiam illius in aliena re severitatem et diligentiam, negligentiam in sua. *Proust.*

Ibid. *Tuum negotium agere.* h. e. tibi tuisque rebus servire, tuam eloquentiæ vim atque facultatem ostendere. vid. ad ii. cap. 6. Mancia autem aliud sensit, nullum umquam Antonio majus illo fuisse atque periculosius negotium. *Harl.*

31. *Per dissimulationem non intelligendi.* Hic locus manifestus est vitii: sed ubi sit vitium, pro certo dici non potest. Pearcius corrigit *simulationem n. i.* Ego deleverim *non.* MS. E. habet *d. non intelligi.* An totum hoc *non intelligendi* est fortasse a glossatore? Nam species non intellectorum dictorum sequitur, et genus illius dissimulationis dicitur. *Ernest.*

32. *Metello.* Metellum hunc esse puto Numidicum, qui Numidiam sortitus provinciam bello Jugurthino, delectum, ut Sallustius scribit, Romæ habuit: in quo petenti militiæ vacationem Cæsari, morbumque oculorum juranti, *Tu igitur*, inquit, *nihil vides?* quasi sola cæcitas excusanda esset; nec satis esset morbus oculorum ad vacationem. *Imo vero*, inquit ille, *a porta Exquilina video villam tuam Tiburtinam.* In quo ei objecit invidiose villam nimis magnificam, nimisque alte ædificatam; et quid ageretur, dissimulavit, atque ita respondit, quasi tantum interrogaretur quantum videret, non quam justa excusatio esset. *Turnebus.*

33. *Villam tuam.* Nempe, adeo magnificam, ut in invidiam Metellum adduxerit. *Pearce.* Contra Schützius arbitratur, nihil aliud significasse, quam, se non adeo cœcum esse, ut ne villam quidem videre possit. At enim subabsurdius salsiusque dictum fuisse videtur, si eo luxuriem Metelli notatam intelligeres. *Harl.*

34. *Quo dixit.* Pearcius conjicit sic legendum: ego recepi hoc pro *quod.* nam sic edd. pr. Vulgatum est ab Aldo, sed tamen e MSS. Nam sic et E. *Ernest.*

35. *Qui vider. mollior, nec esset.* Qui, (uti jam Schützius interpretatus est,) propter festivitatem inclinare videretur ad impudicitiam, revera tamen ab omni labe purus esset. *Harl.*

nec esset, dixisset, *Quid tu Egilia mea?* [36] *quando ad me venis cum tua colu et lana? Non pol,* inquit, *audeo. nam me ad* [e] *famosas vetuit mater accedere.*

(69.) Salsa sunt etiam, quæ habent suspicionem ridiculi absconditam, quo in genere est illud Siculi, cui, cum familiaris quidam quereretur, quod diceret, uxorem suam suspendisse se de ficu, *Amabo te,* inquit, *da mihi ex ista arbore,* [37] *quos seram, surculos.* In eodem genere est, quod Catulus dixit cuidam oratori malo; qui cum in epilogo misericordiam se movisse putaret, postquam assedit, rogavit hunc, videreturne misericordiam movisse: *Ac magnam quidem,* inquit: *neminem enim puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit.* Me quidem hercule valde illa movent stomachosa, et quasi [f] submorosa ridicula, [38] cum non a moroso dicuntur: [g] tum enim non sal, sed natura ridetur. In quo, ut mihi videtur, persalsum illud est apud Nævium,

Quid ploras pater?
[39] *Mirum ni cantem. Condemnatus sum.*

Huic generi quasi contrarium est [h] ridiculi genus patientis ac lenti: ut, cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat, cum ille diceret, *Cave:* rogavit, *numquid aliud* [i] *ferret præter arcam?* Etiam stultitiæ salsa reprehensio, ut ille Siculus, [k] cui prætor Scipio patronum causæ dabat hospitem suum, hominem nobilem, sed admodum stultum: *Quæso,* inquit, *prætor, adversario meo da istum patronum, deinde mihi neminem dederis.* Movent illa etiam, quæ conjectura explanantur longe aliter, atque sunt, sed acute, atque concinne: ut, cum Scaurus accusaret Rutilium ambitus, cum ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset, et [40] in ejus

[e] *turpi fama laborantes.* [f] *quæ videntur ab homine irato et querulo dici, qui revera tali indole non sit.* [g] *tunc enim non festivitas ipsius joci, sed indoles hominis tetrici deridetur.* [h] *cum jocus patientiam quandam ac moderatam hominis indolem præ se fert.* [i] quo posset alium ictum infligere. [k] *assignabat Scipio prætor in Sicilia Siculo cuidam causidicum hospitem suum.*

36. *Quando ad me——et lana.* Turnebus sibi videtur invenisse versiculum comici alicujus poetæ, quo abusus sit ad cavillandum Opimius. Sed Schützio videtur potius dictum Opimio proprium; et soluta oratione enuntiatum, ejusque subscribo sententiæ. *Harl.*

37. *Quos seram, surculos.* Arbores seruntur, quocunque modo manu humana fiant: ergo etiam surculi; qui proprie *pangi* dicuntur. Argutatur ergo P. Manutius, cum *inseram* corrigi vult, sequente Pearcio. *Ernest.*

38. *Non cum a moroso.* Sic libri omnes, sed in hac forma aliud membrum, quod contrarium sit, sequi debet: *sed* etc. Scribendum ergo *cum non,* nam obscænitatis vitandæ causa sic a Cicerone collocatum esse, non crediderim. *Ernest.*

Ibid. *Non, quum a moroso dic.* Ernesti scribendum existimabat et edidit *quum non,* atque in vulgata forma et collocatione *non quum* aliud membrum, quod contrarium sit, sequi debere contendit. Sed recte dissentit Schütz., et, hoc alterum, ait, intelligi poterat, etiamsi non enuntiaret. Atque Heusing. ad Ciceron. de Offic. ii. 24. sect. 2. p. 555. verba nostri loci, *non, quum a moroso dicuntur,* sic interpretatur, *sed non illa movent, quum a moroso dicuntur;* additque, elegantem et optimis usitatissimam particulæ adversativæ omissionem multis exemplis illustrare Sanctium in Minerva iv. 7. p. 702. et quos laudat Drakenb. ad Liv. i. 25. 3. *Harl.*

39. *Mirum—sum.* Pater, dicti filio offensus, respondet stomachans. *Harl.*

40. *Et in ejus tabulis.* Veteres Romani (ut dixi ad c. 23.) tabulas rei familiaris suæ conficere solebant: has et Rutilius ille Rufus confecit, et ex his in judicium prolatis Æmilius Scaurus aliquid contra Rutilium at-

tabulis ostenderet litteras, A. F. P. R. [l] idque diceret esse, ACTUM FIDE P. RUTILII; Rutilius autem, *ante factum, post relatum;* [41] C. Canius, eques Romanus, [m] cum Rufo adesset, exclamat, neutrum illis litteris declarari. *Quid ergo?* inquit Scaurus; *Æmilius fecit, plectitur Rutilius.*

(70.) Ridentur etiam discrepantia. [42] *Quid huic abest, nisi res et virtus?* Bella etiam est familiaris reprehensio, quasi errantis: [43] ut cum objurgavit [44] Albius Granium, quod, [45] cum ejus tabulis quiddam [46] [n] Albucio probatum videretur, et valde

[l] *ita istas literas interpretaretur.* [m] *Rutilium defenderet.* [n] quod noceret *Albucio.*

tulit. Causa hujusmodi fuit: Scaurus et Rutilius una consulatum petebant; Scaurus vero, qui eum obtinuit, accusavit Rutilium ambitus, et ad id crimen probandum postulavit ut Rutilii tabulæ in judicium afferrentur: in iis tabulis Rutilius retulerat ea quæ in sua petitione consulatus contigerint, puta turbas populi, suffragiaque non sine seditione quadam lata, et in fine addiderat quatuor has literas A. F. P. R. Eas Æmilius Scaurus malo animo sic explicavit, *actum fide Publii Rutilii,* iisque innui contendit, id, quod actum fuerit et memoratum in Rutilii tabulis, actum fuisse auctoritate Rutilii ejusque sponsione, quasi clam promiserat vel pecuniam vel securitatem suffragia istiusmodi ferentibus. Rutilius vero dixit se his literis solum significasse *ante factum, post relatum,* i. e. ea quæ in tabulis ejus memorata præcesserant, ante (sc. interjecto tempore) facta erant, quam ipse ea scripto mandasset. Interim Canius alio modo, quam vel Scaurus vel Rutilius, istas literas explicavit, sc. *Æmilius fecit, plectitur Rutilius;* i. e. id in quo Scaurus Rutilium accusat, fecit Scaurus ipse, quamvis Rutilius ob id plectendus videretur. *Pearce.*

41. *C. Canius.* Est ille Canius, de quo bella est narratio ap. Cic. Offic. iii. 14. ubi ei facetiæ tribuuntur. *Ernest.*

42. *Quid huic abest.* Acriter vituperatur, qui sic maligne laudatur, ut nihil ei dicatur deesse, nisi duo maxima, opes et virtus. *Proust.*

Ibid. *Quid huic—virtus.* Idem dictum laudat Quinctil. vi. 3. 84. et refert ad genus *decipiendi opinione,* aut dicta aliter intelligendi, quæ sunt, uti ait, in omni hac materia vel venustissima: inopinatum et a lacessente poni solet: quale est, quod refert Cicero (nempe, hoc nostro loco:) *Quid huic—— virtus? Harl.*

43. *Ut cum objurgavit Albius Granium* &c. Sunt qui hunc locum emendandum censent; omnes, ut opinor, male interpretati sunt. Albucius Scævolam de pecuniis repetundis accusavit, ut dicit Cicero in Bruto, et libro primo de Finibus: ad probanda vero ea, quæ Scævolæ objecerat, Granii tabulas protulit; Scævola judicum sententiis absolutus est; Granii igitur tabulas falsas esse iisdem sententiis judicatum est: si quid enim Albucius ex istius tabulis contra Scævolam adhibuit, judices vero Scævolam absolverunt, manifestum est istas tabulas judicibus visas fuisse falsas. Albius igitur quidam ex iis, qui aderant, objurgavit Granium, qui et gauderet suum amicum Scævolam absolutum fuisse, et non videret contra suas tabulas judicatum fuisse: monuit igitur eum non tam ad Scævolæ res secundas, quam ad suas adversas respicere. Particula *neque* idem valet ac *et non:* sic de Nat. Deorum, i. *Nec metuimus eos, et pie, sanctequ colimus naturam excellentem et præstantem. Pearce.*

Ibid. *Cum objurgavit.* Albucium Granius. Omnes antiqui libri, quos ego viderim, *Albius Granius:* placet tamen *Albucium:* is enim Q. Scævolam augurem de repetundis accusavit, in Bruto c. 35. et in lib. i. 3. de Fin. *Manutius.*

44. *Albius Granium.* Disceptabant in judicio Granius reus, Albucius actor. Granius pro se tabulas adversus Albucium protulit: contra eas judicatum; et nihilominus, propter alias scilicet rationes, absolutus est Granius, gaudente Scævola, cui charus erat reus. Gloriabatur Granius maximum fuisse in tabulis suis causæ præsidium, cum ab Albio sic est objurgatus; *Mi homo, contra tuas tabulas est judicatum.* Quo dicterio eum vel falsi vel stupiditatis arguebat. Granius porro fuit scurra urbano sale notus, et Crasso familiaris. *Proust.*

45. *Cum ejus tabulis.* Hic locus est vitiosus: nec sanatur, si maxime *ab Albutio* legas, ut placebat Lambino et aliis, et *neque* accipias pro *et non,* cum Pearcio. Omnino non intelligo. Atque sine dubio est lacuna post *judicatum.* Nempe deest dictum facetum Albii; quod si extaret, priora etiam facilius judicaremus. Id non animadversum a viris doctis, inanes conjecturas peperit. *Ernest.*

Ibid. *Cum ejus tabulis.* Unus Fulvii Ursini liber, *cum* non habet: utroque modo recte. *Manutius.*

46. *Albucio.* Albucius, Brut. 35. Athenis adolescens fuit, perfectus Epicureus evasit,

absoluto Scævola gauderet; neque intelligeret, contra suas tabulas esse judicatum. * * * * * * * * Huic similis est etiam admonitio in consilio dando familiaris, ut cum patrono malo, [o] cum [47] vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut [48] [p] mulsum frigidum biberet, simulac domum redisset: *Perdam*, inquit, *vocem, si id fecero:* [q] *Melius est*, inquit, *quam reum.* Bellum etiam est, cum, [r] quid cuique sit consentaneum, dicitur: ut, cum Scaurus [s] nonnullam haberet invidiam ex eo, quod Phrygionis Pompeii, locupletis hominis, bona [t] sine testamento possederat; [u] sederetque advocatus reo Bestiæ, cum funus quoddam duceretur, accusator C. Memmius, *Vide*, inquit, *Scaure, mortuus* [x] *rapitur, si potes esse possessor.* Sed ex his omnibus nihil magis ridetur, quam quod est præter exspectationem; cujus innumerabilia sunt exempla, vel [49] Appii majoris illius, qui in senatu, cum ageretur de agris [y] publicis, et de lege [50] Thoria, et [z] premeretur [51] Lucilius ab iis, qui a pecore ejus depasci agros publicos dicerent, [a] *Non est*, inquit, *Lucilii* [b] *pecus illud: erratis:* (defendere Lucilium videbatur) [52] *ego liberum puto esse: qua lubet, pascitur.* Placet

[o] *cum vocem sibi rauscam et obscuram male declamando effecisset.* [p] *potionem quandam vino et melle temperatam.* [q] *melius est* te vocem omnino perdere, *quam reos*, male defendendis illorum causis. [r] *quid accommodatum sit ad uniuscujusque mores.* [s] *male audiret.* [t] *cum in demortui testamento hæres non fuisset scriptus, aut iste Pompeius nullum testamentum condidisset.* [u] *vocatus honoris et gratiæ causa, ut adesset judicio, cum Bestia reus causam diceret.* [x] ad rogum ducitur. [y] curandis. [z] *accusaretur graviter.* [a] *non pertinet ad Lucilium.* [b] *puto pecus illud* non esse Lucilii, aut alterius cujuslibet, sed *liberum, et sui quasi juris, ita impune, ubi libuerit, pascitur.*

et pæne Græcus fuit, orationes reliquit. Fin. 1. 3. Athenis Græcis litteris operam dat; Scævolæ in eum jocus, Orat. 44. apud Lucilium reprehenditur nimium studium in collocatione verborum. Div. 19. Prætor Sardiniæ. In eum accusationem suscipit Cn. Pompeius Strabo quæstor, neque ei permittitur. in Pis. 38. Offic. ii. 14. in Sardinia ipse triumphat. Prov. 7. e Sardinia triumphum petit, qui ei negatur. Brut. 26. de rep. pecuniis accusatur a Mutio augure. Tusc. v. 37. Athenis æquo animo exul philosophatur. Memoratur etiam de Orat. ii. 70. it. iii. 43. *Ernest. in Clave.*

47. *Vocem in dicendo obtudisset.* Quinctil. Inst. Or. xi. 3. opponit vocem *obtusam claræ*, dicitque, *fauces obtusas* vocem *obscurare. Pearce.*

48. *Mulsum.* Ex vino et melle, quod, si frigidum sumitur, voci perniciosum habetur. *Harl.*

49. *Appii majoris.* Appius Claudius Pulcher quæstor provinciæ fuit anno U. C. DCXXXVIII. ante Christum CXVI. Major est appellatus, ut discerneretur ab Appio Claudio juniore, qui pater fuit Clodii illius Ciceronis inimici. *Proust.*

Ibid. *Appii majoris.* Dicitur *major*, quia fratrem eodem nomine habuit minorem, P. Clodii patrem. Filius est C. Claudii. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Vel Appii majoris.* Rectius, opinor, legas *velut Appii. Pearce.* Strebæus nec eum intelligit, qui Decemvir fuit legibus scribendis, nec Appium Cœcum, qui pacem cum Pyrrho utiliter dissuasit; sed Appium Claudium, socerum Tib. Gracchi, qui lectus est Triumvir ad dividendum agrum publicum: *major* dicitur, quia antiquior illo, qui senator erat tempore Julii Cæsaris. Quæ ridicula Cicero dicit *præter exspectationem*, ea Quinctil. vi. 1. 24. *media* vocat. *Harl.*

50. *Lege Thoria.* Agraria (lex) *Sp. Thorii* trib. pl. A. U. DCXLVI. qua sancitum est, ne quis, qui agrum publicum in Italia a certo tempore possideret, vectigal penderet publicanis. in Brut. c. 36. Sp. Thorius agrum —vectigali levavit. Appianus de Bello Civ. L. I. c. 623. de hac lege ita: Βόριος (leg. Θόριος) δημαρχῶν εἰσηγήσατο νόμον, τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ' εἶναι τῶν ἐχόντων, καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τῷ δήμῳ κατατίθεσθαι, καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν εἰς διανομάς—sc. τῷ δήμῳ, &c. *Ernest. in Clave.*

51. *Lucilius. Lucullum* faciunt quidam libri scripti et Melanthon. non est tanti, istud quærere. *Ernest.*

52. *Liberum puto.* Id est, nullius esse puto, dominum habere non existimo. Videri etiam culpiam fortasse posset ductum a pecudibus, quæ diis consecrabantur, vocabanturque ἄνετα et ἄφετα ζῶα, quæ sine custode libere pascebantur. *Turnebus.*

etiam mihi illud Scipionis,[c] illius, qui Ti. Gracchum [53] [d] perculit. cum ei M. Flaccus multis probris objectis P. Mucium judicem tulisset, [54] [e] *Ejero,* inquit: *iniquus est.* [f] cum esset admurmuratum, *Ah,* inquit, *P. C.* [55] *non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus.* [g] Ab hoc vero Crasso nihil facetius. cum læsisset testis [h] Silus Pisonem, [56] quod se in eum audisse dixisset: *Potest fieri,* [i] inquit, *Sile, ut is* [k] *unde te audisse dicis, iratus dixerit.* annuit Silus. *potest etiam, ut tu non recte intellexeris.* id quoque toto capite annuit, [l] ut se Crasso daret. *potest etiam fieri,* inquit, *ut omnino, quod te audisse dicis, numquam audieris.* hoc ita præter exspectationem accidit, ut testem omnium risus obrueret. Hujus generis est [57] plenus Nævius, [58] et jocus est familiaris, *Sapiens si algebis, tremes.* et alia permulta. Sæpe etiam facete concedas adversario idipsum, quod tibi ille detrahit: ut C. [59] Lælius, cum ei quidam malo genere natus diceret, indignum esse [60] suis majoribus, *At hercule,* inquit, *tu tuis dignus.*

(71.) Sæpe etiam [61] sententiose ridicula dicuntur: ut M. Cincius,

[c] Nasicæ. [d] *occidit.* [e] *nolo habere judicem Mucium Scævolam, quia homo iniquus est.* [f] *cum edito levi murmure* significassent qui aderant, non esse iniquum Scævolam, quippe qui ab omnibus sanctissimus haberetur. [g] *hic elegantissimus est L. Crassi jocus.* [h] *quod dixisset se audivisse aliquid, unde Piso,* quem Crassus defendebat, *damnaretur.* [i] Crassus. [k] *a quo.* [l] *ut gratum faceret Crasso.*

53. *Perculit.* Vid. ad i. 10. A Nasica Gracchum interfectum esse, tradit Cic. de Offic. i. 22. Gracchus vero fragmine subsellii ictus periit, teste Vell. Paterc. ii. c. 3. Sunt, qui manu Scipionis interemtum esse dicant. (v. Freinsh. ad Florum, ii. 14. fin.) Plurimi tamen, dictu et auctoritate Scipionis id esse factum, narrant: quamquam id, quod per alios fecerit, ipse fecisse putatur. *Harl.*

54. *Ejero, inquit, iniquus est.* Rejicio, inquit, judicem iniquum. Nam ejerare est tanquam jurejurando testari se recusare. Cum autem Nasica ejerasset iniquum Scævolam, secuta est admurmuratio omnium, propter eximiam de Scævola æquitatis et probitatis opinionem. Præter expectationem tamen rursum eum omnibus Nasica iniquum ejeravit, quod in consulatu causam publicam deseruisset, nec eam armis adversus Tiberium Gracchum defendisset, patribusque ejus opem implorantibus negasset se quicquam vi esse acturum. *Turnebus.*

55. *Non ego mihi illum iniquum.* P. Mutius Scævola, quum Consul esset, lenior, quam decuit, in Tib. Graccho tractando putabatur; hoc sensu *omnibus,* i. e. reipublicæ, *iniquus* esse dici potuit. Sed de sensu hujus loci nihil certi habeo. *Pearce.* Schützii interpretationem lubentius adoptarem: "Quid autem, (scribit ille,) si *omnibus iniquus judex* h. l. significet judicem severissimum, nihil cuiquam condonantem, ideoque omnibus, reis scil., iniquum et parum optabilem." *Harl.*

56. *Quod se in eum audisse dixisset.* i. e. quod in testimonio dando ea in illum dixisset, quæ non viderit, aut cognorit, sed solum auditu acceperit. *Pearce.*

57. *Plenus est Nævius,* &c. Edd. pr. *Novius.* Post inductum *Nævius* ex aliis MSS. quibus consentit Erl. In ceteris variant scr. et edd. inter *jocus* et *locus:* nec quicquam certi extricari potest. Facile credo in his *et jocus,* &c. esse partem dicti Næviani, quod Turnebus e MSS. sic refingit, *est jocus, est familia sapiens,* &c. Lambinus autem, *est locus, est,* &c. quod tamen intelligi potest, et Turnebiano quoque melius est. *Ernest.*

58. *Et jocus est familiaris.* Melius in libris veteribus scribitur, *Est jocus, est familia, sapiens si algebis, tremes.* Ita enim senarius erit integer, cujus sensus erit: Quantumvis urbanus facetusque sis, quantumvis bono loco natus, tamen ista non facient quin si algeas, tremas: quod præter expectationem est dictum, cum præsidia non defutura expectaremus homini ingenioso et bona nato familia. *Turnebus.*

59. *Lælius.* Sapiens, amicus Scipionis Africani junioris, socer Scævolæ. c. i. 9. 1. *Harl.*

60. *Suis majoribus.* Ex. gr. ejus pater, C. Lælius, erat consul cum L. Scipione Asiatico a. U. C. 562. Liv. xxxvii. 1. cf. Wetzel. *Harl.*

61. *Sententiose ridicula dic.* i. e. acute et argute, ut sensus non omnibus statim pateat: ut in hoc, cujus sensus est: ut ea,

quo die legem [62] de donis et muneribus tulit, cum C. Cento [m] prodiisset, et satis contumeliose, [63] [n] *Quid fers, Cinciole?* quæsisset: [64] *Ut emas,* inquit, *Cai, si uti velis.* Sæpe etiam salse, quæ fieri non possunt, optantur: ut M. Lepidus, cum, ceteris [65] [o] in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset, *Vellem hoc esset,* inquit, *laborare.* Salsum est etiam, quærentibus et quasi percunctantibus lente respondere, [66] quod nollent: ut [67] censor Lepidus, cum M. Antistio [68] Pyrgensi [p] equum ademisset, [69] amicique cum vociferarentur, et [q] quærerent, quid ille patri suo responderet, cur ademptum sibi equum diceret, [r] cum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset: [70] [s] *Me istorum,* inquit, *nihil credere.* Colliguntur a Græcis alia nonnulla, exsecrationes, admirationes, minationes. Sed hæc ipsa [71] nimis mihi videor multa in genera descripsisse; nam illa, quæ [72] verbi ratione et vi continentur, certa fere ac definita sunt: quæ plerumque, ut ante dixi, lau-

[m] *ascendisset in concionem.* [n] *quæ est ista tua lex?* [o] *in campo Martio corpus exercentibus.* [p] *ex equitum numero, quibus e publico dabatur equus, expunxisset.* [q] *a censore Lepido.* [r] *cum vulgo haberetur optimus colonus, &c.* [s] *respondeat Antistius patri suo, inquit censor, me istorum nihil credere.*

quæ soles pacisci pro causis agendis, dona, quæ soles accipere causarum agendarum causa, non posthæc gratis accipias, sed emas. *Ernest.*

62. *De donis et muneribus.* Caius Cincius, vir ætatis Lucilianæ, ut Macrobius scribit, legem tulit Muneralem, qua cavebatur ne quis ob causam orandam munus aut donum caperet. De ea loquitur Plautus cum scribit, *Neque Muneralem legem, neque Lenoniam, rogata necne fuerit, flocci æstumo.* Eam legem admodum senex suasit Fabius Maximus. Verba hujus legis quæstionem attulerunt, quid donum a munere differat. Labeo genus esse donum ait a donando dictum, speciem munus. Nam munus esse donum cum causa, ut puta natalitium, nuptiarum; et quale patronorum fuerit honorarium. *Turnebus.*

63. *Quid fers, Cinciole.* Contumelia inest in diminutione, et contemptio, quam etiam voce adjuverat. *Turnebus.*

64. *Ut emas, Cai.* Ducta est hæc sententia ab iis qui cum nolunt vicinis commodare vasa utenda, respondent, Eme si uti vis: quam ad dona et munera patrociniorum, quibus ditatus erat Cento, traduxit Cincius, illius perstringens operam venalem. Sese enim ait laturum, ne quis ei quid donet. *Turnebus.*

Ibid. *Ut emas.* Si lex ista vetuisset, ut in Magistratibus petendis candidati suffragia civium muneribus venarentur, necesse habuisset iste Cento in posterum emere ea, quæ antea soleret pro præmio sui suffragii accipere. *Pearce.* Planior forsan est Schützii interpretatio: " scil. *nec exspectes, donec tibi candidatus suffragiorum causa munera ferat.*" *Harl.*

65. *In campo exercentibus.* Intell. *se,* vel artem armorum, &c. Ponitur enim interdum absolute. *Ernest.*

66. *Quod nollent.* Edd. pr. *nolent,* quod placet; est enim aptum h. l. nisi quis etiam malit *nolint.* Aldus mutavit, ut alia. *Ernest.*

67. *Censor Lepidus.* Censura functus est M. Æmilius Lepidus anno U. C. DLXXV. ante Christum CLXXIX. *Proust.*

68. *Pyrgensi.* Pyrgi, quam Romanam coloniam facit Livius, Tusciæ urbs est, quam conjicit Albertus nunc dici *S. Marinello. Proust.*

Ibid. *Pyrgensi.* In colonia Pyrgensi, in Etruria, a Pyrgis, oppido in littore, ubi nunc oppidum *S. Severe* dictum. *Harl.*

69. *Amicique cum vocif.* πλεοναστικῶς repetitum est *cum.* nisi malis deleri, quia nimis frequentatur illa particula, quæ et tertio redit. *Ernest.*

70. *Me istorum.* i. e. dicat patri suo, me non credere, ipsum talem esse, qualem prædicatis, sc. *parcissimum, modestissimum, frugalissimum.* In superioribus, ubi legimus, *amicique quum vocifer.*, Lambin. delet voc. *quum. Pearce.*

71. *Nimis mihi videor multa in genera. Nimis* abest cod. Guelf. A, probatque Heusinger. Quoniam *multus* jam per se *nimii* significationem interdum sustinet. Ego vero malui id uncis includere. *Harl.*

72. *Verbi ratione et vi* c. h. e. modo et significatione, quo vocabulum adhibetur, et connexione, qua usurpatur, breviter, verbo. v. Wetzel. qui comparat cap. lxi. 2. c. lxii. 2. *Harl.*

dari magis, quam rideri solent. Hæc autem, quæ sunt in re, et in ipsa sententia, partibus sunt innumerabilia, generibus pauca. Exspectationibus enim decipiendis, et naturis aliorum irridendis, [73] ipsorum ridicule indicandis, et similitudine turpioris, et dissimulatione, et subabsurda dicendo, et stulta reprehendendo, risus moventur. Itaque [t] imbuendus est is, qui jocose vult dicere, quasi natura quadam, apta ad hæc genera, et moribus, ut ad cujusque modi genus ridiculi vultus etiam accommodetur: qui quidem quo severior est, et tristior, ut in te, Crasse, hoc illa, quæ dicuntur, salsiora videri solent.

Sed jam tu, Antoni, qui hoc [74] diversorio sermonis mei libenter acquieturum te esse dixisti, tamquam in Pomtinum deverteris, neque amœnum, neque salubrem locum, censeo, ut satis diu te putes requiesse, et iter reliquum conficere pergas. Ego vero, atque hilare quidem a te acceptus, inquit, et cum doctior per te, tum etiam audacior factus sum ad jocandum. Non enim vereor, [u] ne quis me in isto genere [75] leviorem jam putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi auctores, et Africanos, Maximos, Catones, Lepidos protulisti. Sed habetis ea, quæ voluistis ex me audire, de quibus quidem accuratius dicendum et cogitandum fuit; nam cetera faciliora sunt, atque ex iis, quæ jam dicta sunt, reliqua nascuntur omnia.

(72.) Ego enim cum ad causam sum aggressus, atque omnia cogitando, quoad facere potui, persecutus; cum et argumenta causæ, et eos locos, quibus animi judicum conciliantur, et illos, quibus permoventur, vidi atque cognovi: tum constituo, quid habeat quæque causa boni, quid mali. Nulla enim fere res potest in dicendi disceptationem aut controversiam vocari, quæ non habeat utrumque: sed, quantum habeat, id refert. Mea autem ratio in dicendo hæc esse solet, ut, boni quod habeat, id amplectar, exornem, exagge-

[t] *conformare suam naturam debet, moresque ad hæc genera ridiculorum apte exprimenda.*
[u] *ne quis hoc genus jocandi a mea gravitate putet alienum.*

73. *Ipsorum ridicule indicandis.* Subintelligitur *naturis*, et sensus est: quum simulemus, nos aut submorosos esse, aut stultos etc. quorum habes exempla in cap. 68 et 69. *ipsorum* autem significat *suorum* aut *nostrorum*. [aut, *suis ipsorum naturis.*] Nihil igitur opus est illa conjectura, quam protulit Lambinus, *suis ipsorum ridicule indicandis*. Immo Quinctil. luculente hanc explicationem confirmat in vi. 3. ubi ad hunc locum spectans iisdem fere verbis utitur: *Aut ex aliis* (inquit) *risum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus mediis: aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut elevamus, aut repercutimus, aut eludimus: nostra ridicula indicamus, aut, ut Ciceronis verbo utar, dicimus aliqua subabsurda. Tertium est genus, (ut idem dicit,) in decipiendis exspectationibus* etc. *Pearce.*

74. *Divers. sermonis mei. Tui* habent MS. E. ed. W. sequentes *mei*, quod recte recepit Pearcius. Refertur enim ad id, quod c. 57. dixerat Antonius, se in sermone Cæsaris acquieturum, tanquam in peropportuno diversorio: cui et sequentia h. l. respondent. *Ernest.*

Ibid. *Hoc diversorio sermonis.* Qua sermonem absolverat Antonius metaphora, c. 57. *defessus jam labore atque itinere disputationis requiescam in Cæsaris sermone quasi in aliquo peropportuno diversorio*, eadem desinit hic Cæsar, ac vereri se dicit, ne sit inamœnum hoc sermonis sui diversorium, sed potius simile Pontinarum paludum, injucundarum, ac minime salubrium. Cæterum quod in plerisque editionibus *sermonis tui* legitur, mendum non dubitamus, ut ex citatis mox Antonii verbis videre est. *Proust.*

75. *Leviorem.* N. quam deceat Consularem, infra ejus dignitatem. *Harl.*

rem: ibi commorer, ibi [76] habitem, ibi hæream: a malo autem vitioque causæ ita recedam, non ut id me [77] defugere appareat, sed ut totum, bono illo ornando et augendo [78] dissimulatum, obruatur. [n] Et, si causa est in argumentis; [79] firmissima quæque maxime tueor, sive plura sunt, sive aliquod unum: sin autem in conciliatione, aut in permotione causa est; ad eam me potissimum partem, quæ maxime commovere animos hominum potest, confero. Summa denique hujus generis hæc est, ut, si in refellendo adversario firmior esse oratio, quam in confirmandis nostris rebus, potest, [o] omnia in illum conferam tela; sin nostra facilius probari, quam illa redargui possunt, abducere animos a contraria defensione, et ad nostram [80] conor traducere. Duo denique illa, quæ facillima videntur, quoniam quæ difficiliora sunt, [81] [p] non possum, mihi pro meo jure sumo: unum, ut molesto aut difficili argumento, aut loco nonnumquam omnino nihil respondeam: quod forsitan aliquis jure irriserit: quis enim est, qui id facere non possit? sed tamen ego de mea nunc, non de aliorum facultate disputo, confiteorque me, si quæ premat res vehementius, ita cedere solere, ut non modo non abjecto, sed ne [82] [q] rejecto quidem scuto fugere videar; sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam, et pugnæ similem fugam: consistere vero in [r] meo præsidio sic ut, non fugiendi hostis, sed [s] capiendi loci causa cessisse videar. Alterum est illud, quod ego oratori maxime cavendum, et providendum puto, quodque me sollicitare summe solet; non tam ut prosim causis, elaborare soleo,

[n] *si causa magis evinci potest argumentis, quam permovendis animis.* [o] *vim omnem orationis ac robur ad refellendum adversarium adhibeam.* [p] perficere. [q] in latus aut tergum *reducto.* [r] *in loco tuto atque firmo.* [s] *occupandi loci tutioris.*

76. *Habitem.* Habitare *in re*, dicitur orator, cum loco alicui immoratur augendi causa. *Ernest. in Clave.*

77. *Defugere appareat.* Non aptum h. l. verbum *defugere*, quod de labore dicimus, quem recusamus obire: at malum, cujusmodi est h. l. *refugimus.* infra, c. 75. dicit simpliciter *fugere;* cui etiam *recedendi* verbum convenit. *Ernest.*

Ibid. *Defugere.* Sine causa (inquit Schütz.) id verbum hic ineptum esse judicat Ernesti. Est enim *defugere* callide se rei cuidam aut negotio subtrahere. *Harl.*

78. *Dissimulatum obruatur.* Hæsi in *dissimulatum*, quod h. l. parum aptum videtur. Non enim dissimulatur, quod non refugitur prorsus. Hæsit etiam Guilielmius, cujus tamen correctio *dissimulatim* non placet. Malim a glossa ortum putare: nam quid in eo verbo lateat, aptum h. l. non reperio. *Ernest.*

Ibid. *Dissimulatum obruatur.* Schützius locum ita interpretatur: "Antonius dicit, se a malo vitioque causæ sic recedere, non, ut id se defugere et callide evitare appareat, sed potius, ut totum bono illo, in quo hæreat et commoretur, ornando et augendo obruatur dissimulatum, h. e. ita silentio præteritum, quasi id malum, quod causam suam premat, ipse orator non senserit." Add. Wetzel. *Harl.*

79. *Firmissima—tueor.* Firmissimis causæ meæ argumentis adhæreo, in iis tenendis maxime versor. *Harl.*

80. *Conor traducere.* Pearcius edidit *coner*, secutus Lambinum. Si necessario ad *ut* referendum est verbum, *ut conferam:* recte. Sin altera pars non ita cum prima cohæret, ut verbum ab *ut* pendere debeat, *conor* verum est. Et hoc mihi videtur. *Ernest.*

81. *Non possum.* Scil. *sumere. Harl.*

82. *Ut non modo non* abjecto, *sed ne* rejecto *quidem* scuto *fugere videar.* Sc. fugientes turpiter scutum abjiciunt, honestius autem retinent scutum, et post tergum rejiciunt, ne telis petiti a persequentibus lædi possint. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Sed ne rejecto quidem scuto.* Ad consuetudinem spectat eorum, qui in prœlio fugientes clypeos suos in tergum reducere solebant, ne aversi vulnerarentur: neque solum clypeum abjicere, sed in tergum rejicere, imbecillitatis fuit. *Pearce.*

quam ut ne quid [83] obsim: non quin enitendum sit in utroque; sed tamen multo est turpius oratori, nocuisse videri causæ, quam non profuisse.

(73.) Sed [t] quid hoc loco [84] vos inter vos, Catule? an hæc, ut sunt contemnenda, contemnitis? Minime, inquit ille: sed Cæsar [u] de isto ipso quiddam velle dicere videbatur. Me vero lubente, inquit Antonius, dixerit, sive refellendi causa, sive quærendi. Tum Julius, Ego mehercule, inquit, Antoni, semper is fui, qui de te, oratore, sic prædicarem, unum te in dicendo mihi [85] videri [x] tectissimum, propriumque hoc esse laudis tuæ, nihil a te umquam esse dictum, quod obesset ei, pro quo diceres. Idque memoria teneo, cum mihi sermo cum hoc ipso Crasso, multis audientibus, esset de te institutus, Crassusque plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse me, cum ceteris tuis laudibus hanc esse vel maximam, quod non solum, quod opus esset, diceres, sed etiam, [86] quod non opus esset, non diceres: tum illum mihi respondere memini: cetera in te summe esse laudanda; illud vero improbi esse hominis et perfidiosi, dicere [y] quod alienum esset, et noceret ei, [87] pro quo quisque diceret; quare non sibi eum disertum, [z] qui id non faceret, videri, sed improbum, [a] qui faceret. Nunc, si tibi videtur, Antoni, demonstres velim, quare tu hoc ita magnum putes, nihil in causa mali facere, ut nihil tibi in oratore majus esse videatur.

(74.) Dicam equidem, Cæsar, inquit, quid intelligam: sed et tu, et vos omnes hoc, inquit, mementote, non me de perfecti oratoris [b] divinitate quadam loqui, sed de exercitationis et consuetudinis meæ mediocritate. Crassi quidem responsum, excellentis cujusdam est ingenii ac singularis: cui [88] quiddam [c] portenti simile esse visum est, posse aliquem inveniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo, obessetque ei, quem defenderet: [89] [d] facit enim de se con-

[t] *sed quid hic clam mussitatis?* [u] *de ista tua, quam observas, dicendi ratione.* [x] *ab omni parte tutum* contra hostium tela. [y] *quod non prodesset, vel etiam obesset.* [z] *qui non noceret causæ.* [a] *qui noceret ei, cujus causam suscepisset defendendam.* [b] *perfecta et absoluta dicendi facultate.* [c] *monstri.* [d] *alios de se existimat.*

83. *Obsim: non quin. Quin* h. l. idem est, ac *quod non* aut *quo non*, h. e. eo, quod non, censente Wetzelio. *Harl.*

84. *Vos inter vos.* Vide virtutem dialogi et artem transitus! Commode dirigit verba ad Catulum, cujus reprehensio magis timenda est. Admurmuratum esse fingit, quo diutius in hac re commoretur, et verecundos facit auditores, qui clara voce non audent interpellare dicentem. *Harl.*

85. *Videri tectissimum.* Hæc est vera et apta h. l. lectio. Edd. W. habent *lectissimum*, ut MS. E. et edd. aliæ vett. *tectissimum* recte habet Aldus, ex hoc Junta: ceterum per correctionem e contextu ut opinor. Vulgo *rectissimum*: sed de hoc non quærebatur. *Tectissimus* est cautissimus in dicendo, ne quid excidat, quod adversum sit. *Ernest.*

86. *Non opus esset.* h. e. inutile esset: Heusing. enim ad Cic. de Off. iii. 11. §. 10. not. *e.* adnotat: quemadmodum Græcis ἔργον, ita *opus* Latinis est *utile*: contra *non opus est*, οὐδὲν ἔργον, significat *inutile est*, et, κατὰ λιτότητα, *obest, nocet*, citatque nostrum Ciceronis locum. *Harl.*

87. *Pro quo quisque. Quisque* edd. vett. Pronomen hic plane inane est, sive *quisque* legas, sive *quis. pro quo diceret*, refertur ad *improbum hominem. Ernest.*

88. *Quiddam port. s.* Sic primus edidit Aldus. Edd. priores habent omnes *quidem*, quod restituit Pearcius, sic et MS. E. Vulgatum servavimus, quod quidem bene latinum est, sed cum statim præcedat *Crassi quidem*, &c. non bene habet statim *cui quidem. Ernest.*

89. *Facit de se conjecturam.* Præpositio *de* hic idem valet quod *ex*: ut in iii. 33. *sæpe hic audivi de patre et de socero meo*; et alibi. *Pearce.*

jecturam; cujus tanta vis ingenii est, ut neminem, nisi consulto, putet, quod contra seipsum sit, dicere: (sed ego non de præstanti quadam et eximia, sed prope de vulgari et communi prudentia disputo) [90] ut apud Græcos fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles; ad quem quidam doctus homo atque in primis eruditus, accessisse dicitur, eique artem memoriæ, [e] quæ tum primum proferebatur, [91] pollicitus esse, se traditurum: cum ille quæsisset, quidnam illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset; et ei Themistoclem respondisse, gratius sibi illum esse facturum, si se oblivisci, quæ vellet, quam si meminisse, docuisset. Videsne, quæ vis in homine acerrimi ingenii, quam potens et quanta mens fuerit? qui ita responderit, ut intelligere possemus, nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, umquam effluere potuisse: cum quidem ei fuerit optabilius, oblivisci posse potius, quod meminisse nollet, quam quod semel audisset vidissetve, meminisse. Sed neque, propter hoc [92] Themistocli responsum, memoriæ nobis opera danda non est, neque illa mea cautio et timiditas in causis, propter præstantem prudentiam Crassi, negligenda est. [f] Uterque enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam significavit facultatem. Etenim permulta sunt in causis, in omni parte orationis circumspicienda, ne quid offendas, ne quo irruas. Sæpe aliquis testis aut non lædit, aut minus lædit, nisi lacessatur: orat reus, urgent advocati, ut invehamur, ut male dicamus, denique ut interrogemus; non moveor, non obtempero, non satisfacio, neque tamen ullam assequor laudem. Homines enim imperiti facilius, quod stulte dixeris, reprehendere, quam, quod sapienter tacueris, laudare possunt. Hic [93] [g] quantum sit mali, si iratum, si non stultum, si [94] non levem testem læseris!

[e] *quæ tum primum inventa erat.* [f] *nihil me juvant vel Themistocles cum sua memoria, vel Crassus cum prudentia sua.* [g] *quantum porro nocet causæ orator si testem ingeniosum, iratum et gravem hominem offenderit?*

90. *Ut apud Græcos.* *Ut* delevit Pearcius, in quatuor MSS. non repertum. Et sane ei non in sequentibus respondet *sic.* Verum illa omissio verbi *ut* in libris est ab non intellecta connexione, quæ sic intelligi debet, ut illa præcedentia, *sed ego non—disputo,* in parenthesi accipiamus. ita Themistocles cum Crasso comparatur. ad extremum summa comparationis est in his: *sed neque propter hoc Them.—significavit facultatem:* atque ita res porro explicatur, de qua dicere cœperat Antonius. MS. Erl. pro *ut* habet *ita,* sed litera prima evanuit. *Ernest.*

Ibid. *Apud Græcos.* Wetzel. retinuit *ut;* qua conjunctione, censet docetque, hanc propositionem *ut ap. Græcos* cum antecedenti conjungi. De felici Themistoclis ingenio v. Thucyd. i. c. 138. et Cornel. Nepot. in Themist. c. 1. fin. Illius tempore Simonides poëta invenit artem memoriæ; quam postea consummavit Metrodorus Scepsius. *Harl.*

91. *Pollicitus esse.* Sic correxi vulgatum *pollicitum esse,* ut Manutius et Lamb. voluere, et grammatica ratio postulat: *doctus homo—dicitur accessisse—eique pollicitus esse,* &c. aliter recte dici non potest: in *pollicitum* intelligere *dicunt,* in tali contextu, ineptum est. *Ernest.*

92. *Themistocli* antique pro *Themistoclis. Harl.*

93. *Quantum sit mali.* Hoc laudatur pro Victoriana lectione, pro *quantum fit;* quam sibi dicit placere Pearcius, nec tamen recipit in textum. Immo sic est in edd. vett. omnibus, etiam Aldi, Juntæ, &c. sic in MS. E. et sine dubio vitio operarum *sit* in textum venit, quod pro lectione vulgata deinde fuit, et, ut sæpe factum in aliis, defensum est a severis Criticis, qui a recepta lectione discedere nollent, nec vere receptam lectionem tenerent. *Ernest.*

94. *Non levem testem.* Ex seqq. patet, intelligi testem gravem e dignitate. *Ernest.*

[k] habet enim et voluntatem nocendi in iracundia, et vim in ingenio, et pondus in vita; nec, si hoc Crassus non committit, ideo non multi, et sæpe committunt. Quo quidem mihi videri turpius nihil solet, quam cum ex oratoris dicto aliquo, aut responso, aut [l] rogatu, sermo ille sequitur, [m] *Occidit ille. adversariumne? immo vero, aiunt, se, et eum, quem defendit.*

(75.) Hoc Crassus non putat nisi perfidia accidere posse: ego autem sæpissime video in causis aliquid mali facere [n] homines minime malos. Quid? illud, quod supra dixi, solere me [o] cedere, et ut planius dicam, fugere ea, quæ valde causam meam [95] premerent? cum id non faciunt alii, [p] versanturque in hostium castris, ac [96] sua præsidia dimittunt; mediocriterne causis nocent, cum aut adversariorum adjumenta confirmant, aut ea, quæ sanare nequeunt, [q] exulcerant? Quid? cum personarum, quas defendunt, rationem non habent? si, quæ sunt in his invidiosa, non mitigant extenuando, sed laudando et efferendo invidiosiora faciunt; quantum in eo tandem mali? Quid? si in homines caros, judicibusque jucundos, sine ulla [97] præmunitione orationis acerbius et contumeliosius invehare; nonne abs te judices abalienes? Quid? si, quæ vitia, aut incommoda sunt in aliquo judice uno, aut pluribus, ea tu, [98] in adversariis exprobrando, non intelligas, te in judices invehi, mediocre peccatum est? Quid? si, cum pro altero dicas, [r] litem tuam facias, aut læsus efferare iracundia, causam relinquas, nihilne noceas? [s] In quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo, nimium patiens et lentus existimor: ut, cum te ipsum, Sulpici, objurgabam, [99] [t] quod ministratorem peteres, non adversarium. Ex quo etiam illud assequor, ut, si quis mihi maledicat, petulans, aut plane insanus esse videatur. In ipsis autem argumentis si quid posueris aut aperte falsum, aut ei, quod dixeris, dicturusve sis, contrarium, aut genere ipso remotum

[k] *testis iratus vult nocere, ingeniosus potest obesse, et si aliunde probus sit, fidem facit.* [l] *interrogatione.* [m] *evertit et perdidit.* [n] *simplices et incautos.* [o] *dissimulare et eludere firmissima adversariorum argumenta.* [p] *exponunt validissimas adversariorum rationes, quas penitus refellere non valent, et præcipuum causæ suæ robur dimittunt.* [q] ut imperiti chirurgi. [r] *te defendas, omisso reo.* [s] *in audiendis adversariorum conviciis credor nimium patiens, non quod maledicta libenter audiam, sed quia,* ut me tuear, *non libenter omitto ejus causam, cujus defensionem suscepi.* [t] *quod aggredereris non adversarium, sed patronum adversarii.*

95. *Premerent. Premere,* nocere. *Ernest. in Clave.*

96. *Sua præsidia dimittunt.* Malim *omittunt.* non enim præsidia militum, exercitus, intelliguntur, quæ dimitti dicuntur; sed castra, munimenta, quæ omittuntur. i. e. relinquuntur. Sic c. 72. *consistere in meo præsidio. Ernest.*

97. *Præmunitione.* Nempe *præmunitio* est, cum antea quædam dicimus, quibus efficitur, ut reliquam orationem minus ægre ferant judices. Exempla hujusmodi præmunitionum sunt in Or. pr. Murena, Flacco, Ligario, Marcello. *Ernest. in Clave.*

98. *In adversariis exprobrando.* Si *in* genuinum est; notanda est forma loquendi, *in aliquo quid exprobrare;* quam nuspiam notavi, aut notatam reperi: sed ego id delendum puto. Vicinia præpositionis hujus ante et post, in fraudem induxit librarios aut operas primas. *Ernest.*

99. *Ministratorem.* Ministrator is fuit, qui in causis advocato sive patrono soleret subjicere ea quæ pro reo dicenda essent: sic in Orat. pro Flacco, c. 22. *Hic mihi Mæandrius, quasi* ministrator, *aderat, subjiciens quid in suos cives civitatemque, si vellem, dicerem,* &c. *Pearce.*

ab usu judiciorum ac foro, nihilne noceas? Quid multa? omnis cura mea solet in hoc versari semper, (dicam enim sæpius,) si possim, ut boni aliquid efficiam dicendo: sin id minus, ut certe nequid mali.

(76.) Itaque nunc illuc redeo, Catule, in quo tu me paullo ante laudabas, ad ordinem collocationemque rerum ac locorum. [u] Cujus ratio est duplex: altera, quam affert natura causarum: altera, quæ oratorum judicio et prudentia comparatur. Nam [x] ut aliquid ante rem dicamus, deinde, ut rem exponamus, post ut eam probemus nostris [y] præsidiis confirmandis, contrariis refutandis, deinde ut concludamus, atque ita peroremus, [z] hoc dicendi genus natura ipsa præscribit. Ut [a] vero statuamus, ea, quæ probandi, docendi, persuadendi causa dicenda sunt, quemadmodum [1] componamus; id est vel maxime [2] proprium oratoris prudentiæ. [3] Multa enim occurrunt argumenta: multa, quæ in dicendo profutura videantur; sed eorum partim ita levia sunt, ut contemnenda sint: partim, etiam si quid habent adjumenti, sunt nonnumquam ejusmodi, ut insit in iis aliquid vitii: neque [b] tanti sit illud, quod prodesse videatur, ut cum aliquo malo conjungatur. Quæ autem sunt utilia, atque firma, si ea tamen (ut sæpe sit) valde multa sunt: ea, quæ ex iis aut levissima sunt, aut aliis gravioribus consimilia, secerni arbitror oportere, atque ex oratione removeri. Equidem cum colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo, quam expendere.

(77.) Et quoniam (quod sæpe jam dixi) tribus rebus omnes ad nostram sententiam perducimus, aut docendo, aut conciliando, aut permovendo, [4] una ex omnibus his [c] rebus res præ nobis est ferenda, ut nihil aliud, nisi docere velle videamur: reliquæ duæ, sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebunt. Nam et principia, et ceteræ partes orationis, de quibus paullo post pauca dicemus, habere hanc vim magnopere debent, ut

[u] *cujus ordinis duplex modus est; alterum ipsæ causæ sua sponte suppeditant.* [x] *ut exordio utamur.* [y] *rationibus.* [z] *hanc rerum collocationem.* [a] *ut vero videamus quemadmodum disponamus ea quæ probandi causa, &c.* [b] *adeo gravis momenti sit.* [c] *palam est significanda.*

1. *Componamus.* Ed. W. *exponamus.* MS. E. *componantur. Ernest.*

2. *Proprium oratoris prudentiæ. Ut opera extruentibus satis non est saxa, atque materiam, et cætera ædificanti utilia congerere, nisi disponendis iis collocandisque artificum manus adhibeatur: sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum; nisi illas easdem dispositio in ordinem digestas, atque inter se commissas devinxerit.* Quintilian. lib. vii. præfatione. *Proust.*

3. *Multa enim occurrunt argumenta.* De usu ac dispositione argumentorum recte Quintilianus, lib. v. cap. 12. *Firmissimis argumentorum, singulis instandum, infirmiora congreganda sunt: quia illa per se fortia non oportet circumstantibus obscurare, ut qualia sunt appareant: hæc imbecilla natura mutuo auxilio sustinentur. Itaque si non possunt valere, quia magna sunt; valebunt, quia multa sunt: quæ ad ejusdem rei probationem omnia spectant: ut si quis hæreditatis gratia hominem occidisse dicatur, Hæreditatem sperabas, et magnam hæreditatem, et pauper eras, et tum maxime a creditoribus appellabaris, et offenderas eum cujus hæres eras, et mutaturum tabulas sciebas. Singula levia sunt et communia: universa vero nocent, etiamsi non ut fulmine, tamen ut grandine. Proust.*

4. *Una ex omnibus his rebus res.* Sic ex edd. pr. dedimus, pro vulgato *u. e. tribus*, &c. quod primum est ab Aldo editum, sed e MSS. nam sic Erl. Ceterum *rebus* aut *res* delendum est. *Ernest.*

ad eorum mentes, apud quos agetur, movendas permanare possint. Sed his [d] partibus orationis, quæ etsi nihil docent argumentando, persuadendo tamen et commovendo proficiunt plurimum, quamquam maxime proprius est locus et in exordiendo, et in perorando; degredi tamen ab eo, quod proposueris atque agas, permovendorum animorum causa, sæpe utile est. [5] Itaque vel narratione exposita, sæpe datur ad commovendos animos [6] degrediendi locus; vel argumentis nostris confirmatis, vel contrariis refutatis, vel utroque loco, vel omnibus, si habet eam causa dignitatem atque copiam, recte id fieri potest: eæque causæ sunt [7] ad agendum, et ad ornandum gravissimæ atque plenissimæ, [e] quæ plurimos [8] exitus dant ad ejusmodi degressionem, ut his locis uti liceat, [9] quibus animorum impetus eorum, qui audiant, aut impellantur, aut reflectantur. Atque etiam in illo reprehendo eos, qui, quæ minime firma sunt, [10] ea prima collocant. In quo illos quoque errare arbitror, qui, si quando (id quod mihi numquam placuit) plures adhibent patronos, ut in quoque eorum minimum putant esse, ita eum primum volunt dicere. Res enim hoc postulat, ut eorum exspectationi, qui audiunt, quam celerrime [f] occurratur: cui si initio satisfactum non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. Male enim se [g] res habet, quæ non statim, ut dici cœpta est, melior fieri videtur. Ergo ut in oratore optimus quisque, sic et in oratione, [11] firmissimum quodque sit primum: dum illud tamen in utroque [12] teneatur, ut ea, quæ excellant, serventur etiam ad perorandum: si quæ erunt mediocria (nam vitiosis nusquam esse oportet locum) in mediam turbam, atque in gregem conjiciantur. Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendum, [13] postremum soleo cogitare, quo utar exordio. nam [h] si quan-

[d] *exordio scilicet et peroratione.* [e] *quæ subministrant plurimas occasiones digrediendi.* [f] *satisfiat.* [g] *causa.* [h] *quando cogitavi ante cæteras partes exordium elaborare.*

5. *Itaque vel narr. exposita* MS. E. *i. v. re narrata atque exposita:* quod melius videtur. *Ernest.*

6. *Degrediendi locus; vel arg.* Hic post *locus* colon scribunt Manutius, Pearcius, recte, si illa in sequentibus, *recte id fieri potest*, sunt sine vitio: quod mihi non videtur. Est enim in hac structura valde dura et insolens oratio. Arbitror, aut scribendum, *ET, si habet—dignitatem atque copiam, recte id fieri potest;* aut, quod malim; *si habet—ut id recte fieri possit. Ernest.*

7. *Ad agendum, et ad orn.* Pearcius recepit *augendum:* et id sane sæpe in *agendum* est mutatum, ut supra vidimus exemplis. Sed tamen hic *agendum* locum habet, referturque ad *gravissimæ*, ut *ornandum* ad *plenissimæ*. Et Cicero alibi quoque hæc duo conjungit, ut pro L. Manil. 1. *Ernest.*

8. *Exitus.* Occasio de via decedendi, elabendi. *Ernest. in Clave.*

9. *Quibus animorum impetus eorum, qui.* Durum hoc. *animorum* mihi glossam olet. Mox MS. E. *audiant*, rectius. nam et alibi est, qui *audiant*, vel *audient. Ernest.*

10. *Ea prima collocant. Quæsitum etiam,* inquit Fabius, lib. v. cap. 12. *potentissima argumenta primone ponenda sint loco, ut occupent animos; an summo, ut inde dimittant; an partita primo summoque, ut Homerica dispositione,* Iliados iv. ubi imbecilliores Nestor in medio collocat, *in medio sint infirma, an a minimis crescant. Quæ prout ratio causæ cujusque postulabit, ordinabuntur, uno, ut ego censeo, excepto, ne a potentissimis ad levissima decrescat oratio. Proust.*

11. *Firmissim. quodque sit primum—conjiciantur.* Hæc est Homerica illa (Il. Δ. 297.) dispositio, uti dicit Quinctil. Inst. v. 12. 14. *Harl.*

12. *Teneatur.* h. e. servetur, observetur. *Harl.*

13. *Postremum soleo cogitare.* Ab Antonii sententia discrepat Quintilianus, lib. iii. cap. 9. Etsi enim antequam quicquam scribatur, totum causæ genus, quid prosit,

do id primum invenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare, atque [14] commune.

(78.) [15] Principia autem dicendi semper cum accurata, et acuta, et instructa sententiis, apta verbis, tum vero causarum propria esse debent. Prima est enim quasi cognitio et commendatio orationis in principio, quæ continuo eum, qui audit, permulcere atque allicere debet. In quo admirari soleo, non equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt, sed hominem in primis disertum atque eruditum, [16] Philippum, qui ita solet ad dicendum surgere, ut, quod primum verbum habiturus sit, nesciat; et ait idem, [17] cum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare: neque attendit, eos ipsos, [18] unde hoc [19] simile ducat, illas primas hastas ita jactare leniter, ut et venustati vel maxime serviant, et [i] reliquis viribus suis consulant. Neque est dubium, quin exordium dicendi vehemens et pugnax non sæpe esse debeat: sed si in ipso illo gladiatorio vitæ [20] certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad [k] speciem valere videantur: quanto hoc magis in oratione exspectandum, in qua [21] non vis potius, sed delectatio postulatur? Nihil est denique in

[i] *ne vires temere velut effundant* in ipsa velitatione, *sed eas pugnæ reservent.* [k] *venustatem quandam et pompam.*

quid noceat, accurate velit expendi, *non ideo tamen,* inquit, *eos probaverim, qui scribendum quoque procœmium novissime putant. Nam ut conferri materiam omnem oportet, et, quid quoque loco sit opus, constare debet, antequam dicere aut scribere ordiamur: ita incipiendum ab iis quæ prima sunt. Nam nec pingere quisquam aut fingere cœpit a pedibus: nec denique ars ulla consummatur ibi, unde ordiendum est. Proust.*

14. *Commune* (*exordium*) quod multis orationibus præmitti potest, et est in vitio. *Ernest. in Clave.*

15. *Principia.* De exordio confer Quinctil. iv. cap. 1. Mox *apta,* h. e. inter se conjuncta. *Harl.*

16. *Philippum.* Qui fuit A. U. 693. Consul, et A. 698. Censor.

17. *Cum brachium concalef.* Non tacenda est lectio ed. W. *ii. quos Bacchus concalefecerit, tum se aiunt optime pugnare.* Sed ut sententia bona sit, tamen non consentit sequentibus aut rei universæ. Simile quid est in MS. E. *Bacchum cum calefecerit. Ernest.*

Ibid. *Brachium concalef.* N. jactando, quod, (ut ait Wetzel.) Aristoteles Rhetor. iii. de luctatu vocat προεξαγκωνίζεσθαι. *Harl.*

18. *Unde hoc simile ducat. Simile,* etsi scio a Cicerone interdum sic in rhetoricis dici, pro similitudine: tamen hic a suspicione glossæ non libero. *Ernest.*

Ibid. *Unde hoc simile ducat.* Adluditur ad eos gladiatores, qui principio frigescunt, mox incitati pugnant vel acerrime: quod tamen boni gladiatores non faciunt: qui primas hastas ita leviter jactant, ut et venustati vel maxime serviant, et suas vires retineant, aut retinere studeant. (Haud igitur bene Lambin. delet *reliquis viribus suis.*) Rectius postea aptat similitudinem. Gladiatores enim in munere primum gladios explorabant; deinde *ad speciem,* (ut Cicero ait,) h. e. ad voluptatem spectatorum, ut apparatus et ars in oculos cadat, ut spectentur, rudibus præludebant, denique, signo tuba dato, armis decretoriis, (*gladiatorio vitæ certamine et ferro decernere,* ait Cicero,) pugnabant. Plura de his dabit Lipsius de Saturnalibus. *Harl.*

19. *Simile.* Similitudo, ὁμοίωσις. *Ernest. in Clave.*

20. *Certamine, quo ferro decernitur. Quod* mallet Pearcius, cujus formæ sunt exempla quædam: sed libri nil juvant. nam edd. Victorii, Ascensii, Steph. nihil hic valent: et nec verum est, eas *quod* habere: nisi si Victoriana sec. sic habet, quæ non est in manibus. *Ernest.*

21. *Non vis potius, sed delect.* Insolentius hoc est: itaque Pearcius e suis MSS. et Gruterianis, quibus Erl. consentit, dedit *quam* pro *sed.* Verum id est e correctione scribarum: Ego malim *potius* delere, quod e *non vis* nasci potuit. Ceterum *oratio* h. l. est pars, genus orationis, scil. exordiorum, in quibus non vis, sed delectatio quæritur, per quam auditores concilientur dicenti. *Ernest.*

natura rerum omnium, quod se universum profundat, et quod totum repente evolet: [22] sic omnia, quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, [l] lenioribus principiis natura ipsa prætexuit. [m] Hæc autem in dicendo non [23] extrinsecus alicunde quærenda, sed ex ipsis visceribus causæ sumenda sunt. idcirco tota causa [n] pertentata atque perspecta, locis omnibus inventis, atque instructis, considerandum est, quo principio sit utendum. sic et facile reperietur. Sumentur enim ex iis rebus, quæ erunt uberrimæ vel in argumentis, vel in iis partibus, ad quas dixi degredi sæpe oportere. Ita et momenti aliquid afferent, cum erunt pæne ex intima defensione [24] depromta, et apparebit ea non modo non esse communia, nec in alias causas posse transferri, sed penitus ex ea causa, quæ tum agatur, [o] effloruisse.

(79.) Omne autem principium [p] aut rei totius, quæ agetur, significationem habere debebit, aut aditum ad causam et munitionem, aut [25] quoddam ornamentum et dignitatem. Sed oportet, ut ædibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia [q] proportione rerum præponere. Itaque in parvis atque [26] infrequentibus causis ab ipsa re est exordiri sæpe commodius. Sed cum erit utendum principio (quod plerumque erit) aut ex [27] reo, aut ex adversario, aut ex re, aut ex eis, apud quos agitur, sententias duci licebit. Ex reo, (reos appello, [r] quorum res est,) [s] quæ significent virum bonum, quæ liberalem, quæ calamitosum, quæ misericordia dignum, quæ valeant contra falsam criminationem: ex adversario, iisdem ex locis fere contraria. Ex re, si crudelis, si infanda, si præter opinionem, si immerito, si misera, si ingrata, si indigna, si nova, si quæ restitui sanarique non possit: ex iis autem, apud quos agetur,

[l] *lente ac molliter inchoavit.* [m] principia orationis. [n] *prius meditata et considerata.* [o] *cum dignitate ortas esse.* [p] *id totum ob oculos breviter ponere, de quo dicendum est.* [q] *pro rerum magnitudine aut tenuitate.* [r] *quorum agitur causa, sive defendantur, sive accusentur.* [s] sententiæ duci debent.

22. *Sic omnia.* Non hic est comparatio, ut *sic* locum habere solito sensu possit: sed continuatur proposita sententia, exprimiturque positive, quod dictum erat negative. Itaque intelligendum est, *adeo*, pro quo quoque *sic* et *ita* dicuntur. Nam corrigere *sed* facile fuerit, eaque commoda sententia foret: sed non est necesse. *Ernest.*

23. *Extrinsecus alicunde quærenda. Aliunde* habent edd. pr. et MSS. omnes. *alicunde* induxit Aldus. *Extrinsecus* et *aliunde* jungit, sed aliter, Cicero ad Div. v. 13. nam illo in loco sunt synonyma, et in diversis formis dicta: *non aliunde pendere, nec extrinsecus habere suspensas rationes bene maleque vivendi.* Sed hic debent verba sensu differre; quod tamen non est. Atque hoc motus videtur Aldus correxisse *alicunde*; sicut recte potuisset dici etiam *extrinsecus alicubi.* Igitur ad sensum *alicunde* melius esset, si modo constaret id e genuino exemplo sumtum, non ab Aldo factum, quod credo: valdeque vereor, ne *aliunde* per glossam additum τῷ *extrinsecus* fuerit, et sic in contextum venerit. Judicent acutiores. *Ernest.*

24. *Deprompta—ea—communia.* Sic cum Pearcio edidimus pro *depromtæ.* Intelligenda enim sunt, principia dicendi, exordia. Confusio orta videtur a præcedente verbo *rebus. Depromta* quidem habet plane MS. E. *Ernest.*

25. *Quoddam ornamentum et dignitatem.* Suspicatus sum, Ciceronem scripsisse *ad dignitatem*: ita venustius respondet priori, *aditum ad causam*: et hanc per exordia, velut ornamenta, conciliari orationi vult Cicero cum aliis rhetoribus, sicut ornatæ fores addunt dignitatem ædibus. Sed tamen video etiam *orn. et dignitatem* respondere posse verbis *aditum et munitionem. Ernest.*

26. *Infrequentibus causis. Infrequens causa*, in qua agenda pauci auditores adesse solent. *Ernest. in Clave.*

27. *Reo.* Reus, is cujus res agitur, non solum accusatus, sed etiam is, unde petitur, et petitor. cf. 43. et Alciati Parerga Juris. II. 10. *Ernest. in Clave.*

ut benevolos beneque existimantes efficiamus: quod [t] agendo efficitur melius, quam rogando. [u] Est id quidem in totam orationem [28] confundendum, nec minime in extremam: sed tamen multa principia ex eo genere gignuntur. Nam et attentum monent Græci ut principio faciamus judicem, et docilem; quæ sunt utilia: [29] sed non principii magis propria, quam reliquarum partium: faciliora etiam in principiis, quod et attenti tum maxime sunt, cum omnia exspectant, et dociles magis initiis esse possunt. Illustriora enim sunt, quæ in principiis, quam quæ in mediis causis dicuntur, aut arguendo, aut refellendo. Maxima autem copia principiorum ad judicem aut alliciendum, aut incitandum, ex iis locis trahitur, qui ad motus animorum conficiendos inerunt in causa: quos tamen totos in principio explicari non oportebit, sed tantum impelli primo judicem leviter, ut jam [30] inclinato reliqua incumbat oratio.

(80.) Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, [x] ut non tanquam [31] citharœdi procœmium affictum aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur. Nam nonnulli, cum illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, [32] ut audientiam sibi fieri nolle videantur. Atque ejusmodi illa prolusio debet esse, non ut [33] Samnitum, qui [34] vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur; sed ut ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint.

[t] *potius ea dicendo quæ benevolos auditores efficiant, quam rogando ut sint benevoli.* [u] *captanda est benevolentia tota oratione, sed præcipue in epilogo.* [x] *ut non sit tanquam aliqua prolusio fidicinis aliunde accersita.*

28. *Confundendum.* Confundere *in totam orationem:* h. e. per totam orationem, non uno certo loco adhibere. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Confundendum.* Secundum metaphoram, supra, cap. 77. verbis, *uti sanguis in corporibus*, datam, monente Wetzelio. *Harl.*

29. *Sed non principii.* Totum illud ex Aristotele depromptum est, lib. iii. Rhetor. cap. 14. τὸ προσεκτικοὺς ποιεῖν πάντων τῶν μερῶν κοινὸν, ἐὰν δέῃ· παντὸς γὰρ ἀνιᾶσι μᾶλλον, ἢ ἀρχόμενοι. Διὸ γελοῖον ἐν ἀρχῇ τάττειν, ὅτε μάλιστα πάντες προσέχοντες ἀκροῶνται. *Proust.*

30. *Inclinato* incumbit *oratio:* h. e. eum impellit, ut plane nobiscum sentiat, faciat, quæ volumus, cum jam sponte non esset a sensu et voluntate nostra alienus. *Ernest. in Clave.*

31. *Citharœdi procœmium.* Cicero bene apteque utitur h. l. vocabulo *procœmium.* Nam Quinctil. iv. 1. init., *Quod principium, ait, latine, vel exordium dicitur, majore quadam ratione Græci videntur* προοίμιον *nominasse, quia a nostris initium modo significatur, illi satis clare, partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam sive propter ea, quod* οἶμη *cantus est, et citharœdi pauca illa, quæ, antequam legitimum certamen,* [alii, *carmen*, v. Burmann.] *inchoent, emerendi favoris gratia canunt,* procœmium *cognominaverunt, oratores etiam ea, quæ prius, quam exordiantur, ad conciliandos sibi judicum animos præloquuntur, eadem appellatione significarunt: sive quod* οἶμον *iidem Græci* viam *appellant, id, quod ante ingressum rei ponitur, sic vocare est institutum: certe* procœmium *est, quod apud judicem prius, quam causam cognoverit, prosit. Harl.*

32. *Ut aud. s. fieri nolle videantur.* Sic ed. W. habet, et MSS. aliquot ap. Grut. et Pearc. quæ est vera lectio, habens sensum aptum rei propositæ. At aliæ edd. vett. et vulgares habent *velle:* quæ lectio abhorrens est, et nullum sensum habet, qui rei conveniat. Nam *audientiam sibi fieri velle*, est in laude: at hic reprehensio est vitiosi transitus. *Ernest.*

33. *Samnitum.* Gladiatorum genus, cap. 78. et iii. 23. Horat. Epist. ii. 2. 98. Liv. ix. 40. 17. narrat causam et originem hujus compellationis. Id genus fuit populus bellicosus atque Romanis gravis, qui tenuit regionem inter Picenum, Campaniam, et Apuliam. *Harl.*

34. *Vibrant. Vibrare*, proprie est cum magna vi et celeritate projicere, ut contorquere. *Ernest. in Clave.*

Narrare vero rem [35] quod breviter jubent; si brevitas appellanda est, cum verbum nullum redundat, brevis est L. Crassi oratio; sin tum est brevitas, cum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est: sed sæpe obest vel maxime in narrando, non solum quod obscuritatem affert, sed etiam quod eam virtutem, quæ narrationis est maxima, ut jucunda, et ad persuadendum accommodata sit, [36] tollit. Ut illa, [37] [a] *Nam is postquam excessit ex ephebis*, quam longa est [b] narratio! mores adolescentis ipsius, et [38] servilis percunctatio, mors Chrysidis, vultus et forma, et lamentatio sororis, reliqua, pervarie jucundeque narrantur. Quodsi hanc brevitatem quæsisset,

[c] *Effertur, imus: ad sepulcrum venimus:*
In ignem posita est,

[39] [d] his fere decem verbis totum conficere potuisset: quamquam hoc ipsum, *Effertur, imus*, concisum est, ita, ut non brevitati servitum sit, sed magis venustati. Quodsi nihil fuisset, nisi, *In ignem posita est;* tamen res tota cognosci facile potuisset. Sed et festivitatem habet narratio [e] distincta personis, et interpuncta sermonibus: et est probabilius, quod gestum esse dicas, cum, quemadmodum actum sit, exponas, et multo apertius ad intelligendum est; [40] [f] si sic consistitur aliquando, ac non ista brevitate percurritur. [g] Apertam enim narrationem tam esse oportet, [41] quam cetera: sed hoc magis in hac elaborandum est, quod et difficilius est, non esse obscurum in re narranda, [h] quam aut in principio, aut in argumento, aut in

[a] *postquam excessit annum ætatis decimum quartum.* [b] *variæ interrogationes, quæ a servo fiunt* in eadem narratione Terentiana. [c] ad rogum *ducitur* ejus cadaver. [d] versu superiore, effertur, imus, *&c. id totum narrare potuisset senex, quod decem versiculis exposuit.* [e] *in qua nulla est personarum confusio, ubi suas quisque partes agit.* [f] *si quomodo fuerit gestum exponitur.* [g] *narratio debet esse tam clara quam reliquæ orationis partes.* [h] *quam aut in exordio, aut in confirmatione, aut in refutatione, aut in peroratione.*

35. *Quod breviter jubent.* Hoc in narratione brevitatis præceptum explodit pariter Aristoteles, lib. iii. Rhetoric. cap. 16.— *Proust.*

36. *Tollit. Ut illa—quam longa,* &c. Conjungenda sunt, *illa narratio.* Edd. pr. *tolli videtur, illa;* quod ita correxit Aldus. nam *tolli* alienum est. *Ernest.*

37. *Nam is postquam.* Verba Simonis senis ex Andriæ Terent. Act. I. Sc. I. *Proust.*

38. Servilis *percunctatio,* est, cum e servis aliquid percunctamur. *Ernest. in Clave.*

39. *His fere decem verbis.* Edidimus *verbis* pro vulgato *versiculis,* et *his* ex Edd. pr. quæ habent *in his decem. Verbis* a Cicerone scriptum esse, non *versiculis,* clarum est. Nam refertur non ad totam narrationem Terentii, sed ad compendium narrationis, quod præcedit. id constat *novem,* i. e. *decem fere verbis:* quod librarii s. correctores non animadverterunt, sed retulerunt ad totum illud Terentianum, et ex *verbis* fecere *versiculos. Ernest.*

Ibid. *Decem* versiculis. Aut, *versiculis,* dixit, pro *verbis;* quod mihi novum est: aut, *verbis* legendum, non *versiculis. Manutius.*

40. *Si sic consistitur.* Est ex verissima Victorii correctione. Edd. vett. omnes et MSS. *constituitur,* vitiose. Erl etiam sine *si. Ernest.*

Ibid. *Si sic* constituitur *aliquando.* Libri scripti omnes, *constituitur,* pro *consistitur:* magis tamen placet, *consistitur;* quia sequitur, *percurritur;* ut alterum alteri opponatur. *Manutius.*

41. *Quam cetera.* Sic edidimus pro vulgato *ceteras.* Edd. Med. et Ven. 1480. addunt *orationis partes,* quod recepit Pearcius. Id supplementum sumtum est e seqq. Litera ultima adhæsit e verbo sequente. *Ernest.*

purgando, aut in perorando: et majore periculo hæc pars orationis obscura est, quam cetera: vel quia si quo alio in loco est dictum quid obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est: narratio obscura totam obcæcat orationem: vel quod alia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius: narrationis unus est in causa locus. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur.

(81.) Sed quando utendum sit, aut non sit narratione, [i] id est consilii. neque enim si nota res est, [42] nec si non dubium, quid gestum sit, narrari oportet, [k] nec si adversarius narravit; nisi si refellemus. Ac, si quando erit narrandum, [43] nec illa, quæ suspicionem et crimen efficient, contraque nos erunt, acriter persequamur, et quidquid poterit, detrahamus: ne illud, quod Crassus, si quando fiat, perfidia, non stultitia fieri putat, ut causæ noceamus, accidat. nam [l] ad summam totius causæ pertinet, caute, an contra, [44] demonstrata res sit; quod omnis orationis reliquæ fons est narratio.

[m] Sequitur, ut causa ponatur, in quo videndum est, quid in controversiam veniat. Tum suggerenda sunt firmamenta causæ [45] conjuncte, et infirmandis contrariis, et tuis confirmandis: namque [n] una in causis ratio quædam est ejus orationis, quæ ad probandam argumentationem valet. Ea autem et confirmationem et reprehensionem quærit: sed quia [o] neque reprehendi quæ contra dicuntur, possunt, nisi tua confirmes, neque hæc confirmari, nisi illa reprehendas, idcirco [p] hæc et natura, et utilitate, et tractatione conjuncta sunt. [q] Omnia autem concludenda plerumque rebus augendis, vel inflammando judice, vel mitigando: omniaque cum superioribus orationis locis, tum maxime extremo, ad mentes judicum quam maxime permovendas, et ad utilitatem nostram vocandas, conferenda sunt.

[r] Neque sane jam causa videtur esse, cur secernamus ea præcepta, quæ de suasionibus tradenda sunt, aut laudationibus. sunt enim

[i] *pertinet ad oratoris prudentiam.* [k] *ubi adversarius narrationem fecit, non est facienda de integro, nisi velis ea quæ dixerit refellere.* [l] *in hoc præcipue causa vertitur, an caute et prudenter, an imprudenter et inconsulte res narrando demonstrata fuerit.* [m] narrationem *sequitur* propositio orationis, tertia pars, *in qua causæ caput et summa constituitur: deinde* in confirmatione *exponenda sunt* auditoribus *argumenta causæ propria,* non aliena et nihil ad rem pertinentia. [n] *omnibus causis una est ratio idemque modus confirmationis;* ad cujuslibet enim causæ confirmationem adhibenda sunt argumenta quæ ex locis eruuntur. [o] *nec prodest argumenta adversariorum refutare, nisi tua confirmes, nec tua confirmare, nisi contraria refutes.* [p] *confirmatio et refutatio.* [q] *propria sedes amplificationis, et sedandorum aut excitandorum motuum est peroratio: omnes illi affectus, et excitandorum motuum rationes, præterquam quod in exordio, narratione et confirmatione adhiberi debent, maxime locum habent in extrema parte orationis.* [r] cum egerimus de genere judiciali, *nulla est causa cur disseramus seorsim de præceptis ad genus deliberativum et exornativum spectantibus.*

42. *Nec si non dubium.* Sic ex Ed. s. l. et a. Lips. Ed. W. et aliæ *nec si dubium;* unde Aldus fecit vulgatum *nec dubium.* Pearcius edidit *nec si dubium. Ernest.*

43. *Nec illa.* Sic edd. pr. *Ne illa* est ex Aldina, in qua vitio operarum littera *c* excidisse videtur: quamquam sic est in MS. E. et fortasse etiam in aliis. *Ernest.*

44. *Demonstrata,* h. e. narrata. *Harl.*

45. *Conjuncte.* Jungas cum τῷ *suggerenda:* qui hoc non viderunt, scripsere (uti Rob. Steph. et Strebæus) *conjuncta. Harl.*

pleraque communia: sed tamen suadere aliquid, aut dissuadere, gravissimæ mihi videtur esse personæ. Nam et sapientis est, consilium explicare suum de maximis rebus; et honesti, et diserti, ut mente providere, auctoritate probare, oratione persuadere possit.

(82.) Atque hæc in senatu minore apparatu agenda sunt: [46] sapiens enim est consilium: multisque aliis dicendi relinquendus locus. Vitanda etiam [47] ingenii ostentationis suspicio. [48] [s] Concio capit omnem vim orationis, et gravitatem, varietatemque desiderat. [49] Ergo [t] in suadendo [50] nihil est optabilius, quam dignitas. nam qui [u] [51] utilitatem putat, non quid maxime velit suasor, sed quid interdum magis sequatur, videt. Nemo est enim, præsertim in tam clara civitate, quin putet expetendam maxime dignitatem: sed vincit utilitas plerumque, cum subest ille timor, ea neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri. Controversia autem inter hominum sententias, aut in illo est, utrum sit utilius: aut etiam, [x] cum id convenit, certatur, utrum honestati potius, an utilitati consulendum sit. Quæ quia pugnare sæpe inter se videntur, qui utilitatem defendit, enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, pecuniæ, vectigalium, [52] præsidii militum, [53] [utilitates] ceterarum rerum, quarum fructum utilitate metimur, itemque incommoda contrariorum. Qui ad dignitatem impellit, majorum exempla, quæ erunt vel cum periculo gloriosa, colliget, posteritatis immortalem memoriam augebit; [54] utilitatem ex laude nasci defendet, semperque eam cum dignitate esse conjunctam. Sed quid fieri possit, aut non possit, quidque etiam sit necesse, aut non sit, [y] in utraque re maxime est quærendum. [z] Inciditur enim omnis jam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur: et qui id docuit, [a] non videntibus aliis, [b] is plurimum vidit. Ad consilium autem de

[s] *qui ad populum dicit, debet explicare vim omnem eloquentiæ, auctoritatem suam, ac sententiarum varietatem* ad pompam ostentare: hæc enim mirum quantum apud plebem valent. [t] *id quod honestum est.* [u] optabiliorem esse. [x] *cum certum est quid sit utilius.* [y] *in suasione et dissuasione.* [z] *tollitur enim omnis deliberatio, si res de qua deliberatur sit impossibilis, aut necessaria.* [a] *si ab aliis, qui suadent, aut dissuadent, id observatum non est.* [b] *is rem confecit,* plurimum probavit.

46. *Sapiens e. e. consilium.* Hæc insititia puto, et e Scholio orta. *Ernest.*

47. *Ingenii ostentationis.* Sic ed. W. et MSS. quidam, idque recte edidit Pearcius. MS. E. *ingeniis ostentationis.* Vulg. *i. ostentationisque. Ernest.*

48. *Concio.* i. e. populi, quam hic Noster opponit consilio Senatus; ut ostendat, alio more in illa, alio in hoc oratorem dicere oportere. *Pearce.* Tum *capit*, h. e. accipit; hic igitur potest, licetque ostendi vim orationis: dein *desiderat*, hic omnino debet eam vim ostendere orator. *Harl.*

49. *Ergo in suadendo——quam dignitas.* Non intelligitur oratoris dignitas, sed dignitas in rep. servanda, ad quam suasor populum in concione impellit. *Schütz. Optabilius* i. e. magis diligendum et sequendum. Conf. Quintil. iii. 8. 1. et Aristot. Rhetor. i. 6. ubi Aristot. de bono et utili subtiliter et fuse disserit. *Harl.*

50. *Nihil est optabilius.* i. e. magis diligendum et sequendum. *Ernest.*

51. *Utilitatem putat.* Quia sequitur *n. q. m. v. suasor*, intelligendum est de rhetoris opinione. *Ernest.*

52. *Præsidii militum.* Sic habent edd. pr. omnes sine interpunctione, quam addidit Aldus. neque enim intelligi potest, quid sit *præsidium*, si a militibus sejungatur: quamquam locus mihi suspectus est. *Ernest.*

53. *Utilitates ceterarum rerum. Utilitates* spurium visum est Lambino. Recte. Itaque uncis inclusi. In Ed. W. est *et ceter. rer.* quod etiam magis indicat insititium esse *utilitates. Ernest.*

54. *Utilitatem ex laude nasci.* Rem nullam esse utilem, nisi sit honesta, sententia fuit Stoica. *Harl.*

republica dandum, caput est, nosse rempublicam; [c] ad dicendum vero [55] probabiliter, nosse mores civitatis: qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis est sæpe mutandum. Et quamquam una fere vis est eloquentiæ, tamen quia summa dignitas est populi, gravissima causa reipublicæ, maximi motus multitudinis; genus quoque dicendi grandius quoddam et illustrius esse adhibendum videtur: maximaque pars orationis admovenda est ad animorum motus nonnumquam aut cohortatione, aut commemoratione aliqua, aut in spem, aut in metum, aut ad cupiditatem, aut ad gloriam concitandos, sæpe etiam a temeritate, iracundia, spe, injuria, invidia, crudelitate revocandos.

(83.) Fit autem, ut, quia [d] maxima quasi oratori [56] scena videatur concionis, [57] natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitetur. Habet enim multitudo vim quandam talem, ut quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator, sine multitudine audiente, eloquens esse non possit. [58] Et [e] cum sint populares multi variique lapsus, vitanda est acclamatio [f] adversa populi; quæ aut orationis peccato aliquo excitatur, si aspere, si arroganter, si turpiter, si sordide, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur; aut hominum offensione vel invidia, quæ aut justa est, aut [59] ex criminatione atque fama; aut res si displicet; aut si [g] est in aliquo motu suæ cupiditatis aut metus multitudo. Hisque quatuor causis totidem medicinæ opponuntur: tum [60] objurgatio, [h] si est auctoritas; tum admonitio, quasi lenior objurgatio; tum promissio, si audierint, [i] probaturos: tum deprecatio: [61] quod est infimum, sed nonnumquam utile. [62] Nullo autem loco plus facetiæ prosunt, et [63] celeritas, et breve ali-

[c] *ad dicendum ex instituto civitatis* ad populum. [d] *magna hominum frequentia est oratori quasi theatrum* in quo suam eloquentiam explicat cum dignitate. [e] *cum sæpe et variis modis oratores peccent in iis orationibus quas habent ad populum.* [f] *graviter aliquid ferentis populi.* [g] solet uti multitudo adversa acclamatione, *cum aliqua cupiditate vel metu perturbatur:* tunc enim non libenter audit eos, qui suæ cupiditati resistunt. [h] *si est in oratore satis auctoritatis, ut objurgare populum acclamantem possit.* [i] *vere ac juste dictum æstimaturos.*

55. *Probabiliter.* Firmatur auctoritate Tullii interpretatio nostra. Probabilis erit narratio, inquit lib. de Partitione, *si cum hominum opinione, auctoritate, si cum lege, cum more, cum religione conjuncta. Proust.*

56. *Scena concionis.* Sic edd. et MS. E. pro *concio*, quod est ab Aldo. *Ernest.*

57. *Natura ipsa ad ornatius, &c. Ipsa* i. e. sua sponte. Ed. W. non habet *ad.* Pro *excitetur* MS. E. habet *excitemur. Ernest.*

58. *Et cum sint populares, &c.* Hunc locum interpunctione faciliorem fecimus lectori, ut illæ quatuor causæ offensionis facilius agnoscantur et distinguantur. *Ernest.*

Ibid. *Populares—lapsus.* h. e. in populo tractando labi et errare orator facile et sæpe potest; populus multis modis offenditur. *Harl.*

59. *Ex criminatione atque fama.* Hæ voces opponuntur offensioni et invidiæ *justæ*, et significant eam solum criminationem, quæ populari fama et rumore nititur, et quam Noster vocat *falsam criminationem*, in c. 79. *Pearce.*

60. *Objurgatio, si est auctoritas.* Qualis est Cic. Rab. Perd. c. 6. *Ernest.*

Ibid. *Objurgatio.* Qualis est Ciceronis Orat. pro Rabir. Perd. c. 6. et plura horum et reliquorum, quæ laudantur, remediorum exempla dabunt Livianæ conciones.

61. *Quod est infimum.* Aut *remedium* intelligendum est ex verbo *medicina*, aut ad genus totum referendum. MS. E. *infirmum.* v. ad Or. in fine. *Ernest.*

Ibid. *Quod est infimum.* N. genus, aut remedium est intelligendum ex verbo *medicina. Harl.*

62. *Nullo autem loco.* Sic primus Aldus edidit: sed, ut opinor, e MS. Nam sic est in Erl. Superiores habent *nonnullo:* in quo si est aliquid veri, id factum est e *Non ullo*, ut supra. *Ernest.*

63. *Celeritas.* h. e. ingenii dexteritas, consilium, quod celeritatem habet, animi

quod dictum, nec sine dignitate, et cum lepore. Nihil enim tam facile, quam multitudo, a tristitia, et sæpe ab acerbitate, commode, ac breviter, et acute, et hilare dicto deducitur.

(84.) Exposui fere, ut potui, vobis in utroque genere causarum quæ sequi solerem, quæ fugere, quæ spectare, quaque omnino in causis ratione versari. Nec illud tertium [64] laudationum genus est difficile, quod ego initio quasi a præceptis nostris secreveram: sed et [65] quia multa sunt orationum genera, et graviora, et majoris copiæ, de quibus nemo fere præciperet, et quod nos laudationibus non ita multum uti soleremus, totum hunc [k] segregabam locum. Ipsi enim Græci, [l] magis legendi, et delectationis, aut hominis alicujus ornandi, quam utilitatis hujus forensis causa, laudationes scriptitaverunt: quorum sunt libri, quibus Themistocles, Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus, Alexander aliique laudantur: nostræ laudationes, quibus in foro utimur, aut [m] testimonii brevitatem habent nudam atque inornatam, aut scribuntur ad funebrem concionem, quæ [66] [n] ad orationis laudem minime accommodata est. Sed tamen, quoniam est [67] utendum aliquando, [68] nonnunquam etiam scribendum, velut P. Tuberoni Africanum avunculum laudanti [o] scripsit C. Lælius, vel ut nosmetipsi, ornandi causa, Græcorum more, si quos velimus, laudare possimus; sit a nobis quoque tractatus is locus. Perspicuum est igitur, [69] alia esse in homine optanda, alia laudanda. Genus, forma, vires, opes, divitiæ, ceteraque quæ fortuna det, aut [70] extrinsecus, aut corpori, non habent in se veram laudem; quæ deberi virtuti uni putatur: sed tamen, quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maxime cernitur, tractanda etiam in laudationibus hæc sunt naturæ et fortunæ bona: in quibus est summa laus, [p] non extulisse se in potestate, non fuisse

[k] *separatim explicandum susceperam.* [l] *præstat Græcos rhetores legere.* [m] *breves sunt, usurpanturque cum laudatur aliquis testis, ejusque testimonium recitatur.* [n] *ad explicandam orationis vim.* [o] *orationem a se scriptam Tuberoni dedit, quam ipse Tubero pronuntiaret.* [p] *non elatum fastu ac superbia fuisse.*

præsentia. Ita cum Wetzel. interpretari malim. Strebæus tamen h. l. sic exponit: Est et quintum remedium, facetiarum urbanitas, sive cavillationes erunt in perpetua narratione, sive dicacitas, quæ celeritatem habet, et brevi dicto perstringit. *Harl.*

64. *Laudationum genus.* Edd. ante Aldum *laudationis.* sic et MS. E. *Ernest.*

65. *Quia multa sunt o. g.* Series orationis requirit *essent. Ernest.*

66. *Ad orationis laudem.* Suspicor scribendum esse *ad oratoris laudem:* saltem sic est intelligendum. Nam sensus est: ex orationibus vel laudationibus, quæ in funeribus habeantur, oratori non tantam laudem esse sperandam, quantam ex orationibus, quæ in foro aut in curia dicantur. *Ernest.*

67. *Utendum aliquando.* N. in concione, ut oratione recitanda funus exornarent, more Romanorum solenni. V. Liv. ii. 47. apud quem consul Fabius consulem Manlium, in prœlio cadentem, laudabat, et alia multa exstant exempla. *Harl.*

68. *Nonnunquam etiam scribendum.* Suspicor excidisse *ad.* Sensus est: interdum nobis est utendum hoc genere etiam ad scribendum, non modo ad dicendum. Tum illud *vel ut,* pro quo est etiam in libris *velut,* non placet: videturque *vel* e superioribus repetitum. *Ernest.*

Ibid. *Nonnunquam etiam scribendum.* Vel more Græcorum, vel ad memoriam demortui posteritati tradendam, vel nomine aliorum, quippe qui laudationes funebres conscribere non poterant, eas a doctioribus confici sibi curabant. *Harl.*

69. *Alia optanda, alia laudanda.* Hæc verba h. l. sibi opponuntur: illa *optanda* sunt fortunæ et naturæ, hæc *laudanda* sunt virtutis dotes, observante censore in Bibl. critica Amstel. vol. ii. part. 8. pag. 77. *Harl.*

70. *Extrinsecus.* Sunt igitur bona externa. *Harl.*

insolentem in pecunia, non se prætulisse aliis propter abundantiam fortunæ; ut opes et copiæ non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dedisse. Virtus autem, quæ est per se ipsa laudabilis, et sine qua nihil laudari potest, tamen habet plures partes; [71] quarum alia est ad laudationem aptior. Sunt enim aliæ virtutes, quæ videntur in moribus hominum, et quadam comitate ac beneficentia positæ: aliæ, quæ in ingenii aliqua facultate, aut animi magnitudine ac robore. Nam clementia, justitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus, jucunda est auditu in laudationibus: omnes enim hæ virtutes non tam ipsis, [72] qui eas in se habent, quam generi hominum, fructuosæ putantur. Sapientia et magnitudo animi, [73] qua omnes res humanæ tenues et pro nihilo putantur: et in excogitando vis quædam ingenii, et ipsa eloquentia, admirationis habet non minus, jucunditatis minus: ipsos enim magis videtur, quos laudamus, quam illos, apud quos laudamus, ornare ac tueri. Sed tamen in laudando jungenda sunt etiam hæc genera virtutum. [74] ferunt enim aures hominum, cum illa, quæ jucunda, et grata, tum etiam illa, quæ mirabilia sunt in virtute, laudari.

(85.) Et quoniam singularum virtutum sunt certa quædam officia ac munera, et sua cuique virtuti laus propria debetur, erit explicandum in laude justitiæ, quid cum fide, quid cum [75] æquabilitate, quid cum ejusmodi aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit. Itemque in ceteris res gestæ ad cujusque virtutis genus, et vim, et nomen accommodabuntur. Gratissima autem laus eorum factorum habetur, quæ suscepta videntur a viris fortibus sine emolumento ac præmio: quæ vero etiam cum labore et periculo ipsorum, hæc habent uberrimam copiam ad laudandum; quod et dici ornatissime possunt, et audiri facillime. Ea enim denique virtus esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa aliis, ipsi autem laboriosa, aut periculosa, aut certe gratuita. Magna etiam illa laus, et admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter adversos, non fractum esse fortuna, [76] retinuisse in rebus asperis dignitatem. Neque tamen

71. *Quarum alia est ad*, &c. Pearcius edidit *alia est alia:* quod est usitatius. Sed et illud rectum. *Ernest.*

72. *Qui eas in se habent.* Pearcius omisit *in se*, ut olim Lambinus; absuntque a MSS. nonnullis, in his Erl. Ego non imitor. Est enim phrasis Ciceroniana, *in se habere aliquid*, et tum de personis, tum de rebus dicitur. *Ernest.*

73. *Qua omnes res humanæ tenues.* Vulgati interponunt *geruntur*, quod jam Lambinus omisit, et nuper Pearcius. Rectissime: abestque a MSS. nonnullis, ut Erl. Mirandum est hoc vitium tam diu toleratum esse. *Ernest.*

74. *Ferunt enim aures.* Pro vulgato *feriunt*, ut jam correxit Victorius, ediditque Pearcius. Ed. W. hoc voluit dare, sed operæ fecerunt *fuerunt*. Habet autem MS. E. *Ernest.*

Ibid. Ferunt *autem aures hominum.* Antea, *feriunt;* non recte. *Ferunt*, ex ingenio reposuerat Victorius, homo eruditus, beneque de literis meritus. Sed quia significavit, locum a se conjectura tantum, nulla veterum librorum ope, restitutum: nos, ut ejus opinio magis probetur, nec vocari jam in dubium possit, indicandum putavimus, in antiquis libris, uno Borromæi, altero Fulvii Ursini libro diserte legi, *ferunt*. *Manutius.*

Ibid. *Ferunt*, h. e. facile patiuntur, exstat quoque in cod. Erlang. *Harl.*

75. *Æquabilitate.* Guelf. A. *æqualitate;* sed *cum æquabilitate* (quæ lectio verior est,) *facere* est, æqualem se hominibus præstare, sive, (ut Wetzelii verbis utar,) nihil unquam gratiæ divitiis tribuerit, sed in jure omnes ejusdem conditionis esse crediderit. *Harl.*

76. *Retinuisse*, &c. *Retinere* dignitatem *in rebus asperis:* h. e. fortem se præbere:

illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis præmia, res gestæ, judiciis hominum comprobatæ: in quibus etiam felicitatem ipsam deorum immortalium judicio tribui, laudationis est. Sumendæ autem [77] res erunt aut magnitudine præstabiles, aut novitate primæ, aut genere ipso singulares. neque enim parvæ, neque usitatæ, neque vulgares, admiratione, aut omnino laude dignæ videri solent. Est etiam cum ceteris præstantibus viris comparatio, in laudatione præclara. De quo genere libitum est mihi paullo plura, quam ostenderam, dicere, non tam [78] propter usum forensem, qui est a me in omni hoc sermone tractatus, quam ut hoc videretis, si laudationes essent in oratoris officio, quod nemo negat, oratori virtutum omnium cognitionem, sine qua laudatio effici non possit, esse necessariam. Jam vituperandi præcepta contrariis ex vitiis sumenda esse, perspicuum est. simul est illud ante oculos, nec bonum virum [79] proprie et copiose laudari, sine virtutum, nec improbum notari ac vituperari, sine vitiorum cognitione, satis insignite atque aspere posse. Atque [80] his locis et laudandi et vituperandi sæpe nobis est utendum in omni genere causarum.

Habetis, de inveniendis rebus, disponendisque quid sentiam. adjungam etiam de memoriâ, ut labore Crassum levem, neque ei quidquam aliud, de quo disserat, relinquam, nisi ea, quibus hæc exornentur.

(86.) Perge vero, inquit Crassus. libenter enim te cognitum jam artificem, aliquandoque [81] [p] evolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatumque perspicio; et quod mihi nihil, aut quod non multum relinquis, percommode facis, estque mihi gratum. Jam istuc quantum tibi ego reliquerim, inquit Antonius, [q] erit in tua potestate. [82] Si enim [r] vere agere volueris, omnia tibi relinquo; sin dissimulare, [s] tu quemadmodum his satisfacias, videris. Sed, ut ad rem redeam, non sum tanto ego, inquit, ingenio, quanto

[p] *exutum.* [q] *tam erit magnum et copiosum quam volueris.* [r] *nihil dissimulare ac reticere.* [s] *vide an non id ægre laturi sint Cæsar et Catulus.*

fortitudo autem in rebus adversis maxime decet magnos homines et sapientes. *Ernest. in Clave.*

77. *Res aut magnitudine præstabiles*, &c. Egregium aliquod factum ad laudem amplificandi Aristoteles in libris Rhetoricorum octo rationes aperit. 1. Si quis solus rem gesserit. 2. Si quis primus. 3. Si quis cum paucis. 4. Si quis præcipue. 5. Si quis tempore opportuno. 6. Si quis crebro. 7. Si quis ideo novos honores adeptus sit. 8. Si quis ita comparetur cum viris illustribus, ut præferatur. *Proust.*

78. *Propter usum forensem.* h. e. utilitatis forensis causa c. 84. *Harl.*

79. *Proprie laudari:* i. e. satis accommodate ad ejus personam, ut agnosci et ab improbis discerni possit, ut post *insignite vituperari. Ernest.*

80. *His locis.* h. e. singulis locis, non in justa, tantummodo uni causæ proposita et habenda, oratione. *iis locis* cod. Erl. *Harl.*

81. *Evolutum illis integumentis dissimul.* Casaubon. ad Theophrasti Charact. i. 3. p. 23. sq. ed. Fischer. καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας, ita citat nostrum Ciceronis locum: *involucra et integumenta dissimulationis*, et explicat, sive subdolos et ad fallendum compositos sermones tamquam retia aut laqueos. *Harl.*

82. *Si enim vere——tibi relinquo.* Haud recte ista cepit Strebæus, quasi Antonius dicere voluerit, se aut nihil dixisse, quod recte probeque dictum sit, aut saltem, quod non multo melius agat Crassus. Imo vero hoc significat ille: Si vere agere volueris, i. e. serio et pro rerum dignitate, omnia tibi relinquo, quia multo majus et difficilius est, de elocutione præcipere, quam de inventione, dispositione, memoria, quas partes tractandas sibi sumserat Antonius. *Schütz.*

Themistocles fuit, ut oblivionis artem, quam memoriæ, malim: gratiamque habeo [83] Simonidi illi Ceo, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse. Dicunt enim, cum cœnaret [84] Crannone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, et nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa, poëtarum more, in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium ejus ei, quod pactus esset, pro illo carmine, daturum; reliquum a suis Tyndaridis, quos æque laudasset, peteret, si ei videretur. Paullo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret: juvenes stare ad januam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent: [85] surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem. hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse: ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse. quos cum humare vellent sui, neque possent obtritos internoscere ullo modo: Simonides dicitur ex eo, quod meminisset, quo eorum loco quisque [t] cubuisset, demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse. Hac tum re admonitus invenisse fertur, ordinem esse maxime, qui memoriæ lumen afferret. Itaque iis, qui [86] hanc partem ingenii exercerent, locos esse capiendos, et ea, quæ memoria tenere vellent, effingenda animo, atque in his locis collocanda; sic fore ut ordinem rerum, locorum ordo conservaret: res autem ipsas [u] rerum effigies notaret, atque [87] ut locis pro cera, simulacris pro litteris uteremur.

(87.) Qui sit autem oratori memoriæ fructus, quanta utilitas, quanta vis, quid me attinet dicere? tenere [x] quæ didiceris in accipienda causa, quæ ipse cogitaris? omnes fixas esse in animo sententias? omnem descriptum verborum apparatum? ita audire vel eum [88] unde discas, vel eum, cui respondendum sit, [89] ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere? Itaque soli, qui memoria vigent, sciunt, quid, et quatenus, et [90] quomodo dicturi sint, [91] quid responderint, quid

[t] *accubuisset* mensæ. [u] *imago rerum animo efficta.* [x] *quæ tibi tradiderit is qui causam tibi suam defendendam dedit.*

83. *Simonidi.* Simonides poëta lyricus oriundus ex Cea, quæ maris Ægæi insula Eubœam inter et Bœotiam sita est, floruit, Eusebio teste, Olympiade LXI. annis ante Christum DXXXV. perperam variis in editionibus habetur *Simonidi illi Chio. Proust.*

84. *Crannone.* Crannon, ut ait Bellonius, nunc dicitur *Ceres. Proust.*

85. *Surrexisse illum.* Vulgati addunt *ipsum;* quod est alienissimum, abestque a MSS. nonnullis, etiam Erl. Delevere ante Steph. Lamb. Pearcius. *Ernest.*

86. *Hanc partem ingenii. Partem ingenii* vocat memoriam: quod paullo ante significavit, in eo; Non *sum tanto ingenio quanto Themistocles fuit, ut oblivionis artem, quam memoriæ, malim.* Et in Bruto c. 61. *Qui hac parte animi, quæ custos est ceterarum ingenii partium, tam debilis esset, ut ne in scripto quidem meminisset, quid paullo ante posuisset, huic minime mirum est, ex tempore dicenti solitam effluere mentem. Manutius.*

87. *Ut locis——uteremur.* Loca, quæ in cogitationibus formamus, tunc sunt animo nostro id, quod e cera fictum nostro est oculo, imago s. pictura, quæ oculo nostro est scriptura: nam in cereis tabulis stilo scribebatur. *Harl.*

88. *Unde discas.* Sid Ed. W. non *dicas,* ut ceteræ, quod est alienum, et sic MS. E. et alii ap. Pearcium. *Ernest.*

89. *Ut illi. Ut illi,* n. et cliens tuus et tuus adversarius. *Harl.*

90. *Quomodo dicturi sint.* Sic Ed. W. MS. E. Recte; idque perspexit jam et in MSS. reperit Pearcius. *Ernest.*

91. *Quid responderint. Quid* h. e. orationem, in universo, *quatenus* h. e. viam, processionem, et *quomodo,* orationem ipsam atque idearum conjunctionem. Wetz. *Harl.*

supersit: iidemque multa ex aliis causis aliquando à se acta, multa ab aliis audita meminerunt. Quare confiteor equidem, hujus boni, naturam esse [y] principem, sicut earum rerum, de quibus ante locutus sum, omnium: [92] sed [z] hæc ars tota dicendi, sive artis [93] imago quædam est et similitudo, habet hanc vim, non ut totum aliquid, cujus in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat et procreet, verum ut ea, quæ sunt orta jam in nobis et procreata, educet atque confirmet. Verumtamen [a] neque tam acri memoria fere quisquam est, ut, non dispositis notatisque rebus, ordinem verborum aut sententiarum complectatur: neque vero tam hebeti, ut nihil hac consuetudine et exercitatione adjuvetur. Vidit enim hoc prudenter sive Simonides, sive alius quis invenit, ea maxime [94] animis [b] effingi nostris, quæ essent a sensu tradita atque impressa: acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi: quare facillime animo teneri posse ea, quæ perciperentur auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis traderentur; ut [c] res cæcas, et ab adspectus judicio remotas, conformatio quædam, et imago, et figura ita notaret, [d] ut ea quæ cogitando complecti non

[y] *principium.* [z] *sive hæc ars est, sive quid arti simile.* [a] *nemo fere est, qui possit animo tenere ordinem verborum, aut sententiarum, nisi prius disposuerit certis locis, ac certis imaginibus res notarit.* [b] *inhærere.* [c] *res obscuras, quæque cerni nequeunt.* [d] *adeo ut quæ vix effingimus cogitatione, illa ipsa certis imaginibus notata quasi videremus.*

92. *Sed hæc ars dicendi.* Scripserat Cicero, ni fallor, *discendi*. Pergit enim loqui de arte memoriæ. Si autem *tantum*, ut aiunt, *scimus, quantum memoria tenemus;* quid mirum, si artem memoriæ Cicero artem *discendi* vocet? *Muret.*

93. *Imago.* Sive sit pictura sive statua. Cicero ad Divers. V. 12. 23. *Agesilaus—qui neque* pictam, *neque* fictam *imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt.* Her. iii. 16. *imagines* explicantur formæ quædam et notæ et simulacra ejus rei, quam meminisse volumus, adnotante Wetzelio. *Harl.*

94. *Animis effingi nostris.* Pearcius e MS. et edd. Steph. et Lamb. edidit *affigi*: pro qua mutatione admodum disputat: sed non ausus sum imitari, quia sensus non incommodus ex vulgatis existit sic: Earum maxime rerum imagines perspicuas facile existere in animis, quæ sensibus sint perceptæ, ut res ipsas intueri videamur: quia ergo sensus oculorum acerrimus; propterea &c. *Ernest.*

Ibid. Vulgo *animis* EFFINGI *nostris.* In præcedente capite habes hæc verba: *ea, quæ memoriæ tenere vellent,* EFFINGENDA *animo.* Ubi Lamb. legit *affingenda*, sed, ut opinor, mendose. In hoc vero loco non *effingi*, sed AFFIGI probo. Cur autem illud *effingenda* retineam, hoc *effingi* rejiciam, ratio reddetur. Sed ad eam reddendam liceat mihi ex Cicerone originem et doctrinam artificialis memoriæ describere. Observat primo Cicero nos ea diutissime retinere, i. e. *ea maxime animis* AFFIGI *nostris*, quæ sensus aliquis nobis imprimit: ex omnibus autem sensibus sensus videndi res nobis acerrime imprimit. Earum igitur rerum, quas memoria tenere velimus, imagines aliquæ (quæ, cum oculis visuque percipiuntur, validius nos feriunt) nobis in animo nostro formandæ sunt, i. e. *ea* EFFINGENDA *sunt animo nostro.* Porro quoniam imagines sine sede intelligi et concipi nequeunt, locis utendum est. His fundamentis nititur hujus memoriæ doctrina. Dixi autem *effingere* idem esse, ac imagines in animo formare; proboque ex Quinctil. ii. c. 2. *opus est* imaginibus, vel simulacris, quæ utique FINGENDA sunt. Porro dicit Antonius ea, quæ *effingenda sunt animo*, in locis esse collocanda. Auctor libri tertii ad Heren. dicit *imagines collocandas esse in locis.* Idem igitur *imagines sunt*, ac *efficta.* Notandum est etiam MS. Joan. marginem habere in præcedenti capite EFFIGIANDA *animo:* quæ lectio hanc interpretationem vocis *effingere* confirmat. Dixi porro *animis affigi* significare *memoria teneri:* quod patet ex sequentibus verbis, *quare facillime animo teneri posse ea*, &c. Ubi Antonius idem dicit, paullum mutatis tamen verbis, et duabus sensuum speciebus allatis. Quinct. sæpe in loco citato habet *memoriæ affigere, et animo affigere.* Libenter igitur his rationibus, et auctoritate Asc. Steph. et duarum aliarum Editionum, et excerp. MS. Nov. adductus, lego, *Ea maxime animis* AFFIGI *nostris:* quod et in marg. exstat MS. 2. *Pearce.*

possemus, intuendo quasi teneremus. [95] [e] His autem formis atque corporibus, sicut omnibus, quæ sub adspectum [96] veniunt, admonetur memoria nostra atque excitatur: sed locis opus est. etenim corpus intelligi sine loco non potest. quare ne in re nota et pervulgata [f] multus et insolens sim, [g] locis est utendum multis, [97] illustribus, explicatis, modicis [98] intervallis; [99] imaginibus autem [h] agentibus, [i] acribus, insignitis, quæ occurrere, celeriterque percutere animum possint. Quam facultatem et exercitatio dabit; ex qua consuetudo gignitur; [1] et similium verborum conversa et immutata casibus, aut traducta ex parte ad genus notatio, et [2] unius verbi imagine, totius sententiæ informatio, [3] pictoris cujusdam summi ratione et modo, formarum varietate locos distinguentis.

(88.) Sed [4] [k] verborum memoria, [5] quæ minus est nobis necessa-

[e] *illæ imagines et formæ corporeæ animo affictæ debent aliquo in loco collocari.* [f] *ne multa dicam et longius repetita.* [g] *multis in locis illæ imagines ponendæ sunt, neque hæc loca a se invicem distare admodum debent, neque intricata et impedita esse.* [h] *non quietis et immotis.* [i] *vehementer animum impellentibus, et quæ aliquid insigne habeant.* [k] *ad retinenda verba opus est majori varietate imaginum.*

95. *His autem formis atque corporibus.* Intellige, formis corporeis. *Ernest.*

96. *Veniunt—opus est.* Primum edd. pr. omnes habent: *sed locis opus est,* pro quibus Aldus *sedes opus est* dedit. Ea lectio videtur facta esse e libris, in quibus esset omissum *in locis,* ut in MS. E. qui habet *sed opus est. Locorum* verbum proprium est in hac re. Deinde in edd. pr. post *veniunt* hæc adduntur: *admonetur memoria nostra atque excitatur,* deinde sequitur, *sed locis opus est.* Ea quare omissa sint, non video: nec videntur spuria esse. Neque enim sine his intelligitur satis, quare addatur: *sicut omnibus, quæ sub adspectum veniunt.* Ergo restituimus. *Ernest.*

97. *Illustribus.* h. e. claris, in oculos cadentibus. *Harl.*

98. *Intervallis. Intervalla* sunt syllabarum spatia et tempora, brevia et longa, quæ moras pronunciationis aut corripiunt aut producunt. v. Cic. Orator. c. 54. ibique Schirach. *Harl.*

99. *Imaginibus autem agentibus. Agentes* h. l. idem est, atque *actuosæ,* in aliqua actione constitutæ, impellentes, ut vivere atque agere videantur. *Insignitis* h. e. vivis, et, ut antea scripserat, illustribus. conf. c. 85. *Harl.*

1. *Et similium verborum.* Hoc conjungitur cum *exercitatio.* Sensus est: per etymologiam, quæ est *notatio,* vel nominis ipsius, vel conjugati alicujus, a quo facilius reperiatur imago. Ratio est, quia omnia verba ab origine prima rem corpoream et sensibilem exprimunt, unde imago duci potest. *Ernest.*

2. *Unius—informatio.* h. e. si tota sententia informatur unius verbi imagine.— *Wetzel.*

3. *Pictoris cujusdam summi.* Quare addatur *summi,* non video. Cogitavi *summa.* Ecce sic habet MS. E. *Ernest.*

4. *Verborum memoria.* Quintilianus, lib. xi. cap. 2. artificialem hanc verborum memoriam non immerito explodit. *Nam quomodo,* inquit, *poterunt copulata fluere, si propter singula verba ad singulas formas respiciendum erit? Quare et Carneades et Scepsius Metrodorus, quos Cicero dicit usos hac exercitatione, sibi habeant sua: nos simpliciora tradamus.* Paulo post quæ memoriæ maxime conducant, suggerit. *In iis quæ scripsimus complectendis multum valent prope sola divisio et compositio. Nam qui recte diviserit, nunquam poterit in rerum ordine errare—Etiam quæ bene composita erunt, memoriam serie sua ducent. Nam sicut facilius versus ediscimus, quam prosam orationem: ita prosam vinctam, quam dissolutam——Si quis tamen unam maximamque a me artem memoriæ quærat, exercitatio est et labor, multa ediscere, multa cogitare; et, si fieri potest quotidie, potentissimum est. Nihil æque vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Proust.*

Ibid. *Sed verborum memoria,* &c. Ut hunc locum intelligamus, observandum est, *imagines* aliud quiddam significare, ac simulacra et similitudinem: non enim necesse est, ut *imagines* semper similes sint iis rebus, quas ad memoriam adjuvandam repræsentant. Dicit igitur Antonius, multa verba, ut adverbia, præpositiones, &c. similitudine nulla significari posse: si igitur eorum meminisse velimus, necesse est in promptu habere quam plurimas quasi arbitrarias imagines, quæ, quamvis nihil simile habeant, longo tamen usu perceptæ ea verba, quibus opus est, ob oculos nostros ponant. Hanc

ria, majore imaginum varietate distinguitur. multa enim sunt verba, quæ, quasi articuli, connectunt membra orationis, [6] quæ formari similitudine nulla possunt: eorum fingendæ nobis sunt imagines, quibus semper utamur. Rerum memoria propria est oratoris: eam [7] singulis personis bene positis notare possumus, ut sententias imaginibus, [l] ordinem locis comprehendamus. Neque verum est, quod ab inertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere, et obscurari etiam id, quod per se natura [m] tenere potuisset. Vidi enim ego summos homines, et divina prope memoria, Athenis [8] Charmadam, in Asia, quem vivere hodie aiunt, [9] Scepsium Metrodorum, quorum uterque, tamquam litteris in cera, sic se aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quæ meminisse vellet, perscribere. Quare hac exercitatione non [n] eruenda memoria est, si est nulla naturalis: sed certe, si latet, [o] evocanda est.

Habetis sermonem bene longum hominis, utinam non [10] impudentis: illud quidem certe non nimis verecundi; qui quidem, tum te, Catule, tum etiam L. Crasso audiente, de dicendi ratione tam multa dixerim. nam istorum ætas minus me fortasse movere debuit. sed mihi ignoscetis profecto, si modo, quæ causa me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulerit, acceperitis.

(89.) Nos vero, inquit Catulus, (etenim pro me hoc, et [11] pro meo fratre [p] respondeo,) non modo tibi ignoscimus, sed te diligimus, magnamque tibi habemus gratiam: et cum humanitatem et facilitatem agnoscimus tuam, tum admiramur [12] istam scientiam, et copiam. Equidem etiam hoc me assecutum puto, quod magno sum levatus errore, et illa admiratione liberatus, quod multis cum aliis semper admirari solebam, [13] unde esset illa tanta tua in causis [q] divinitas. nec enim te ista attigisse arbitrabar, quæ diligentissime cognosse, et undique collegisse, usuque doctum partim correxisse

[l] *ut innotescat nobis ordo singularum sententiarum, illarum imagines certis locis inter se ordinatis oportebit affigere.* [m] *complecti memoria.* [n] *per vim artemque comparanda.* [o] *excitanda.* [p] Julio. [q] *divina et admirabilis eloquentia.*

autem veram esse interpretationem confirmant verba Quinct. lib. ii. c. 2. *Mitto quod quædam* (verba) *nullis simulacris significari possunt; habeamus enim sane, ut qui notis scribunt, certas* IMAGINES *omnium*, &c. *Pearce.*

5. *Quæ minus est nobis necessaria.* Nempe, quia verba sunt in potestate oratoris, et, cum res subest, facile occurrunt. *Ernest.*

6. *Quæ formari similitudine*, &c. Nempe, quia sunt modo relationes, et res exprimunt, quæ intelligi modo possunt. *Ernest.*

7. *Singulis personis bene positis.* Hoc quid sit, disce ad Heren. iii. 20. *Ernest.*

8. *Charmadam.* Vulgatum *Charmidem* primum editum est in ed. Gronov. pro *Carneadem*, quod habent omnes Edd. superiores, ex conjectura Salmasii et Jonsii, nempe ex Or. 16. ubi editur *Charmidam*; sed etiam MSS. quidam habent *Charmadam*. Est idem nomen. Sed constantia est in scribendo adhibenda. Itaque et hic et in Or. *Charmadam* dedimus. *Ernest.*

9. *Scepsium.* Oriundum ex Scepsi, quæ urbs, si credimus Ptolemæo, est in Mysia minore: si Stephano, in Troade. *Proust.*

10. *Impudentis: illud quidem certe non nimis verecundi.* Sic interpungendum est, si *illud quidem* locum habere debet: sed id ego mallem deleri, et scribi: *hominis, utinam non impudentis, certe non nimis verecundi.* Mox scripsi *tum te*, ex ed. W. pro *cum te*, est enim mollius. *Ernest.*

11. *Pro meo fratre. Pro meo fratre*, N. Julio. v. cap. iii. *Harl.*

12. *Istam scientiam*, quam dissimulasti, cap. 86. init.—*copiam* disserendi. *Wetzel.*

13. *Unde—divinitas.* h. e. unde fieret, ut tam divinitus (i. 7. 8.) diceres. v. Wetzel. *Harl.*

video, partim comprobasse. Neque eo minus eloquentiam tuam, et multo magis virtutem et diligentiam admiror, et simul gaudeo, judicium animi mei comprobari, quod semper statui, neminem sapientiæ laudem et eloquentiæ sine summo studio, et labore, et doctrina, consequi posse. Sed tamen quidnam est id, quod dixisti, fore, ut tibi ignosceremus, si cognossemus quæ te causa in sermonem impulisset? Quæ est enim alia causa, nisi quod nobis, et [14] horum adolescentium studio, qui te attentissime audierunt, morem gerere voluisti? Tum ille, Adimere, inquit, omnem recusationem Crasso volui, quem ego paullo sciebam, vel pudentius, vel invitius, (nolo enim dicere de tam suavi homine fastidiosius,) ad hoc genus sermonis accedere. Quid enim poterit dicere? [15] consularem se esse hominem et censorium? eadem nostra causa est. An ætatem afferet? [16] quadriennio minor est. An se nescire? quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ [17] subcisivis operis, (ut aiunt) iste a puero, summo studio, summis doctoribus. Nihil dicam de ingenio, cui par nemo fuit. etenim me dicentem qui audierit, nemo umquam tam sui despiciens fuit, quin speraret aut melius, aut eodem modo se posse dicere: Crasso dicente, nemo tam arrogans, qui similiter se umquam dicturum esse confideret. Quamobrem, ne frustra hi tales viri venerint, te aliquando, Crasse, audiamus.

(90.) Tum ille, Ut ita ista esse concedam, inquit, Antoni, quæ sunt longe secus, quid mihi tu tandem hodie, aut cuiquam homini, quod dici possit, reliquisti? Dicam enim vere, amicissimi homines, quod sentio: sæpe ego doctos homines, quid dico sæpe? immo nonnumquam: [r] sæpe enim, qui potui, qui puer in forum venerim, neque inde umquam diutius, [s] quam quæstor abfuerim? sed tamen audivi, ut heri dicebam, et Athenis cum essem, doctissimos viros, et in Asia istum ipsum Scepsium Metrodorum, cum de his ipsis rebus disputaret. neque vero mihi quisquam copiosius umquam visus est, neque subtilius in hoc genere dicendi, quam iste hodie, esse versatus. quod si esset aliter, et aliquid intelligerem ab Antonio prætermissum: non essem tam inurbanus, ac pæne inhumanus, uti eo [t] gravarer, quod vos cupere sentirem. Tum Sulpicius, An ergo, inquit, oblitus es, Crasse, Antonium ita partitum esse tecum, ut ipse [18] instrumentum oratoris exponeret, tibi ejus distinctionem

[r] *quo enim modo potuissem illos sæpe audire otiose disputantes de arte oratoria, cum forensibus causis et negotiis occupatus semper fuerim.* [s] *quam quo tempore quæstor fui.* [t] *id facere nollem.*

14. *Horum adolesc.* N. Cottæ et Sulpicii. *Harl.*

15. *Consularem*, etc. Consul fuit a. 658. Censor a. 660. Antonius autem Cos. a. 654. et Censor a. 656. Sed hoc colloquium habitum erat a. 662. In codd. Erl. et Guelf. A. B. C. *esse* deest. *Harl.*

16. *Quadriennio minor est.* Noster in Bruto, c. 43. dicit, Crassum *triennio ipso minorem* fuisse Antonio. *Pearce.*

17. *Subcisivis operis.* Operæ subcisivæ fiunt iis temporibus quæ a gravioribus negotiis vacua sunt, iis horis quæ quasi succiduntur ex occupationibus necessariis. *Proust.*

18. *Instrumentum oratoris.* h. e. inventionem, dispositionem, memoriam, quibus utatur orator ad docendum, conciliandum, movendum; v. ii. c. 29. 77. init. translatione sumta ab instrumento et supellectili patrisfamilias: id enim omne, quo domus instruitur, appellatur instrumentum. Hinc apte, *exponere*, ut *explicavit*, cap. 87. *dis-*

atque ornatum relinqueret? Hic ille, Primum, quis Antonio permisit, inquit, ut et partes faceret, et utram vellet, prior ipse sumeret? deinde, si ego recte intellexi, cum valde libenter audirem, mihi conjuncte est visus de utraque re dicere. Ille vero, inquit Cotta, ornamenta orationis non attigit, neque eam laudem, [19] ex qua eloquentia nomen ipsum invenit. Verba igitur, inquit Crassus, mihi reliquit Antonius, rem ipse sumsit. Tum Cæsar, Si, quod difficilius est, id tibi reliquit; est nobis, inquit, causa, cur te audire cupiamus: sin, quod facilius; tibi causa non est, cur recuses. Et Catulus, Quid, quod dixisti, inquit, Crasse, si hic hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum, [u] nihilne ad fidem tuam putas pertinere? Tum Cotta ridens, Possem tibi, inquit, Crasse, [x] concedere: sed vide, [20 y] ne quid Catulus attulerit religionis: [21 z] opus hoc censorium est. id autem committere, vide quam sit homini turpe [a] censorio. Agite vero, ille inquit, ut vultis. sed nunc quidem, quoniam [22] id temporis est, surgendum censeo, et requiescendum: post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur aliquid, nisi forte in crastinum differre mavultis. Omnes se vel statim, vel, si ipse post meridiem mallet, quamprimum tamen audire velle dixerunt.

[u] *nonne putas te promissi religione teneri?* [x] ut nihil diceres. [y] *ne quid injecerit tibi scrupuli* propter promissi religionem ac sanctitatem, quam nefas est violare. [z] *est censoris id videre*, ne quid contra religionem peccetur. [a] *qui censor fuerit*, qualis tu ipse es.

tinctionem vero et *elocutionem*, i. e. pronuntiationem, colorem atque ornatum etc. reliquit Crasso. *Harl.*

19. *Ex qua eloq. nomen ipsum invenit. Eloquentia* ab *eloqui*; ergo, non attigit *elocutionem*. add. Schütz. qui, quoniam Cicero ab eloquendo græce ῥήτορα et latine *eloquentem* dictum esse monuit, satius esse judicat, h. l. particulam *neque* ἐπεξηγητικῶς positam intelligere, ita ut ornamentis orationis in sententiis et verbis illa ipsa laus censeatur, ex qua eloquentia nomen suum invenerit. *Harl.*

20. *Ne quid—adtul.* religionis. Eleganter! pro quo barbare dicitur, scrupulum conscientiæ facere. Diversos *religionis* significatus dabit Ernesti in Clav. Ciceron. *Harl.*

21. *Opus censorium*, est dignum nota censoria. Sic etiam apud Gell. iv. 12. et Plin. H. N. XVIII. 3. *censorium probrum*. Pro nota censoria autem ap. Columell. XII. præf. et Sueton. Cæs. 41. ubi v. Casaub. *Ernest. in Clave.*

22. *Id temporis est.* Consederant paullo post horam secundam a solis exortu: jam adpropinquabat hora sexta, id est, meridies, ut tum metiebantur horas: itaque surgendum censet et requiescendum. De prandio non agit, quia [illis præcipue temporibus,] moris erat multis Romanis, nullum prandium sumere. *Strebæus.*

M. TULLII CICERONIS

DE

ORATORE.

LIBER TERTIUS.

(1.) INSTITUENTI mihi, Quinte frater, eum sermonem referre, et mandare huic tertio libro, quem post Antonii disputationem Crassus habuisset, acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. Nam illud immortalitate dignum ingenium, [1] illa humanitas, [2] illa virtus L. Crassi, morte exstincta subita est, vix diebus decem post eum diem, [a] qui hoc et superiore libro continetur. Ut enim Romam rediit [3] extremo scenicorum ludorum die,

INTERPRETATIO.

[a] *quo die quæ disseruit de arte oratoria continentur in hoc tertio et superiore altero libro.*

NOTÆ.

1. *Illa humanitas.* h. e. ille humanissimus, ii. 89. init. coll. c. 56. *Harl.*

2. *Illa virtus L. Crassi.* Sic Horat. iii. od. 21. 11, 12. *Catonis virtus* pro ipso Catone. *Harl.*

3. *Extremo scenicorum ludorum die.* Eo enim tempore colligendi sui causa Crassus cum Antonio reliquisque in Tusculanum se receperat. Per *scenicos ludos* Romanos intellige, ut ex primo libro palam est: qui et Circenses et Magni appellati. Hosce a regibus institutos scribit Asconius, et *magnos* appellatos, quod magnis impensis primum facti, id est, ducentis millibus nummum, vel quia diis magnis sacri, id est Laribus urbis Romæ. Eosdem cum Consualibus facit; quod videtur etiam indicare S. Cyprianus, lib. de Spectac. *Romulus*, inquit, *Conso, quasi consilii Deo, ob rapiendas Sabinas, Circenses primus consecravit.* Tamen ex veteri Calendario diversis temporibus celebratos illos ludos colligimus. Nam Consualia xii. Calendas Septemb. vel potius xviii. Augusti, hoc est, xv. Cal. Septemb. ut docet Plutarchus in Romulo. *Raptus*, inquit, *ille patratus est* xviii. *die Sextilis, qui nunc Augustus, in quo Consualia hodie quoque celebrantur.* Jam vero in eodem Calendario ludi Romani leguntur, pridie nonas Septembres. Quod autem nonnemo ludos illos Magnos seu Romanos a Tarquinio institutos asserit, si quidem primitus ab eo factos intelligat, non obscure errat, cum Livius, lib. i. contrarium asserat his verbis: *Ludos opulentius instructiusque, quam priores reges fecit,* &c. Cæterum cum ante hi ludi Circenses essent, hoc est Gladiatorii, atque a *scenicis* distinguerentur, postea etiam factos scenicos, et ex hoc loco colligitur, et Augustinus etiam indicat lib. i. de Civitate Dei, cap. 32. Celebrabantur hi ludi primo quidem uno vel altero die; tum triduo; deinceps pluribus diebus. *Petavius.*

Ibid. *Extremo scenicorum ludorum die.* In illis enim actores scenici, tragœdi, comœdi, mimi, pantomimi, ethologi magnas habent partes. v. Strebæum. *Harl.*

vehementer commotus ea oratione, quæ ferebatur habita esse in concione [4] a Philippo; quem dixisse constabat, [5] [b] videndum sibi aliud esse consilium, illo senatu se rempublicam gerere non posse: mane [c] idibus Septembris, et ille, et senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit. [6] Ibi cum Drusus multa de Philippo questus esset, retulit ad senatum de illo ipso, quod consul [d] in eum ordinem tam graviter in concione esset invectus. Hic, ut sæpe inter homines sapientissimos constare vidi, quamquam hoc Crasso, cum aliquid accuratius dixisset, semper fere contigisset, ut numquam dixisse melius putaretur, tamen omnium consensu sic [7] esse tum judicatum audivi, ceteros a Crasso semper omnes, illo autem die etiam ipsum a sese superatum. Deploravit enim casum atque orbitatem senatus: [8] [e] cujus ordinis a consule, qui quasi parens bonus, aut tutor fidelis esse deberet, tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis: neque vero [9] esse mirandum, si, cum suis consiliis rempublicam [10] [f] profligasset, [11] [g] consilium senatus a repub-

[b] *alios sibi deligendos quibuscum iniret ipse consul consilium de rep. gerenda.* [c] *decimo tertio Septembris.* [d] *in senatum.* [e] *cujus ordinis auctoritas, quæ velut hæreditario jure a patribus accepta erat, affligeretur a consule, tanquam ab aliquo scelerato latrone, cum tamen ipse consul eam tamquam pater optimus aut fidelis tutor deberet propugnare.* [f] *perdidisset.* [g] *nollet remp. senatus consiliis adjuvari.*

4. *A Philippo.* Consule, adversario causæ senatus, qui de communicandis aut transferendis judiciis, absente Crasso, orationem habuerat adversus senatum; multa dixerat de dominatione senatorum, de cupiditate regnandi, de ambitione et avaritia, de dissensione, quam movebant in equites, ut ab iis auferrent judicandi potestatem, et, quod gravissime tulit senatus, dixerat, videndum sibi aliud esse *consilium* (pro: *concilium*, ut ii. 39. et 82.), id est, providendum sibi, ut alii senatores ad tractanda consilia legerentur, aut ut alii consultores in aliis ordinibus existerent: illo senatu, tam ambitioso, tam avaro, tam seditioso, se rempublicam *gerere* [*regere* Leon. et Lambin.] non posse. v. Strebæum. *Harl.*

5. *Videndum sibi aliud esse consilium:* Per vocem *consilium* intellige cœtum vel congregationem. *Harl.*

6. *Ibi quum Drusus.* Vide, quæ Cicero de hac re dicit in i. 7. Lege Sempronia judicia publica a senatu ad equestrem ordinem translata fuerunt. Drusus tribunus plebis, repugnante consule L. Marcio Philippo, legem tulit, ut æqua ex parte judicia essent penes senatum et ordinem equestrem. Hinc illa dissidia Philippi et Drusi hujus, auctoritatem Senatus defendentis, illius, licet consul tum esset, eam oppugnantis. *Pearce.* Drusus igitur, qui eo cives in concordiam mittere conabatur, senatum convocavit, quoniam consul iratus id facere noluit. *Harl.*

7. *Esse tum judicatum.* Sic ed. W. quam secutus est Aldus et inde alii: at ed. s. l. et a. cum sequentibus, addit *audivi:* quod interea secutus sum, dum melius quid reperiatur: quia hæc pendent a *quamquam*, et verbum finitum desiderant, nec *vidi* hic intelligi potest. Sensit hoc P. Manutius, qui correxit *est;* quod sequerer, si libri juvarent. MS. tamen Erl. habet *est.* Libri meliores sunt expectandi. Verba in principio, *in—vidi*, pertinent ad primam partem, *quamquam—putaretur. Ernest.*

Ibid. *Sic esse tum judicatum.* Antiquus liber Fulvii Ursini, *sic esse tum judicatum audivi;* quod probo. Aut legendum; *sic est tum judicatum. Manutius.*

8. *Cujus ordinis.* Conjungi debet cum *patrimonium dignitatis;* sed ideo verba, notante Wetzelio, disjuncta sunt, ut *senatus* et *consul* propius consociarentur. *Patrimonium* autem *dignitatis* est dignitas, a patribus illi, n. senatui, per hereditatem relicta, n. judicium senatus, quod consul senatui concedere noluit, et eripere, adeoque diripere maluit. Hinc eum vocavit *prædonem nefarium*, qui omnes leges divinas contemneret et profligaret. *Harl.*

9. *Esse mirandum.* Subintellige *dixit*, ut sensus sit, *et dixit, non esse mirandum*, etc. *Pearce.*

10. *Profligasset.* h. e. prodegisset et deperdidisset. *Harl.*

11. *Consilium senatus a republica repudiaret.* Formam hanc dicendi esse insolentiorem, omnes vident. Edd. pr. ante Aldum habent *reipublicæ:* unde suspicor, verbum

lica repudiaret. Hic cum homini et vehementi, et diserto, et in primis forti ad resistendum, [h] Philippo, quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille, [12] et graviter exarsit, [13] [i] pignoribusque ablatis [14] Crassum instituit coërcere. Quo quidem ipso in loco multa a Crasso [15] divinitus dicta [16] efferebantur, cum [17] sibi illum consulem esse negaret, cui senator ipse non esset. [k] AN TU, QUUM OMNEM AUCTORITATEM UNIVERSI ORDINIS [18] PRO PIGNORE PUTARIS, EAMQUE IN CONSPECTU POPULI ROM. [19] CONCIDERIS; [20] ME HIS PIGNORIBUS EXISTIMAS POSSE TERRERI? NON TIBI ILLA [21] SUNT CONCIDENDA, SI CRASSUM VIS COERCERE: HÆC TIBI EST EXCIDENDA LINGUA: QUA VEL EVULSA, [l] SPIRITU IPSO LIBIDINEM TUAM LIBERTAS MEA REFUTABIT.

(2.) Permulta tum vehementissima [22] contentione animi, ingenii, virium, ab eo dicta esse constabat; [23] sententiamque eam, quam

[h] *Philippi iracundiam dictis acrioribus irritasset.* [i] *jubendo bona Crassi fisco addici, decrevit eum multare, quod in consulem liberius inveheretur.* [k] *an tu*, Philippe, *cum dignitatem senatus palam ita profligaveris ac dissipaveris, quasi si esset res addicta ærario*, et mulctæ loco vendenda ac diripienda, *mihi terrorem injicere putas occupatis bonis meis? Illa non sunt rapienda*, &c. [l] *anhelitu ac flatu.*

senatus esse spurium, et a glossa natum: sed concinne ista sibi respondent, *consiliis rempublicam profligare*, et *consilium reipublicæ repudiare*. Mox forte melius, *sed graviter exarsit*. *Ernest.*

12. *Et graviter exarsit. Et* post propositionem negativam antecedentem haud raro pro *sed* ponitur. *Harl.*

13. *Pignoribus—ablatis—coërcere.* Fuit genus coërcitionis, quo utebantur magistratus, imprimis Consules, in senatores, qui parere, v. c. vocati in senatum nollent. *Ernest. in Clave.*

14. *Crassum* instituit *coërcere.* Sic placet: quamquam libri veteres omnes, *instituit*, non *institit*. *Manutius.*

15. *Divinitus dicta efferebantur.* Venit mihi, hæc primum legenti, in mentem *ferebantur*. Post vidi, qui corrigerent *esse ferebantur*; quod languidius est. Si vulgatum verum est, intelligendum *laudabantur*; non cum Pearcio, *e senatu eff.* nec enim ista clam erant habenda. *Ernest.*

16. *Efferebantur.* Scil. e Senatu, quæ in illo dicta erant, ferebantur: non igitur opus est, ut cum nonnullis legamus *esse ferebantur*. *Pearce. Efferebantur*, scil. laudibus, h. e. laudabantur. *Harl.*

17. *Sibi illum consulem.* Totum hoc breviter refert Valerius Maximus, lib. vi. cap. 2. *L. Philippus cos. adversus senatum libertatem exercere non dubitavit. nam segnitiem pro rostris exprobrans alio sibi senatu opus esse dixit: tantumque a pœnitentia dicti abfuit, ut etiam L. Crasso summæ dignitatis et eloquentiæ viro id in curia graviter ferenti manus injici juberet. Ille rejecto lictore, Non es, inquit, mihi, Philippe, consul, quia nec ego quidem tibi senator sum. Proust.*

18. PRO PIGNORE. Sic puto legendum: vel, PRO PIGNERE, ut scribebant veteres; antiqui tamen libri, PROPUGNARE, quod plane mendosum est. In uno Borromæi libro abrasas video duas literas, et repositas totidem, ut ex PIGNERE factum sit PUGNARE: præterea in eodem libro separatum est illud, PRO, a sequentibus literis; quo major sit suspicio mutationis. *Manutius.*

Ibid. *Pro pignore putaris.* i. e. Quasi pignus tibi suppositum æstimaris, haud aliter, ac si suam auctoritatem senatus in pignus tibi dedisset, quam dissipare, tamquam pignus quoddam, possis, quum aliquid obedientiæ, quod putasses tibi deberi, senatus negasset, v. Streb. *Harl.*

19. *Concidere*, frangere, comminuere. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Pop. Rom. concideris.* h. e. laceraris. *Harl.*

20. *Me his pignoribus.* Sic omnes edd. vett. rectissime: male vulgati *meis*. *Ernest.*

21. *Sunt concidenda.* Sic ex edd. pr. restitui: pro *cædenda*, quod est ab Aldo. *Cædere pignora* dicitur illud quidem, sed hic venustius sibi respondent *concidenda* et *excidenda*. *Ernest.*

Ibid. CÆDENDA. Pignora mihi ablata; quæ cædi et secari dicebantur, cum in auctione venderentur: unde *sectio* et *sectores*. *Manutius.*

Ibid. *Sunt concidenda.* Quasi minutim frangenda. Crassi sententia spirat animum fortem et magnum. *Harl.*

22. *Contentione animi.* Edd. quædam primæ *concitatione*; quod prope magis placet vulgato. *Ernest.*

23. *Sententiamque eam, quam.* In sena-

senatus frequens secutus est ornatissimis et gravissimis verbis, [24] *Ut populo Romano satisfieret, numquam senatus neque consilium reipublicæ, neque fidem defuisse,* ab eo dictam: [m] et eundem (id quod in [25] auctoritatibus præscriptis exstat) scribendo adfuisse. Illa tanquam [26] cycnea fuit divini hominis vox et oratio, quam quasi [n] exspectantes, post ejus interitum veniebamus in curiam, ut [o] vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. Namque tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consecutum esse audiebamus: ex quo cum [27] cohorruisset, cum febri domum rediit, dieque septimo lateris dolore consumptus est. O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, et [28] inanes nostras [29] contentiones! quæ in medio [30] [p] spatio sæpe franguntur, et corruunt, et ante, in ipso cursu, obruuntur, quam portum conspicere potuerunt. Nam, quamdiu Crassi fuit [31] [q] ambitionis labore vita [32] districta,

[m] *constabat Crassum, ut patet ex edictis a senatu factis, nomen suum cum cæterorum senatorum nominibus in extrema parte illius sententiæ scripsisse.* [n] *illam iterum audituri.* [o] *eum locum in quo postremum stetisset* verba facturus in senatu. [p] *cursu.* [q] *occupata honoribus ambiendis.*

tusconsultis ejus nomen, qui sententiæ princeps esset, inscribebatur; quod ex Cicerone et Asconio constat. Factum esse idem Athenis ex Demosthene colligimus et ex Plutarcho. *Petavius.*

24. *Ut pop. Romano.* Sunt verba sententiæ, quæ instar alicujus decreti ac senatusconsulti a Crasso conceptis verbis istis quæ referuntur. *Ut populo,* &c. dicta et a senatu probata, et gravissimis ornata verbis fuit. *Proust.*

25. *Auctoritatibus præscriptis.* Vulgo *perscriptis;* quod etiam sine libris corrigi debebat. Est ab Aldo, superiores omnes et Lips. *præscriptis.* vid. Clav. in *præscribere. Ernest.*

Ibid. *Auctoritatibus præscriptis.* Antea *perscriptis;* ego *præscriptis* reposui, ex antiquo Borromæi libro: quod sententia comprobat: nam in senatusconsultis præscribebantur nomina senatorum, qui affuerant; quæ *auctoritates præscriptæ* dicebantur. Vide Epist. ii. lib. 5. Fam. et interpretationem nostram. *Manutius.*

Ibid. *Auctoritates præscriptæ* sunt nomina eorum, qui scribendo affuerunt SCto, et quorum nomina SCto præponuntur. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *In auctoritatibus præscriptis.* Auctoritates hic pro decretis seu senatusconsultis ne simpliciter acceperis: nam aliud auctoritas vocatur, aliud senatusconsultum fuit, ut erudite Sigonius observavit ad iv. Livii. Nam senatusconsultum magis ratum erat, quam auctoritas. Si enim vel senatorum numerus justus defuisset, vel magistratus intercessisset; decretum quidem perscribebatur, ut senatorum de ea re judicium extaret: nondum tamen ratum erat; sed auctoritas tantum dicebatur. Id ipsum fiebat, si vel non idoneo tempore, vel non legitimum in locum senatus convocaretur: quæ omnia diserte explicat Dio, lib. iv. *Petavius.*

26. *Cycnea vox.* Græcum proverbium, κύκνειον μέλος. De cycnorum cantu nota fabula est; quam tamen asseverare non dubitat Aristoteles ix. de H. A. 16. Idem habet Plato in Phædone. Nam quid poëtas commemorem, apud quos nihil est frequentius? Sed fabulosum hunc esse cantum existimat Plinius, x. 23. *Petavius.*

27. *Cohorruisset. Cohorrere* medicis dicuntur, qui frigore febrili infestantur: nam *horror* quoque sic dicitur, et in genere, cum frigus nos invadit, quod per totum corpus diditur, ut fit in terroribus magnis et subitis. v. Duker. ad Florum, ii. 6. 14. *Ernest. in Clave.*

28. *Inanes nostras contentiones.* In hac sententia Cicero dicit *cogitationes,* ut pro Mil. c. 34. ubi pariter sunt *cogitationes inanes,* atque sic h. l. scripsisse arbitror, quia sequitur *ante obruuntur, quam portum conspicere potuerunt.* Mox, pro *vita districta,* Edd. ante Aldum *distracta.* Nihil interest. Item *aut ante in ipso cursu,* pro Aldino *et ante,* habent edd. vett. quod recepit Pearcius; non bene, ut arbitror; quia ista non sunt diversa. *Ernest.*

29. *Contentiones.* Metaphora sumta est a cursu, ubi *contentio* optime dici potest. *Harl.*

30. *Spatio.* Spatium, locus ubi currendo, et bigis, quadrigis, &c. agendis exercentur homines: curriculum. *Ernest. in Clave.*

31. *Ambitionis labore.* h. e. ambitione laboriosa, cura, quæ impenditur ambiendis et gerendis magistratibus. *Harl.*

32. *Districta.* i. e. Occupata, impedita, (in varias partes tracta,) obligata: ita enim Noster in Verr. Actio. i. 9. *Propterea quod eos intelligere videbam, me hoc judicio* districtum *atque obligatum futurum.* Non opus

tamdiu [33] privatis magis officiis et ingenii laude floruit, quam [r] fructu amplitudinis, aut [34] reipublicæ dignitate. Qui autem ei annus primus [35] [s] ab honorum perfunctione aditum, omnium concessu, ad summam auctoritatem dabat, is ejus omnem spem atque omnia vitæ consilia morte pervertit. Fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriæ, grave bonis omnibus, sed [36] ii tamen rempublicam casus secuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso a diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. [37] Non vidit flagrantem bello Italiam, [38] non ardentem invidia senatum, non sceleris nefarii principes civitatis reos, [39] non luctum filiæ, non [40] exilium generi, non acerbis-

[r] *splendore illo, et auctoritate, quam obtinent homines summis honoribus perfuncti.* [s] *post gestos magistratus.*

est igitur, ut cum nonnullis editoribus legamus *distracta*. *Pearce.*

33. *Privatis—officiis.* Quæ non ob muneris publici rationem ostendit, sed privatis hominibus, quorum causas gesserat, aut quorum quæstionibus responderat, præstitit. Conf. Brut. 42. 3. *Harl.*

34. *Reipublicæ dignitate,* i. e. dignitate e republica bene gesta. *Ernest.*

35. *Ab honorum perfunctione.* i. e. a consulatu, in quo est finis honorum. *Ernest.*

Ibid. *Perfunctio honorum.* Est cum consulatus gestus est, in quo est finis honorum ut ultimus gradus. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Ab honorum perfunctione.* Annus U. C. 662. primus erat a perfunctione honorum omnium. Nam L. Licinus Crassus Consul fuerat A. U. C. 658. Proconsul in Gallia A. U. C. 659. Censor cum Domitio Ahenobarbo A. U. C. 660. sq.

36. *Ii rempublicam casus secuti.* i. e. insecuti sunt, afflixere; sed mihi tamen hoc durius videtur, malimque corrigere vel *reipublicæ* vel *in republica*. *Ernest.*

37. *Flagrantem bello Italiam.* Bellum sociale intelligit, de quo Appianus, lib. i. de Bell. Civilibus, et alii. Concitatum autem est post Drusi mortem, quoniam Latini socii oblatam sibi spem civitatis impetrare non poterant. *Petavius.*

Ibid. *Flagrantem bello Italiam.* Bello Sociali, sive Marsico, quod tum exarsit, cum Marsi aliique Italiæ populi finitimi sperato per Drusum civitatis jure frustrati a pop. Rom. cum plerisque Italiæ populis defecerunt, dubio Marte aliquando pugnatum est, donec de iis omnino devictis triumphavit Cn. Pompeius Strabo consul, anno U. C. DCLXV. ante Christum LXXXIX. *Florus,* &c. *Proust.*

Ibid. *Non vidit—Italiam.* Drusus, tribunus plebis, quum sociis Italicis promisisset civitatem, et violenta morte raptus non dedisset, illique, ut civitate donarentur, a senatu populoque Romano non impetrassent, bellum moverunt Marsi, Picentes, Hirpini, Venusini, Lucani, Samnites aliique populi finitimi: qui quum vario Marte in Romanos pugnassent, omnes fere victi sunt, et postea civitate donati. Rem omnem fuse narrat Appianus. *Strebæus.*

38. *Ardentem invidia senatum.* Factione equitum, de qua diximus, lib. i. de Orat. c. 7. quo tempore potentissimi quique senatores in suspicionem affectatæ tyrannidis veniebant. *Proust.*

Ibid. *Non ardentem invidia senatum.* Quanam invidia? ejusdem, opinor, criminis, quod scelus nefarium subinde vocat, sollicitati scilicet ad defectionem Latini nominis. De quo ita Appianus. Sublato per insidias Druso, qui Latinos ad spem civitatis impulerat; Equites, ut senatum ulciscerentur, Q. Valerium, vel potius, ut Latini scriptores appellant, Varium, Tribunum plebis subornant, qui rogationem ferret ad populum, de iis, quorum ope et consilio Latini socii concitati essent: (in quo lapsus est Strebæus, qui quæstionem illam contra Italos exercendam fuisse dicit) qua per vim lege lata, constitutaque quæstione, multis statim ex senatoribus diem dixerunt. Quam ut infamiam fugerent, sponte urbe cessere plerique, interque alios Aurelius Cotta, et eversor ille Corinthi Mummius. Nisi forte aberravit in hoc quoque vocabulo Appianus, atque ut antea Valerium Vario, ita hic Memmio substituit Mummium. Facti mox populum pœnituit. Ὅτε δῆμος ἤχθετο, τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε εἰργασμένων ἀνδρῶν ἀθρόως ἀφαιρούμενος. Ubi pro τοσῶν corrigendum videtur τόσα, ut stet sententia: Populus vero dolebat, talibus viris, quique tantas res egerant, simul omnibus spoliatus. *Petavius.*

39. *Non luctum filiæ, non exilium generi.* P. Scipionis e familia Nasicarum, cujus e Licinia filius adoptatus est a Q. Metello Pio, et ejus nomen adscivit. *Ernest.*

Ibid. *Luctum filiæ.* Crassi filia nupsit Scipioni, qui Marium secutus, pulsus in exsilium a Sylla magnum uxori luctum attulit. *Proust.*

40. *Exilium generi.* Hic est P. Scipio Nasica, a Dione, lib. xl. nominatus, pater ejus Scipionis, qui Pompeii Magni socer

simam [41] C. Marii fugam, non illam post reditum ejus cædem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria præstitisset.

(3.) Sed quoniam [42] attigi cogitatione vim varietatemque fortunæ, non vagabitur oratio mea longius, atque eis fere ipsis [43] definietur viris, qui hoc sermone, quem referre cœpimus, continentur. Quis enim non jure beatam L. Crassi mortem illam, quæ est a multis sæpe defleta, dixerit, cum [44] horum ipsorum sit, qui tum cum illo postremum fere collocuti sunt, eventum recordatus? [45] Tenemus enim memoria, Q. Catulum, virum omni laude præstantem, cum sibi non incolumem fortunam, sed [t] exilium et fugam deprecaretur, esse coactum, ut vita se ipse privaret. [46] Jam M. Antonii [u] in his ipsis rostris, in quibus ille rempublicam constantissime consul defenderat, quæque censor imperatoriis [47] manubiis ornarat, positum caput illud fuit, a quo erant multorum civium capita servata. Neque vero longe ab eo C. [48] Julii caput, hospitis Etrusci scelere proditum, cum L. Julii fratris capite jacuit, ut ille, [49] qui hæc non vidit, et vixisse cum republica pariter, et cum illa simul exstinctus

[t] *cum precaretur ut sibi liceret exsulare.* [u] *in loco unde habebantur orationes ad populum.*

fuit: consulatum non gessit. Hujus pater, avus, et proavus paternus, in *Bruto* nominatur: iisdem autem alter Scipio temporibus exulavit; sed is Lucius fuit, et consul cum Norbano, socer P. Sextii, pro quo extat Ciceronis oratio, ut ipsa oratio indicat. De eodem vide infra. *Manutius.*

41. *C. Marii fugam.* Mithridatici belli gerendi provinciam Syllæ ereptam in se transtulit Marius, ope C. Sulpicii tribuni plebis. Graviter id tulit Sylla, urbeque occupata occidit Sulpicium, Marium in fugam compulit; paulo post rediit Marius, totamque urbem rapinis ac cædibus fœdavit, anno U. C. DCLXVI. ante Christum LXXXVIII. *Plutarchus, Appianus, Florus,* &c. *Proust.*

42. *Attigi.* h. e. breviter in memoriam revocavi. *Harl.*

43. *Oratio eis* definietur *viris:* h. e. ii tantum inducentur. *Ernest. in Clave.*

44. *Horum ipsorum.* Non omnium: nam Scævola augur, Crassi socer, interfectus non fuit: is autem Scævola, qui paullo post nominatur, non fuit socer Crassi, sed collega in consulatu, nec augur, sed pontifex max. *Manutius.*

45. *Tenemus enim memoria.* Clarissimorum deinceps hominum necem atrocissimam proponit, eorum duntaxat, qui in hoc dialogo inducuntur. In primis Catuli, qui Marii in consulatu collega, Cimbrici triumphi particeps fuit. In illa vero Mariana flamma multis nequicquam mortem illius deprecantibus, cum hoc solum Marius responderet, moriendum illi esse; recenti calce illito, multoque igni percalefacto cubiculo se incluso peremit. Hæc Valerius, lib. ix. cap. 12. præter supra citatos auctores. *Petavius.*

46. *Jam M. Antonii in illis ipsis rostris.* De hujus obitu adeundi iidem. Auget autem πάθος a loco. Huc facit illud Juvenalis, Sat. x. 121.

——————*nec umquam*
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli. *Petavius.*

Ibid. *M. Antonii.* Marius et Cinna urbe potiti satellites ad Antonium occidendum submisere, qui ejus eloquentia deliniti districtos gladios vaginis reddiderunt; cum iis digressis Antonius crudele imperium anno U. C. DCLXVII. ante Christum LXXXVII. truculento ministerio peregit. *Valer. Maxim.* lib. viii. cap. 9. *Appian. Plutarch.* &c. *Proust.*

Ibid. *M. Antonii.* Conf. Flor. iii. 21. 14. ibique Freinsh. et reliquas cædes cruentas. *Octavii Consulis,* ait Florus, *caput pro rostris exponitur, Antonii Consularis in Marii ipsius mensis. Harl.*

47. *Manubiis. Manubiæ appellatæ sunt pecunia a quæstore ex venditione prædæ redacta.* Gellius, lib. xiii. cap. 24. *Proust.*

48. *Julii caput.* C. et L. Julii Cæsares fratres Syllam secuti a Mario crudelissime eadem proscriptione occisi sunt, jure hospitii a Quinctilio Tarquiniensi perfide violato. *Proust.*

Ibid. *Cum L. Julii fratris cap. jacuit.* L. Julius Cæsar, qui A. U. 663. Consul fuerat, a C. Fimbria occisus est. *Harl.*

49. *Qui hæc non vidit.* Fortasse *viderit. Ernest.*

esse videatur. [50] Neque enim propinquum suum, maximi animi virum [51] P. Crassum, suapte interfectum manu, neque [52] collegæ sui, pontificis maximi, sanguine simulacrum Vestæ respersum esse vidit: [x] cui mœrori ([53] qua mente ille in patriam fuit) etiam [54] C. Carbonis, inimicissimi hominis, eodem illo die mors nefaria fuisset. Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se [55] dicarant, horribiles miserosque casus. Ex quibus C. Cotta, quem ille florentem reliquerat, paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam [56] tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus ejec-

[x] *eidem Crasso tristitiam attulisset mors Carbonis, quamvis inimici, quia patriam magis quam se amaret,* ac patriæ funesta esset mors Carbonis.

50. *Neque enim propinquum. Crassus,* inquit Appianus, *persequentibus cum filio sese militibus, filium quidem occidere antevertit, ipse vero ab insequentibus est occisus.* Videtur tamen falsus Appianus: vel quia de tanto viro nimium est atrox illud; vel quia nulla hujus rei a Cicerone facta mentio est; quod certe, ad augendum πάθος, non erat omissurus; vel denique quoniam contrarium a Floro traditur. Imprimis lib. iii. cap. 21. Crassos patrem et filium in mutuo alterum alterius aspectu occisos ait. Sed idem, Epitome, lib. lxxx. *Crassus,* inquit, *filius ab equitibus Fimbriæ interemptus. Pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit*: quod postremum et verisimilius est, et Ciceroni consentaneum. *Petavius.*

51. *P. Crassum.* A quibusdam video dubitari, quis hic fuerit P. Crassus. Dubitationem tollit Asconius: ait enim eum fuisse patrem ejus Crassi, qui æmulus potentiæ Cn. Pompeii fuit. *Manutius.*

Ibid. *P. Crassum.* Eadem belli civilis procella sæviente, *Crassi pater et filius,* inquit Florus, *in mutuo alter alterius aspectu trucidantur.* Narrat Appianus lib. i. bellor. civil. Crassi filium in fuga interemptum a patre, ne veniret in potestatem insequentium satellitum, quos effugere pater ipse cum non posset, suo se gladio transfixit; quanquam de necis modo dissentiunt historici. *Proust.*

52. *Collegæ sui.* Q. Mucii Scævolæ, qui Crassi collega fuit in consulatu. Is cum adhæsisset Syllæ, Vestales amplexus aras tantum non eodem igne sepultus, jussu Marii interfectus est. *Florus, Appianus, et Lucanus,* lib. ii.

Te quoque neglectum violatæ Scævola dextræ
Ante ipsum penetrale deæ, semperque calentes
Mactavere focos: parvum sed fessa senectus
Sanguinis effudit jugulo, flammisque pepercit.
Proust.

53. *Qua mente——fuit.* h. e. pro sua in patriam mente. *Harl.*

54. *C. Carbonis.* Non is fuit, quem Crassus adolescens accusavit; eum enim veneno sibi mortem attulisse traditur in Bruto: verum ejus filius quem triplici consulatu gesto insignem, e fuga retractum, vinctum, et quasi reum sedens pro tribunali Pompeius morti addixit. Rescissum caput ad Syllam missum est. *Appianus lib.* i. *bellor. civil. Plutarchus,* &c. *Proust.*

Ibid. *C. Carbonis, inimicissimi hominis.* Non est hic Carbo, ut nonnulli putarunt, is, quem L. Crassus adolescentulus accusavit: nam ille, reus cum esset, veneno sumpto, decessit, ut est in Bruto c. 27. et in Epist. Fam. lib. xxi. 9. Sed est ejus filius, quem eodem die cum Scævola, pontifice max. et aliis nobilibus viris prætor Damasippus occidit, ut ex epitome Liviana et Appiano cognoscitur. Fuit autem L. Crassi inimicissimus, quia patrem suum accusaverat. De hoc in Orat. c. 63. sic, *Me stante C. Carbo, C. F. tribunus plebis in concione dixit his verbis, O Marce Druse, patrem appello,* &c. Et in Bruto, c. 62. *In eodem igitur numero ejusdem ætatis C. Carbo fuit, illius eloquentissimi viri filius, non satis acutus orator, sed tamen orator numeratus est.* Nec dubito, quin legendum sit *Caius* non *Cnæus,* in Valerio Max. lib. iii. 7. ubi agit de L. Crasso: quo loco fœdus error Valerii deprehenditur; qui ejus Carbonis patrem in exilium a L. Crasso missum putat; cum eum, veneno sumpto, reum obiisse Cicero dicat in Bruto, c. 27. et Fam. Epist. lib. xxi. 9. In eodem, lib. vi. c. 3. *C. Carbo tribunus pl.* legendum, non *Cn. Carbo.* Qui vero nunc C. Carbonem a Crasso accusatum arbitrantur, in quo ut ostendit, falluntur; iidem in eo rursus peccant, quod eum putant a Cn. Pompeio necatum: nam is non fuit C. Carbo, quem accusavit Crassus, sed Cn. Carbo, qui ter consul fuit: ut docet Valerius Max. vi. c. 2. Appianus, Plutarchus, Velleius, epitome, alii. *Manutius.*

55. *Dicarant. Adolescentes, qui Crasso se* dicarant, i. e. se applicarant, ejus partes sequebantur, &c. *Ernest. in Clave.*

56. *Tribunatu.* C. Cotta igitur fuit Tribunus plebis illo anno, quo hæc de Oratore disputationes haberentur: quod iis, qui nobis exhibuerunt seriem magistratuum Ro-

tus est e civitate. Sulpicius autem, qui in eadem invidiæ flamma fuisset, quibuscum [57] privatus conjunctissime vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate: [58] cui quidem ad summam gloriam eloquentiæ florescenti, ferro erepta vita est, et pœna temeritatis [59] non sine magno reipublicæ malo constituta. Ego vero te, Crasse, [60] cum vitæ flore, tum mortis opportunitate, divino consilio et ortum et exstinctum esse arbitror. nam tibi aut, pro virtute animi constantiaque tua, civilis ferri subeunda fuit crudelitas, aut, si qua te fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, eadem esse te funerum patriæ spectatorem coëgisset: neque solum tibi improborum dominatus, sed etiam, propter admistam civium cædem, bonorum victoria mœrori fuisset.

(4.) Mihi quidem, Quinte frater, et eorum casus, de quibus ante dixi, et ea, quæ nosmetipsi ob amorem in rempublicam incredibilem et singularem pertulimus ac sensimus, cogitanti, sententia sæpe tua vera ac sapiens videri solet, qui propter tot, tantos, tamque præcipites casus [61] clarissimorum hominum atque optimorum virorum, [62] [y] me semper ab omni contentione ac dimicatione revocasti. Sed quoniam [z] hæc jam neque in integro nobis esse possunt, et summi labores nostri, [63] magna compensati gloria, mitigantur; pergamus ad ea solatia, quæ non modo sedatis molestiis, jucunda, sed etiam [a] hærentibus, salutaria nobis esse possunt; sermonemque L. Crassi reliquum, ac pæne postremum memoriæ prodamus: atque ei, etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio, meritam gratiam debitamque referamus. Neque enim quisquam nos-

[y] *auctor fuisti ne cum improbis contenderem.* [z] *non est in nostra potestate ut emendentur præterita.* [a] *præsenti dolore cruciatus.*

manorum, adhuc non observatum est: v. quæ de hac re fusius legimus ad libr. 1. cap. 7. *Pearce.* Ad hanc notam respicit Schützius, dum ad verba, *depulsus—tribunatu*, adnotarat: h. e. repulsa a tribunatu, quem petebat, exclusus, non a tribunatu, quem jam gesserat, dejectus, ut putabat Pearcius. *Harl.*

57. *Privatus.* V. ad cap. ii. 7. Sulpicius in tribunatu leges populares promulgavit, ut exules revocarentur, ut novi cives libertinique distribuerentur in tribus, ut Marius adversus Mithridatem mitteretur, etc. v. Vellei Paterc. ii. 18. et c. 19. et ad utrumque locum Gruner. *Harl.*

58. *Cui quidem ad———florescenti.* Credo Ciceronem scripsisse *efflorescenti.* Quomodo syllaba exciderit, facile intelligitur a peritis talium rerum. *Ernest.*

59. *Non sine magno reip. malo.* Sulpicius tribunus plebis Syllæ infensus leges in gratiam Marii tulerat. Sylla cum exercitu Romam, ex qua paulo ante fugerat, reversus occupavit. Sulpicius quidem in fuga occisus est, et elapsus Marius, et ex Africa revocatus annitente Cinna consule Syllanos vicissim proscripsit, et quos sibi senserat infestos, incredibili reip. detrimento trucidari jussit. *Plutarchus, Florus,* &c. *Proust.*

60. *Cum vitæ flore.* In civitate florentissima (ab A. U. C. 613. quo natus erat, usque ad A. 662. quo mortuus est,) omnibus gloria præstiterat. Cic. dixerat quasi, se in vita ejus agnoscere consilium divinum, curam dei providam, (c. 2.) quod eo tempore, quo floruit respublica, ille in lucem editus est, et diem obiit supremum opportuno quasi tempore, antequam calamitas insecuta civitatem oppressit, ut Wetzel locum nostrum bene interpretatus est. Sulpicius ab eloquentia laudatur a Velleio, ii. 9. 9. ii. 36. 2. *Harl.*

61. *Clariss. hominum atque optimorum virorum.* Si assentirentur MSSti, libenter delerem vocem *virorum*, quia præcesserat *hominum*. *Pearce.*

62. *Me—revocasti.* Me monuisti, ne contenderem, nec dimicarem cum inimicis meis pariter ac reipublicæ. *Wetzel.*

63. *Magna gloria.* Præcipue per honorificam ex exilio revocationem et oppressam conjurationem Catilinariam. Conf. orat. Ciceronis Catilinariam tertiam et quartam et alia in epistolis loca: ac Wetzel. not. ad nostrum locum. *Harl.*

trum, cum libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in quibus omnibus fere [64] Socrates exprimitur, non, quamquam illa scripta sunt divinitus, tamen majus quiddam de illo, de quo scripta sunt, suspicatur. Quod item nos postulamus non a te quidem, qui nobis [65] omnia summa tribuis, sed a ceteris, qui hæc in manus sument, ut majus quiddam de L. Crasso, quam quantum a nobis exprimetur, suspicentur. Nos enim, [66] qui ipsi sermoni non interfuissemus, et quibus C. Cotta tantummodo locos ac sententias hujus disputationis tradidisset, ([b] quo in genere orationis utrumque oratorem cognoveramus,) idipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Quodsi quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium [c] jejuniorem, aut Crassum [d] pleniorem fuisse putet, quam quomodo a nobis uterque inductus est; is erit ex iis, qui aut illos non [67] audierint, aut judicare non possint. Nam fuit uterque (ut exposui antea) cum studio atque ingenio et doctrina præstans omnibus, tum in suo genere perfectus, ut neque in Antonio deesset hic ornatus orationis, neque in Crasso [68] redundaret.

(5.) Ut igitur ante meridiem discesserunt, paululumque requierunt, in primis hoc a se Cotta animadversum esse dicebat, omne illud tempus meridianum Crassum in acerrimâ atque attentissimâ cogitatione posuisse, seseque, qui vultum ejus, cum ei dicendum esset, obtutumque oculorum in cogitando probe nosset, atque in maximis causis sæpe vidisset, tum dedita opera, quiescentibus aliis, in eam [69] exhedram [70] venisse, in qua Crassus lectulo posito recubuisset, quumque eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse, atque in eo silentio duas horas fere esse consumtas. Deinde quum omnes, inclinato jam in [71] pomeridianum tempus die, venissent ad Crassum, Quid est, Crasse, inquit Julius, [72] imusne

[b] *ita loquentem facimus, eo stilo utentem, quorum in utroque fuisse ex eorum scriptis et fama cognoveramus.* [c] *pressiorem.* [d] *uberiorem in dicendo.*

64. *Socrates.* h. e. Socratis, qui loquens inducitur, imago. *Harl.*

65. *Omnia summa.* Sic edd. vett. et MS. E. non *summa omnia*, et hoc ordine Cicero solet dicere. *Ernest.*

66. *Qui—non interfuissemus*, h. e. quum —non interfuissemus; *et quibus—tradidisset*, h. e. et quum nobis tradidisset. Conf. Wetzel. *Harl.*

67. *Audierint, possint.* Vulgo *audierit, possit*, quod per Grammaticam stare non potest. Nam pendet ex *iis, qui. Audierint* est in ed. Lips. *Ernest.*

68. *Redundaret.* Redundantia est nimia sententiarum, acuminum, ornamentorumque omnium copia, quæ et luxuria dicitur. *Ernest. in Clave.*

69. *Exhedra*, locus in porticibus, villarum inprimis, pluribus instructus sedibus, ut ubi consideri, disputandi causa, aut dormiri a meridie possit. V. Gothofred. ad Cod. Theod. lib. ult. de operibus publ. ubi multa de exhedris, sed falsa multa veris mixta; quæ h. l. excutere non possumus. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Exhedram.* i. e. locum triclinio et cœnaculo similem; ubi non lecti ad dormiendum, sed sedes aut cathedræ ad sedendum vel recumbendum otii causa adponerentur. De *exhedris* sic Vitruvius, v. 11. *Constituantur in tribus porticibus* exhedræ *spatiosæ, habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetores, reliquique, qui studiis delectantur, sedere possint. Pearce.* Hic igitur lectulus fuit illatus. *Exedram* in Erl. cod. *Harl.*

70. *Venisse*, &c. Sic edd. pr. omnes, it. MS. E. et pendet ex *seseque. Venisset* est vitium Aldinæ. *Ernest.*

71. *Pomeridianum tempus.* Hoc mollius vulgato *postmeridianum*, et ipsi Ciceroni in Oratore probatum. Sic et Pearcius. *Ernest.*

72. *Imusne sessum.* Intell. ad disputandum, quod vel sedendo vel inambulando fiebat. *Ernest.*

sessum? [e] etsi admonitum venimus te, non flagitatum. Tum Crassus, An me tam impudentem esse existimatis, ut vobis hoc præsertim munus [f] putem diutius [73] posse debere? Quinam igitur, inquit ille, [g] locus? an in media silva placet? Est enim is maxime et [h] opacus, et frigidus. Sane, inquit Crassus. etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni. Cum placuisset idem ceteris, in silvam venitur, et ibi magna cum audiendi exspectatione considitur.

Tum Crassus, Cum auctoritas atque amicitia vestra, tum Antonii facilitas eripuit, inquit, mihi in optima mea causa libertatem recusandi. quamquam in partienda disputatione nostra, cum sibi de iis, quæ dici ab oratore oporteret, sumeret, mihi autem relinqueret, ut explicarem, quemadmodum illa ornari oporteret; ea divisit, quæ sejuncta esse non possunt. Nam cum omnis ex re atque verbis constet oratio; [74] neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris, neque res lumen, si verba semoveris. Ac [i] mihi quidem veteres illi, majus quiddam animo complexi, multo plus etiam vidisse videntur, quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest: qui omnia hæc, [k] quæ [75] supra et subter, unum esse, et una vi atque una consensione naturæ constricta esse dixerunt. Nullum est enim genus rerum, quod aut avulsum a ceteris per seipsum [l] constare, aut, quo cetera si careant, vim suam atque æternitatem conservare possint.

(6.) [76] Sed si hæc major esse ratio videtur, quam ut hominum possit sensu aut cogitatione comprehendi: est etiam [77] illa Platonis

[e] *hoc autem non dicimus, ut moleste a te postulemus,* id quod promisisti, *sed ut in memoriam tantum revocemus.* [f] explicandi quæ de eloquentia supersunt dicenda. [g] *quinam igitur locus, inquit Julius,* nobis est eligendus. [h] *umbrosus.* [i] *videntur mihi veteres de rerum hac universitate sensisse, quam nos, ac vidisse præclarius.* [k] *summa et ima,* cœlum ac terras, *unum quiddam esse, cujus partes omnes sibi mutuo conjunctæ ac connexæ forent.* [l] *consistere ac durare.*

73. *Posse debere.* Pearcius mavult *deberi*; non male. Sed potest *me* intelligi, quod et paullo ante præcessit. *Ernest.*

74. *Neque verba——si rem* subtraxeris, *neque res lumen, si verba semoveris.* Injuria, ut bene docet Schütz., delendum censuit Lambinus verbum *subtraxeris:* recte enim, (inquit ille,) dicitur res verbis, sicut sella sedentibus, subtrahi, quia verba sedem habent in rebus; contra, ut lumen semoveri solet, eleganter dicitur res lumen habere [sive illustrari, illuminari, cap. vi. 6 et 7.] non posse, si verba semoveris. *Harl.*

75. *Quæ supra et subter, unum esse.* Quo refertur illud Platonis in Timæo, πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα· εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα διεδημιουργημένος ἐστί. *Proust.*

76. *Sed si hæc.* Sic ed. W. et de posterioribus plures; quod et sensus et periodus sequens requirit: deinde colon post *comprehendi.* Sic et MS. E. Vulgo, *sed hæc.* Post in meo exemplo Aldino, *etiam* vir doctus correxit *tamen*, ut placet Pearcio, quod nec necessarium est, nec placet, etsi periodus sequens sic structa est, *homines* non intelligit omnes, sed, more vulgari loquendi, plerosque; nempe, qui non sunt subacti subtilitate philosophiæ. *Ernest.*

Ibid. *Si hæc major esse ratio videtur. Hæc ratio,* hoc consilium, n. totam naturam cogitatione comprehendendi, majus est etc. *Harl.*

77. *Illa Platonis.* Illa sententia desumpta videtur ex Epinomide sub finem, ubi dicitur mathematicas disciplinas ab eo facile capessendas, qui ad unum intentus eas ediscere voluerit. Ἀναφαινήσεται δὲ ἂν, ὃ λέγομεν, ὀρθῶς τις εἰς ἓν βλέπων μανθάνειν· δεσμὸς γὰρ πεφυκὼς πάντων τούτων εἷς ἀναφαινήσεται διανοουμένοις. Ex ea tamen auctoritate nihil probat Crassus, ut sibi sint omnes doctrinæ uno societatis vinculo conjunctæ; certe præcepta, et, quæ de iis traduntur, institutiones separari posse nemo negaverit. *Proust.*

vera, et tibi, Catule, certe non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri: [m] ubi enim perspecta vis est rationis ejus, qua causæ rerum atque exitus cognoscuntur, mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur. Sed si hoc quoque videtur esse altius, quam ut id nos, [78] humi strati, suspicere possimus, [n] illud certe tamen, quod amplexi sumus, quod profitemur, quod suscepimus, nosse et tenere debemus. [o] Una est enim, quod et ego hesterna die dixi, et aliquot locis antemeridiano sermone significavit Antonius; eloquentia, [p] quascunque in oras disputationis regionesve delata est. Nam sive de cœli naturâ loquitur, sive de terræ, sive de [q] divina vi, sive de humana, [r 79] sive ex inferiore loco, sive ex æquo, sive ex superiore, sive ut impellat homines, sive ut doceat, sive ut deterreat, sive ut concitet, sive ut [s] reflectat, sive ut incendat, sive ut leniat, sive ad paucos, sive ad multos, sive inter alienos, sive cum suis, sive secum, [t 80] rivis est diducta oratio, non fontibus; et, quocunque ingreditur, eodem est [81] instructu ornatuque comitata. Sed quoniam [u] oppressi jam sumus opinionibus non modo vulgi, verum etiam hominum leviter eruditorum, qui, quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulsa et quasi discerpta contrectant; et qui, tanquam ab animo corpus, sic a sententiis verba sejungunt, [x] quorum sine interitu fieri neutrum potest; non suscipiam oratione mea plus, quam mihi imponitur: tantum significabo brevi, neque verborum ornatum inveniri posse non [82] [y] partitis expressisque sententiis, neque esse ullam sententiam illustrem sine luce verborum. Sed priusquam illa conor attingere, quibus orationem ornari, atque illuminari putem, proponam breviter, quid sentiam de universo genere dicendi.

(7.) [83] Natura nulla est, ut mihi videtur, quæ non habeat in suo

[m] *si quis cognoverit causas effectusque rerum singularum, reperiet doctrinas omnes quodam inter se quasi vinculo colligatas.* [n] *saltem non debemus artem oratoriam, quam profitemur, ignorare.* [o] *uniusmodi et ejusmodi generis.* [p] *quacunque de re disputet.* [q] *de rebus ad deum et superos pertinentibus.* [r] *sive alloquatur superiores, sive æquales, sive inferiores.* [s] *concitatos mitiget.* [t] *eloquentia unum tantum aliquem fontem habet, unde tota varios in partes, ut rivos, funditur:* eadem sunt præcepta orationis in quolibet argumento. [u] *servimus pervulgatis opinionibus non modo vulgi, sed etiam semidoctorum.* [x] *cum tamen neque corpus ab anima, neque a sententiis verba sejungi possint, quin uti corpus, ita verba quasi intereant et emortua sint.* [y] *divisis in suas partes.*

78. *Humi strati.* h. e. qui ad sublimem illam Græcorum philosophiam, de una vi unaque consensione naturæ, vel saltem de omnium artium inter se consensu, mentes erigere haud possimus, ut Schützii verbis utar. *Harl.*

79. *Ex inferiore loco.* Oratores in inferioribus subselliis dicebant ad prætores sedentes pro tribunali, ex æquo parique loco ad patres conscriptos, ex superiore, ut ex rostris, ad populum. *Strebæus.*

80. *Rivis est diducta oratio, non fontibus,* h. e. etsi in diversis rebus versatur oratio, et diversis rebus adhibetur, tamen per se eadem est eloquentia. *Ernest. in Clave.*

81. *Instructu,* n. sententiarum; *ornatu,* n. verborum. *Harl.*

82. *Partitis expressisque sententiis.* i. e. distinctis et perspicuis absolutisque. *Ernest.*

Ibid. *Partitis.* Lambinus maluit *repertis;* alii *paratis,* alii vero *partis*; sed omnes MSSti habent *partitis,* per quam vocem intelligas, in partes divisis et distinctis.

83. *Natura nulla est.* Generalem disputationem præmittit de eloquentiæ et oratorum in dicendo varietate. Summa autem hæc est. Cum una eademque sit ars dicendi, admirabilem tamen esse in eadem arte dissimilitudinem, pro eo quod alius alio in genere excellit: quod primo sensuum

genere res complures dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude [z] dignentur. Nam et auribus multa percipimus, quæ, et si nos [84] vocibus delectant, tamen ita sunt varia sæpe, ut id, quod proximum audias, jucundissimum esse videatur: et oculis colliguntur pæne innumerabiles voluptates, quæ nos ita capiunt, [a] ut unum sensum dissimili genere delectent: et reliquos sensus voluptates [85] oblectant [b] dispares, [86] ut sit difficile judicium excellentis maxime suavitatis. At hoc idem, quod est in naturis rerum, transferri potest etiam ad artes. Una [c] fingendi est ars, in qua præstantes fuerunt [87] Myro, [88] Polycletus, Lysippus; qui omnes inter se dissimiles fuerunt; sed ita tamen, [d] ut neminem sui velis esse dissimilem. Una est ars ratioque picturæ, dissimillimique tamen inter se Zeuxis, [89] Aglaophon, [90] Apelles: neque eorum quisquam est, cui quidquam in arte sua deesse videatur. Et, si hoc in his [91] quasi mutis artibus est mirandum, et tamen verum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua! quæ cum in iisdem sententiis verbisque versetur, summas habet dissimilitudines; [92] non sic, ut alii vituperandi sint, sed ut ii, quos constet esse laudandos, in dispari tamen genere laudentur. Atque id primum in poëtis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum oratoribus, quam sint inter sese Ennius, Pacuvius, [93] Acciusque dissimiles; quam apud Græcos [94] Æschylus, Sophocles,

[z] *dignæ sint.* [a] *ut eundem videndi sensum mira varietate rerum peræque oblectent.* [b] *diversi generis ac modi.* [c] *statuas elaborandi.* [d] *neminem velles non sibi constare in sua quadam sibi propria fingendi ratione.*

exemplo probat, qui cum singuli unum quiddam sint, variis tamen rebus afficiuntur, quæ natura dispares, delectatione sunt non minus diversæ. Idem in fingendi et pingendi arte declarat. *Petavius.*

84. *Vocibus.* i. e. sonis; in hoc enim sensu sæpius Noster verbum istud usurpat. Sic in i. 42. *ut in Musicis numeri*, voces *et modi*, et iii. 48. *Si numerosum est id in omnibus sonis et vocibus*, etc. et alibi. *Pearce.*

85. *Oblectant.* Sic edd. W. et Ald. pro vulgato *oblectent*; recte. Nam et ante indicativi sunt. Sic et MS. E. *Ernest.*

86. *Ut sit—suavitatis.* h. e. ut difficile sit judicatu, quæ maxime excellat suavitas sive quæ voluptas sit suavissima, Wetzel. jam interprete. *Harl.*

87. *Myro.* Lycius, insignis statuarius, Polycleti discipulus, claruit circa Olympiadem XC. annis ante Christum CCCCXX. *Plin.* lib. XXXIV. cap. 8. *Proust.*

88. *Polycletus.* Qui e Sicyone oriundus floruit Olymp. LXXXVII. annis ante Christum plus minus CCCCXXX. *Proust.*

89. *Aglaophon.* Celeberrimus pictor teste Plinio lib. XXXV. cap. 9. inclaruit Olympiade XC. annis ante Christum CCCCXX. *Proust.*

90. *Apelles.* Omnes prius genitos futurosque postea pingendi arte superavit, inquit Plinius lib. XXXV. cap. 10. ab hoc uno pingi se jussit Alexander Magnus. celebris fuit Olympiade CXII. annis ante Christum CCCXXX. *Proust.*

91. *Quasi* mutis *artibus. Artes quasi* mutæ sunt pictoria, statuaria, et similes, in quibus nullus vocis usus, quæ adspectum potius quam auditum delectant. Explicabat hinc non nemo *artes mutas* apud Virgilium, qui sic *artem medicam* appellat. Sed contextum consideranti facile apparebit, *mutas artes* esse ibi ignobiles, quæ non tantam famam afferunt, quantam artes militares, quibus manifeste medicina ibi opponitur. *Mutæ artes* dicuntur, ut *surdæ herbæ* apud Plinium, h. e. quarum nomina ignota sunt. Adjectiva activam vim habentia sæpe et passive dicuntur, ut gravis, notus, &c. Talem artem esse medicam, vel locus Luciani Dial. Deor. 13. docet, ubi Hercules Æsculapii artem, ut obscuram, contemnit. *Ernest. in Clave.*

92. *Non sic, ut alii.* Pearcius conjicit *ulli* vel *aliqui. Ernest.*

93. *Accius.* L. Accius poëta tragicus auctore Eusebio floruit Olympiade CLX. ante Christum annis CXL. *Proust.*

94. *Æschylus*, etc. Æschylus primus induxit personam secundam, et audacior fuit; Sophocles addidit tertiam personam, majorem actionem et quasi vitam dedit tragœdiis, hasque reddidit perfectiores;

Euripides, quamquam omnibus par pæne laus in dissimili scribendi genere tribuatur. Adspicite nunc eos homines atque intuemini, quorum de facultate quærimus, quid intersit inter oratorum studia atque naturas. Suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Æschines, vim Demosthenes habuit. quis eorum non egregius? tamen quis cujusquam nisi sui similis? Gravitatem Africanus, lenitatem Lælius, asperitatem Galba, profluens quiddam habuit Carbo et canorum: quis horum non princeps temporibus illis fuit? et suo tamen quisque in genere princeps.

(8.) Sed quid ego vetera conquiram, cum mihi liceat uti præsentibus exemplis atque vivis? Quid jucundius auribus nostris umquam accidit hujus oratione Catuli? quæ est pura sic, ut Latine loqui pæne solus videatur, sic autem gravis, ut in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas ac lepos. Quid multa? istum audiens equidem sic judicare soleo, quidquid aut addideris, aut mutaveris, aut detraxeris, vitiosius et deterius futurum. Quid noster hic Cæsar? nonne novam quandam rationem attulit orationis, et dicendi genus induxit prope singulare? Quis umquam res, præter hunc, tragicas [e] pæne comice, [95] tristes remisse, severas hilare, forenses [96] [f] scenica prope venustate tractavit: atque ita, ut neque jocus magnitudine rerum excluderetur, nec gravitas facetiis minueretur? Ecce præsentes duo prope æquales Sulpicius et Cotta. quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere præstans? [g] limatus alter et subtilis, rem explicans propriis aptisque verbis, hæret in causa semper, et, quid judici probandum sit, cum acutissime vidit, omissis ceteris argumentis, in eo mentem orationemque defigit. Sulpicius autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima et maxima voce, summa contentione corporis, et dignitate motus, verborum quoque ea gravitate et copia est, ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur.

(9.) Ad [h] nosmetipsos jam revertor: quoniam sic fuimus semper comparati, [i] ut hominum sermonibus quasi [97] in aliquod contentionis judicium vocaremur: quid tam dissimile, quam ego in dicendo et Antonius? cum ille is sit orator, ut nihil eo possit esse præstantius; [98] ego autem, quamquam [k] memet mei pœnitet, cum hoc

[e] *jucunde ac leniter.* [f] *qualis in theatro et scena solet adhiberi.* [g] Cotta scilicet *erat tam exactus, ut nihil nisi quod causam spectaret, loqueretur.* [h] Crassum et Antonium. [i] *ut homines cum de nobis loquerentur, ambigerent, contenderentque uter utri præstaret.* [k] *non mihi ipse satisfacio.*

Euripides denique, minus audax, sed mollior, naturæ moribusque magis accommodavit orationem ac tragœdiam. add. Wetzel. *Harl.*

95. *Tristes remisse, severas hilare.* Pearcius mavult, *tristes hilare, severas remisse;* non male: sed vulgatum etiam ferri potest, et fortasse exquisitius est. *Ernest.*

96. *Scenica prope venustate.* Bene cautoque additur *prope:* nam orator esse non debet actor comicus, uti ipse Cicero lib. i. 28. monet. Adde Brut. 55. *Harl.*

97. *In aliquod contentionis* (h. e. comparationis) *judicium vocaremur.* Quodammodo ab hominibus, de nobis judicantibus, inter nos compararemur. *Wetzel.*

98. *Ego autem,* &c. Laborant in h. l. Lambinus et Pearcius. Et sententia, ut textus est, non sane satis constat. Mihi venit in mentem, transpositionem esse fac-

maxime tamen in comparatione conjungar. Videtisne, genus hoc quod sit Antonii? forte, vehemens, commotum in agendo, [99] præmunitum et ex omni parte causæ septum, acre, acutum, enucleatum, in unaquaque re commorans, honeste cedens, acriter insequens, terrens, supplicans, summa orationis varietate, nulla nostrarum aurium satietate. Nos autem, [1] quicumque in dicendo sumus, quoniam esse aliquo in numero vobis videmur, certe tamen ab hujus multum genere distamus; quod quale sit, non est meum dicere, propterea quod minime sibi quisque notus est, et difficillime de se quisque sentit: sed tamen dissimilitudo intelligi potest, et ex motus mei mediocritate, et ex eo, quod, [m] quibus vestigiis primum institi, in iis fere soleo perorare, et quod aliquanto [1] me major in verbis quam in sententiis eligendis labor et cura torquet, verentem, ne, si paullo [2] [n] obsoletior fuerit oratio, non digna exspectatione et silentio fuisse videatur. Quodsi in nobis, qui adsumus, [3] tantæ dissimilitudines, tam certæ res cujusque [o] propriæ, et in ea varietate [p] fere melius a deteriore, [4] facultate magis quam genere distinguitur, atque omne laudatur, quod in suo genere perfectum est: quid censetis, si omnes, qui ubique sunt, aut fuerunt oratores, [q] amplecti voluerimus? [5] nonne fore, ut, quot oratores, totidem pæne reperi-

[1] *quantulicunque.* [m] *iisdem utor in peroratione argumentis ad amplificationem et ciendos motus, quibus sum usus in confirmatione.* [n] *negligentior et humilior.* [o] laudantur. [p] *id quod est melius in arte dicendi ab eo quod est deterius distinguitur, non diverso genere eloquentiæ, sed majore facultate ac scientia oratoris, qui ad hoc vel illud eloquentiæ genus animum appellit.* [q] in quo singuli fuerint dissimiles, *explicare.*

tam. Fac periculum, et verba: *quid tam dissimile—Antonius?* pone post *conjungar*, et vide, an sic constet sensus, et apte cohæreat oratio. Mihi quidem videtur. *Ernest.*

99. *Præmunitum — septum.* h. e. adeo caute instructum est, ut causæ suæ non officiat, adversarium undique petat;—*enucleatum*, h. e. quod aperte et dilucide, subtilitər ac dialectice causam explicat; — *honeste cedens*, i. e. quod pugnanti simile fugit, non, re turpiter deserta, præ metu adversario inhoneste dat palmam. — *atque ex omni* pro vulgato *et ex omni* habet cod. Erlang. *Harl.*

1. *Me major in verbis quam in sententiis eligendis labor*, &c. Sic primus edidit Aldus, idque cum Pearcio facile probavi, quia e sequentibus patet, in verbis tantum plus laborasse Crassum. Edd. ante Aldum habent: *major in verbis et sententiis deligendis quam eum*, &c. nisi quod ed. s. l. et a. et Lips. pro *eum* habent *Antonium*. *Ernest.*

Ibid. *In verbis*, quam *in sententiis, eligendis labor.* Rationem protinus adducit Crassus, cur diligentior fuerit, quam Antonius: scil. verebatur, ne obsoletior videretur ejus oratio: sed hæc ratio ad verborum electionem solam spectat. Sententiæ obsoletæ fieri non possunt; nec consuetudo civitatis, aut diuturnitas temporis earum auctoritatem minuit. Ferri igitur vulgata lectio non potest, *in verbis* et *in sententiis eligendis*, quam eum, *labor* etc. Libenter sequor lectionem MS. Norf. veterumque librorum Steph., Gryphii, Asc., Strebæi, Lambini, et aliorum: *et quod aliquanto major in verbis*, quam *in sententiis, eligendis labor et cura torquet*, etc. *Pearce. Si paullo obsoletior fuerit oratio* h. e. non satis exquisita et ornata. *Harl.*

2. *Obsoletior—oratio.* Dicitur ea, quæ nullum delectum verborum nec ornatum habet. *Ernest. in Clave.*

3. *Tantæ dissimilitudines.* Vel addendum vel intelligendum est *sunt*. MS. E. *dissimilitudinis causa certæ*, &c. *Ernest.*

4. *Facultate magis.* Sensus est, cum dicimus alium oratorem meliorem esse, alium deteriorem, eo judicio non significamus illius oratoris genus dicendi potius esse quam hujus; in dispari enim genere possunt esse æque laudabiles: sed intelligi volumus illum oratorem facultate excellere, id est, plus in suo genere valere, quam hunc in eo, quod sibi proprium habet. *Pearce.*

5. *Nonne fore.* Sic Edd. ante Aldum omnes. Recte. Sic et MS. E. Vulgatum *numne* ab Aldo est. *Ernest.*

Ibid. *Nonne fore, ut, quot oratores*, etc. *Quot oratores* scil. perfecti et in suo genere laudabiles. *Harl.*

antur genera dicendi? Ex qua mea disputatione forsitan [6 r] occurrat illud, si pæne innumerabiles sint quasi formæ figuræque dicendi, specie dispares, genere laudabiles; non posse ea, [7] quæ inter se discrepant, iisdem præceptis, atque [8] in una institutione formari. Quod non est ita: diligentissime hoc est eis, [9] qui instituunt aliquos, atque erudiunt, videndum, quo sua quemque natura maxime ferre videatur. Etenim videmus, [s] ex eodem quasi ludo summorum in suo cujusque genere artificum et magistrorum exisse discipulos, dissimiles inter se, attamen laudandos; cum ad cujusque naturam institutio doctoris accommodaretur. Cujus est vel maxime insigne illud exemplum (ut ceteras artes omittamus) quod dicebat Isocrates, doctor singularis, se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere. alterum enim, [10] exsultantem verborum audacia, reprimebat, alterum cunctantem et quasi verecundantem, incitabat. Neque eos similes effecit inter se, sed tantum alteri affinxit, de altero [11] limavit, ut id conformaret in utroque, quod utriusque natura pateretur.

(10.) Hæc eo mihi prædicenda fuerunt, ut, si non omnia, quæ proponerentur a me, ad omnium vestrum studium, et ad genus id, quod quisque vestrum in dicendo probaret, [t] adhærescerent, id a me genus exprimi sentiretis, quod maxime mihi ipsi probaretur.

Ergo hæc et [u] agenda sunt ab oratore, quæ explicavit Antonius, et dicenda quodam modo. Quinam igitur dicendi est modus melior, (nam de actione post videro,) quam ut Latine, ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcumque agetur, apte [12] congruenterque dicamus? Atque eorum quidem, quæ duo [x] prima dixi, [y] rationem non arbitror exspectari a me, puri dilucidique sermonis. neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui nesciat; nec sperare, qui Latine non possit, hunc ornate esse dicturum: neque vero, qui non dicat, quod intelligamus, hunc posse, quod admiremur, dicere. Linquamus igitur hæc, [13] quæ cognitionem habent facilem, usum necessa-

[r] *objiciatur.* [s] *ex eadem schola.* [t] *accommodata essent.* [u] *pronuncianda cum actionis dignitate.* [x] ut Latine, et plane loquamur. [y] *modum et præcepta.*

6. *Occurrat illud.* h. e. objiciatur.—*specie dispares,* quia figura alia aliam speciem, h. e. faciem atque effigiem habet—*genere,* h. e. ratione et substantia universales, quia per se præclare stant. *Harl.*

7. *Quæ inter se discrepant.* Scrib. *discrepent. Ernest.*

Ibid. *Discrepant.* Sollemnius Ciceroni ideoque scriptum fuisse videtur *discrepent:* a pronomine enim relativo, si accusativus cum infinitivo antecessit, regi conjunctivum, exemplis ubivis obviis, non erit, quod probem; nisi dicas, *quæ—discrepant* h. l. significare *quæ* revera, omnino *discrepant.*—*Harl.*

8. *In una institutione.* Edd. s. l. et a. Med. Asc. 1. Ald. J. *disputatione,* quod a superiori verbo *disputatione* ortum videtur. *Ernest.*

9. *Qui instituunt aliquos.* Forte melius *alios. Ernest.*

10. *Exultantem.* Equi ferociores dicuntur *exultare:* unde ad alia, tanquam ad orationem transfertur. *Ernest. in Clave.*

11. *Limavit.* Limare, proprie est lima superflua abradere, ut politior res sit: hinc est pro *detrahere.* ad Div. III. 8. *de liberalitate tua* limavit *aliquid posterior annus. Ernest. in Clave.*

12. *Congruenter.* Apte ad rem et causam. *Ernest. in Clave.*

13. *Quæ cognitionem—facilem.* Sic, non *cogitationem,* habent edd. vett. etiam Ald. et Junt. Sic et MS. E. Primum reperi in ed. Sanctandreana, quæ dicitur Lamb. secunda, sed in qua correctiones ejus sunt in margine. Sed quia in margine lectio *cognitionem* non notata est, apparet, esse vitium operarum,

rium. [14] nam [z] alterum traditur litteris, doctrinaque puerili; [a] alterum adhibetur ob eam causam, ut intelligatur, quid quisque dicat: quod videmus ita esse necessarium, ut tamen [15] eo minus nihil esse possit. Sed omnis loquendi [16] elegantia, quamquam expolitur scientia litterarum, tamen augetur legendis oratoribus et poetis. sunt enim illi veteres, qui ornare nondum poterant ea, quæ dicebant, omnes prope [17] præclare locuti: quorum sermone assuefacti qui erunt, [b] ne cupientes quidem, poterunt loqui, nisi Latine. Neque tamen erit utendum verbis iis, quibus jam consuetudo nostra non utitur, nisi quando ornandi causa, parce, [18] quod ostendam; sed [19] usitatis ita poterit uti, lectissimis ut utatur, is, qui in veteribus erit scriptis studiose et multum [c] volutatus.

(11.) Atque, ut Latine loquamur, non solum videndum est, ut et verba efferamus ea, quæ nemo jure reprehendat: et ea sic et casibus, et temporibus, et genere, et numero [20] conservemus, ut nequid perturbatum, ac discrepans, aut [21] præposterum sit: sed etiam lingua, et spiritus, et vocis sonus est ipse moderandus. Nolo [22] exprimi litteras [d] putidius, nolo [e] obscurari negligentius: nolo verba [23] [f] exiliter exanimata exire, nolo inflata, et [g] quasi [24] anhelata gravius. nam de voce nondum ea dico, quæ sunt actionis; sed hoc, quod mihi cum sermone quasi conjunctum videtur. Sunt enim certa vitia, quæ nemo est, quin effugere cupiat; mollis vox, ut

[z] *modus Latine loquendi pueris traditur* a grammaticis. [a] *perspicuitas.* [b] *tametsi nolint bene Latine loqui, non poterunt tamen non recte loqui.* [c] *sæpe versatus.* [d] *molestius ac scrupulosius.* [e] *obscura voce efferri.* [f] *molli et quasi fœminea voce prolata.* [g] *magno et oris et pectoris conatu pronunciata.*

quod inde in sequentes editiones venit per negligentiam editorum, ut Dion. Gothofredi, Gruteri. *Ernest.*

14. *Nam alterum.* Nempe quomodo pure sive latine loquamur. *traditur litteris* i. e. arte grammatica, quæ a litteris, (h. e. ἀπὸ τῶν γραμμάτων dicitur γραμματικὴ,) nomen habet, et pueris traditur. *Harl.*

15. *Eo minus nihil esse possit. Minus* in hoc loco non est Adverbium, sed Adjectivum, et hunc sensum efficit. Res est necessaria, sed tamen omnium rerum in oratore minima: omnino necesse est, ut dilucide loquamur; qui tamen id facit, nullam inde assequitur laudem. *Pearce.*

16. *Elegantia.* Quæ versatur in eligendis verbis cuique rei propriis et maxime emphaticis. *Scientia litterarum,* h. e. grammatica. *Harl.*

17. *Præclare locuti.* i. e. pure et latine. *Harl.*

18. *Quod ostendam,* &c.—*utatur is.* Hic turbant edd. vett. nec locum, sine dubio vitiosum, quomodo constituam, satis scio. *quod ostendam,* quid est, aut quo pertinet? Nam in seqq. non ostendit. Infra, c. 38. eandem rem attingit, sed attingit tantum, ut hic. *Ernest.*

19. *Usitatis ita.* h. e. verbis communibus utendum est; sed ita, ut lectissima quæque ab oratore usurpentur: quod ut efficiat, plurimum valet, in veteribus scriptis diligenter multumque versatum esse. *Pearce.*

20. *Conservemus.* Conseramus. *Schütz.*

21. *Præposterum sit.* h. e. quod invertat ordinem, ut, *enim* bonus es vir, etc. *Harl.*

22. *Exprimi litteras,* etc. De pronuntiatione ejusque vitiis agit uberius Quinctil. i. 5. inpr. sect. 31. sq. et xi. 3. *Putidius,* h. e. nimis artificiosum et tardius, quam ut auditori non excitet fastidium. *Harl.*

23. *Exiliter exanimata exire.* Scribendum est *animata:* nam *exiliter* cum *exanimata* non consentit: et durissimum est, tria verba deinceps ab eadem syllaba incipere. Prima syllaba temere e præcedente verbo repetita est. *Ernest.*

Ibid. *Exiliter exanimata.* Qualia sunt eorum qui, ut loquar cum Persio,

——*tenero supplantant verba palato.*
Proust.

24. *Anhelata.* Catullus lepide ridet nescio quem Arium hoc vitio laborantem, qui

Chommoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, et hinsidias Arius insidias, &c.
Proust.

muliebris, aut quasi [25] extra modum [h] absona atque absurda. Est autem vitium, quod nonnulli de industria consectantur. Rustica vox et agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur: ut tuus, Catule, sodalis, L. Cotta, gaudere mihi videtur [26] [i] gravitate linguæ, sonoque vocis agresti, et illud, quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. Me autem [k] tuus [27] sonus et suavitas ista delectat; [l] omitto verborum, quamquam est caput; verum id affert ratio, docent litteræ, confirmat consuetudo et legendi et loquendi; sed hanc dico suavitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, ut apud Græcos, Atticorum, sic, in Latino sermone, hujus est urbis maxime propria. Athenis jam diu doctrina ipsorum Atheniensium interiit, domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, [28] [m] quibus vacant cives, peregrini fruuntur, capti quodammodo nomine urbis et auctoritate: tamen eruditissimos homines Asiaticos quivis Atheniensis indoctus, non verbis, sed sono vocis, nec tam bene, quam suaviter loquendo, facile superabit. [29] [n] Nostri minus student litteris, quam Latini. tamen ex istis, quos nostis, [o] urbanis, [30] in quibus minimum est litterarum, nemo est, [31] quin litteratissimum [p] toga-

[h] *contenta plus justo.* [i] *tarda asperitate linguæ.* [k] *tua pronunciandi ratio.* [l] *nihil dico de suavitate verborum, licet sit præcipua.* [m] *quibus Athenienses carent.* [n] *qui sunt Romæ nati minus se applicant ad artes liberales, quam reliqui Latii cives.* [o] *qui in urbe Roma habitant.* [p] *Latinorum omnium, quorum propria vestis est toga.*

25. *Extra modum.* Metaphora hic petita est a musicorum modis. Mox *quod—consectantur* intelligendum est, cui student, operam dant. *Harl.*

26. *Gravitate linguæ.* Si vera est lectio, per *gravitatem linguæ* intelligendum est id quod contrarium est *linguæ solutioni*, (de quo Noster in lib. i. c. 25.) Interim vereor ut hæc lectio defendi possit; nullibi enim apud Ciceronem reperio *gravitatem*, cum ad dicendum refertur, non laudandi gratia usurpari: suspicor igitur legendum esse *pravitate linguæ;* Crassus enim istud vocis vitium, quod hic in L. Cotta culpat, sic exprimit in cap. sequenti, *cujus tu illa* lata, *Sulpici, nonnunquam imitaris:* at in lib. ii. cap. 22. hæc Noster conjungit, *oris pravitatem, et verborum latitudinem imitatur.* Cui addi debet illud Quinctil. Inst. Or. lib. i. cap. 1. *Multa linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum* pravitate *durantur. Pearce.*

Ibid. *Gravitate linguæ.* Schütz. observat, *gravitatem linguæ* h. l. idem esse, quod asperitas et rusticitas in exprimendis vocalibus, dicique *gravitatem linguæ* eodem modo, quo *gravitas odoris;* neque hic opponi linguæ solutioni, sed suavitati oris, quæ vocalium aut omnino litterarum sonos non vaste, non aspere, aut latius, quam decet, exprimit. Ernesti in Clav. Cicer. sub voc. *gravitas* jam improbavit priorem Pearc. sententiam, monuitque, *pravitatem* latius patere gravitate; atque *gravitatem linguæ* h. l. interpretatur sonum vocis paullo agrestiorem et rusticanum. *Harl.*

27. *Sonus et suavitas.* h. e. suavis sonus, et opponitur gravitati linguæ sonoque agresti. *Harl.*

28. *Quibus vacant cives.* i. e. quibus carent, sive, quibus illi cives operam non dant. *Pearce.*

29. *Nostri minus—Latini.* h. e. cives Romani, in ipsa urbe nati et educati, quos paullo post *urbanos* vocat, minus student artibus iis, quæ litteris constant, quam Latini, i. e. populus, qui Latium colebat. *Harl.*

30. *In quibus minimum est litterarum.* h. l. *litteræ* de omnium artium scientia, non de sola artis grammaticæ cognitione intelligendum, ita tamen, ut ars grammatica simul comprehendatur, Schützio jam adnotante. *Harl.*

31. *Quin litteratissimum togatorum—Soranum—vincat. Togatorum,* i. e. Latinorum, qui omnes togis vestiebantur. *Pearce, et Ernesti.* Sed Schützius. "*Togati,*" ait, "h. l. opponuntur *tunicato popello,* quem Horatius intelligit Epist. i. 7. 65. Itaque cum contemtu dicit Crassus *ex istis, quos nostis, urbanis,* notatque plebeculam Romanam, quæ sermone et sapore vernaculo facile Latinum hominem Q. Valerium Soranum, qui sit omnium togatorum, vel Romanorum vel Latinorum, civium litteratissimus,

torum omnium, Q. [32] Valerium Soranum, lenitate vocis atque [q] ipso oris [33] pressu et sono facile vincat.

(12.) Quare cum sit quædam certa vox Romani generis urbisque propria, in qua nihil [r] offendi, nihil displicere, [34] nihil animadverti possit, nihil sonare aut olere peregrinum; hanc sequamur: neque solum rusticam asperitatem, sed etiam [s] peregrinam insolentiam fugere discamus. Equidem cum audio socrum meam [35] Læliam (facilius enim mulieres incorruptam [t] antiquitatem conservant, quod [u] multorum sermonis expertes, ea tenent semper, quæ prima didicerunt;) sed eam sic audio, ut Plautum mihi, aut Nævium videar audire. sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut [36] nihil ostentationis aut [x] imitationis afferre videatur: ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic majores; non aspere, ut ille, quem dixi, non [37] [y] vaste, non rustice, non hiulce, sed [38] [z] presse, et æquabiliter, et leniter. Quare Cotta noster, cujus tu [a] illa [39] lata, Sulpici, nonnumquam imitaris, [40] ut iota litteram [b] tollas, et [41] E [c] plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores [42] videtur imitari. Hic cum arrisisset ipse Sulpicius, Sic agam vobiscum, inquit Crassus, ut, quoniam me loqui

[q] *apto labiorum, linguæ ac dentium habitu.* [r] *peccari.* [s] *modum loquendi insuitatum Romæ*, in Italia reliqua, *in provinciis usitatum.* [t] *rationem antiquam pronunciandi.* [u] *non habent consuetudinem loquendi cum multis*, et maxime cum exteris et peregrinis. [x] *nihil est in ejus sermone aliunde expressum imitando.* [y] *ore diducto et patenti.* [z] *cum verba verbis veluti colliduntur, ita ut is qui pronunciat, hianti ore cogatur esse.* [a] *rationem illam vaste pronunciandi.* [b] *tam parum pronuncies, ut abesse videatur e vocabulo*, verbi causa dicendo domnum pro dominum. [c] *ore pleno et aperto.*

lenitate vocis et oris pressu facile vincat." *Harl.*

32. *Valerium Soranum.* Hunc suspicor eundem esse, qui ob evulgatum arcanum Patriæ nomen sit interfectus. Plinius, lib. iii. c. 10. de Roma urbe loquens, *Cujus nomen dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur: optimaque et salutari fide abolitum enunciavit Valerius Soranus, luitque mox pœnas. Non alienum videtur hoc loco inserere exemplum religionis antiquæ, ob hoc maxime silentium institutæ. Namque Dea Angerona, cui sacrificatur a. d.* xii. *Calendas Januarias, ore obligato obsignatoque simulacrum habet. Petavius.*

Ibid. *Facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conservant.* Videtur hoc sumpsisse ex Cratylo Platonis, in quo scriptum est: Γυναῖκες μάλιστα τὴν ἀρχαῖαν φωνὴν σώζουσι. *Ursin.*

33. *Pressu. Lenitas vocis atque ipse oris pressus ac sonus*, est oris conformatio in pronunciando, quæ vel est vasta, vel rotunda, unde os rotundum Horatii. *Ernest. in Clave.*

34. *Nihil animadverti possit.* h. e. nihil vituperari, et tamquam censoria nota insigniri, Schützio bene interpretante. Quinctil. Inst. vi. 3. 107. "Meo quidem judicio illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil peregrinum, neque sensu—neque verbis, neque ore gestuve possit deprehendi: ut non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Græcos Atticismus ille *redolens* Athenarum proprium saporem." *Harl.*

35. *Læliam.* C. Lælii sapientis filiam, cujus filiam Crassus duxit uxorem. *Harl.*

36. *Nihil—afferre.* Offendit me *afferre.* Simplicissimum est corrigere *habere.* Sed malim *animadvertatur*, ex quo *afferre videatur* factum sit. *Ernest.*

37. *Vaste. Vaste* est nimis diducto ore, rustico more, aspere. *Ernest. in Clave.*

38. *Presse.* De voce significat leniter, suaviter, non vaste. *Ernest. in Clave.*

39. *Lata.* In pronunciando idem est vitium, quod et vastum dicitur. *Ernest. in Clave.*

40. *Ut iota litteram tollas.* Nimirum e. gr. filium ut filum, dominum ut domnum, aspere pronuntiando. *Harl.*

41. *E plenissimum.* n. dilatando, ut æ diphthongum. *Harl.*

42. *Videtur imitari.* Hæc est vera lectio. Nam pertinet ad Cottam, non ad Sulpicium, ad quem dirigitur oratio. Et sic habent edd. s. l. et a. Med. Lips. *Videris* ex ed. W. revocavit Aldus, qui et vitiose dedit *iotam*, imitante Junta. *Ernest.*

voluistis, aliquid de vestris vitiis audiatis. Utinam quidem! inquit ille: id enim ipsum volumus, idque si feceris, multa (ut arbitror) hic hodie [43] vitia [d] ponemus. At enim non sine meo periculo, Crassus inquit, possum, Sulpici, te reprehendere, quoniam Antonius mihi te simillimum dixit sibi videri. [e] Tum ille, [44] Tum quod monuit idem, ut ea, quæ in quoque maxima essent, imitaremur: ex quo vereor, ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus, et pauca quædam verba, et aliquem, si forte, [f] motum. Ergo ista, inquit Crassus, quæ habes a me, non reprehendo, [45] ne meipsum irrideam. sunt autem mea [46] [g] multo et plura, et majora, quam dicis. quæ autem sunt aut tua plane, [47] aut imitatione ex aliquo expressa, de iis te, si qui me forte locus admonuerit, commonebo.

(13.) Prætereamus igitur præcepta Latine loquendi, quæ puerilis doctrina tradit, et subtilior cognitio ac ratio litterarum alit, aut consuetudo sermonis quotidiani [48] ac domestici, libri confirmant, et lectio veterum oratorum, et poetarum. [49] Neque vero in illo altero diutius commoremur, ut disputemus, quibus rebus assequi possimus, ut ea, quæ dicamus, intelligantur. Latine scilicet dicendo, verbis usitatis, ac proprie demonstrantibus ea, quæ significari ac declarari volemus, sine ambiguo verbo aut sermone, non nimis longa [50] continuatione verborum, [51] [h] non valde productis iis, quæ similitudinis causa ex aliis rebus transferuntur, non [i] discerptis sententiis, non [52] [k] præposteris temporibus, non confusis personis, non pertur-

[d] *corrigemus.* [e] *tum Sulpicius, Sed idem etiam Antonius, inquit, monuit, ut ea,* &c. [f] *gestum.* [g] peccata et vitia in dicendo. [h] *metaphoris et allegoriis non diu continuatis.* [i] *divisis in minutas veluti partes.* [k] *perturbato temporum ordine.*

43. *Vitia ponemus.* h. e. *deponemus,* exuemus, ut *ponere arma,* aut *ponere curas.*— *Harl.*

44. *Tum quod.* Et repetitio tam propinqua verbi *tum* offendit me, et sensum satis commodum non reperio. Si est pro *præterea,* debet sequi *ex eo. Ernest.*

45. *Ne me ipsum irrideam.* Pearcius corrigit *me ipse;* bene, nisi hic aliquid oppositionis intelligere velimus ex antecedente, velut, *ne non tam te, quam me ipsum,* dictum sit. *Ernest.*

46. *Multo* h. l. est gravius.—*plura et majora* scil. vitia. *Harl.*

47. *Aut imitatione ex aliquo expressa.* Vox *aliquis* hic idem valet ac *alius quis. Pearce.*

48. *Ac domestici, libri confirmant,* &c. Sic interpunxi cum Manutio et Pearcio. Nam *domestici libri* nihil sunt. Sed vereor, ne *libri* sit spurium. *Libri* enim sunt ipsi oratores et poëtæ: legendumque *confirmat. Ernest.*

49. *Neque vero in illo altero diutius.* Secundam partem, quæ erat de perspicuitate orationis, omittit, quoniam satis per se facilis est. Quædam tamen, ex quibus haberi illa possit virtus dicendi, breviter enumerat. Sunt numero decem. Parit enim dilucidam orationem sermonis proprietas et puritas Latini, quæ erat prima pars. 2°. Voces usitatæ, neque aut vetustate obsoletæ, aut studio novitatis insolentes. 3°. Proprie rem declarantes, accommodatæque rebus, quas significant; cum neque majestatem earum minuunt, nec obruunt tenuitatem. 4°. Resecanda omnis verbi ac sermonis ambiguitas. 5°. Vitanda nimia verborum circuitio, quoniam auctore etiam Hermogene *περιβολή*, id est, ambitus, et producta comprehensio cum perspicuitate repugnat. 6°. Tollenda similitudinis continuata translatio, hoc est, ne metaphoræ nimium dilatentur, quoniam id in ænigma transiret. 7°. Non debent minutatim conscindi sententiæ; sed expleri, et ad justam mensuram numeri atque sensus produci. 8°. Temporum servanda distinctio est, ut suo quæque tribuantur. 9°. Concinna personarum distinctio servanda est. Postremo, argumentorum cæterorumque omnium dirigendus est ordo. *Petavius.*

50. *Continuatione.* Continuatio verborum est periodus. *Ernest. in Clave.*

51. *Non valde productis iis,* &c. i. e. non allegoriis longioribus. *Ernest.*

52. *Præposteris.* Præpostera *tempora,* sc.

bato ordine. quid multa? tam facilis est tota res, ut mihi permirum sæpe videatur, cum difficilius intelligatur, quid patronus velit dicere, quam si [l] ipse ille, qui patronum adhibet, de re sua diceret. Isti enim, qui ad nos causas [53] deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, ut non desideres planius dici. Easdem res autem simulac [54] Fusius aut vester æqualis Pomponius, agere cœpit, non æque, quid dicant, nisi [m] admodum attendi, intelligo: ita [55] confusa est oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum, [n] tantaque insolentia ac turba verborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras afferat, atque ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur. [56] Verum, si placet, quoniam hæc satis spero, [o] vobis quidem certe majoribus, molesta et putida videri, ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus.

(14.) [57] Atqui vides, inquit Antonius, [p] cum alias res agamus, quam te inviti audiamus, qui adduci possumus, (de me enim conjicio,) relictis ut rebus omnibus te sectemur, te audiamus: ita de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova quædam est oratio tua.

Faciles enim, inquit, Antoni, partes eæ fuerunt duæ, quas modo percucurri, vel potius pæne præterii, Latine loquendi, planeque dicendi: reliquæ sunt magnæ, implicatæ, variæ, graves, quibus omnis admiratio ingenii, omnis laus eloquentiæ continetur. Nemo enim umquam est oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus. Si est aliter, [58] irrident; neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. [59] Nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset,

[l] *cujus agitur causa.* [m] *nisi attentius audivi.* [n] *tot et tam inusitatæ voces.* [o] *si non Sulpicio et Cottæ adolescentibus, certe vobis, Antonio et Catulo, qui majores natu quam illi estis, hæc, credo, videntur ingrata et fastidiosa.* [p] *cum parum attenti simus* (ironice dictum.)

verborum, cum imperfectum, et plusquamperfectum, aut alia permutantur. *Ernest. in Clave.*

53. *Deferunt.* Clientes dicuntur *causam* deferre ad patronos, quod alio modo *docere* dicitur. *Ernest. in Clave.*

54. *Fusius.* Pearcius correxit *Fusius*, ut ii. 22. ubi tamen *Furius* legendum diximus. Hic *Furius* an *Fusius* scribendum sit, nondum decerno. *Ernest.*

55. *Confusa—perturbata.* Metaphora sumta ab aqua turbata, est oratio obscura, haud dilucida, ideoque quæ intelligi non potest. *Harl.*

56. *Verum, si placet*——odiosiora *pergamus. Odiosa* hominibus scil., qui ista omnia dudum perdidicissent. *Harl.*

57. *Atqui vides*, &c. Hic locus est perturbatissimus et vitiosissimus in edd. veteribus; etiam MSS. Aldus edidit: *quam te inviti audiamus:* idque secuti sumus: (cum priores pleræque haberent *non inviti*, et sine *audiamus,*) nam inest bella ironia. Sensus est: enimvero intelligere potes, nos te hoc tempore libenter audire, cum otium sit: cum alio etiam tempore cum negotia habemus, tamen te audire parati simus. *Ernest.*

58. *Irrident.* Hic habet *irrident* et postea *putant*, quamvis præcessissent voces, *nemo est admiratus.* Subintellige *omnes homines*, de quo vide notam sequentem. Solet Noster aliquando numeros mutare, præsertim quum ea, quæ de homine dicit, de omni homine dicta esse intelligi velit. Sic paullo post quum dixerat, *quem deum, ut ita dicam, inter homines putant?* subjungit statim, *qui dicunt* et *conficiunt. Pearce.*

59. *Nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset, ut, qui adessent, intelligerent quid diceret, sed* contempsit *eum, qui minus id facere potuisset.* Videtur deesse, quo referatur verbum, *contempsit:* nam, etsi *Nemo* antecessit; tamen repugnat sententiæ, *Nemo contempsit:* affirmat enim Cicero in hoc posteriore membro, et ait eum esse *contemptum*, qui minus id facere potuisset. Quo modo igitur hic nodus expeditur? educta scilicet affirmatione ex verbo, *Nemo;* in quo duplex inest vis, negandi et affirmandi:

ut, qui adessent, intelligerent quid diceret, sed [60] contemsit eum, qui minus id facere potuisset. [q] In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant? quem deum, ut ita dicam, inter homines putant? Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt, et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt: id est, quod dico, ornate. [61] Qui idem [r] ita moderantur, [62] ut rerum, ut personarum dignitates ferunt, ii sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum et congruens nomino. Qui ita dicerent, eos negavit adhuc se vidisse Antonius, et iis hoc nomen dixit eloquentiæ solis esse tribuendum. Quare omnes istos, me auctore, deridete atque contemnite, [s] qui se horum, qui nunc ita appellantur, rhetorum præceptis omnem oratorum vim complexos esse arbitrantur, neque adhuc, quam personam [63] teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. [64] Verum enim oratori, quæ sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator, atque ea est ei subjecta materies, omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Est enim eloquentia [65] una quædam

[q] *quis est ille, quem cum horrore quodam*, qui ex admiratione nascitur, *audiunt?* [r] *hanc moderationem adhibent in dicendo, ut orationem ad res et personas accommodent.* [s] *qui omnia cognovisse, unde vis omnis orationis et eloquentiæ efflorescit, putant legendis ac discendis rhetorum libris ac præceptis.*

negatio patet in eo, *Nemo extulit eum verbis:* affirmatio autem, quia sequitur, *contempsit eum:* nam subauditur *aliquis*, quod elici necesse est ex *Nemo*. Sic Horatius Sat. I. lib. i.

Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa
Contentus vivat, laudet diversa sequentes.

Nam *laudet*, affirmat, non negat: affirmatio autem non nisi ex antecedente verbo *nemo* exprimitur. Simile illud in Orat. *Prima illa quæstio, sitne ulla numerosa oratio: quibusdam enim non videtur; quia nihil insit in ea certi, ut in versibus.* Quo loco, ex *nihil* elicitur *aliquid:* ut hoc dicatur—*quia nihil insit certi in oratione, ut in versibus aliquid inest certi. Manutius.*

60. *Sed contemsit.* Sc. *sed* omnis homo *contemsit:* præcesserat enim *nemo extulit. Pearce.*

61. *Qui idem ita m.* Aut *item* scribendum, aut *iidem.* illud malim, ne nimis frequens eadem litera sit. Lips. *qui id quidem. Ernest.* Qui idem *ita moderantur.* malim *Qui iidem. Manutius.*

62. *Ut r. ut p. dignitates. Dignitas* est h. l. in modo et magnitudine rei, prout aut magna, aut mediocris, aut parva est. Gr. sic ἀξίας dicunt. Porro mox aut *laudandi* aut *laudis* spurium atque ejiciendum est. Denique pro *nominem* rescripsi *nomino*, cum Pearcio; nam non dubitanter loquitur: et sic habent edd. ante Aldum omnes et Lips. item MS. E. *Ernest.*

63. *Teneant—profiteantur.* Videtur esse debere, *tenerent—profiterentur.* Pendent enim hæc verba e *potuerunt. Ernest.*

Ibid. *Teneant—profiteantur.* Schützius ac Wetzel. vulgatam lectionem vindicant, nec Ernestii suspicionem *tenerent—profiterentur* admittunt. Atque prior, hoc tum valeret, recte ait, si de tempore præterito ageretur: secus est, quum dicitur de tempore infinito et præsente. Quod vero ante dicitur, *qui nunc* etc., id inde intelliges, quoniam ad tempora Crassi nemo in urbe profitebatur artes rhetoricas. Ejus autem ætate, quum studiis Græcis plerique florerent, et multi Græculi Romæ essent, cœperunt ῥήτορες in scholis tradere præcepta dicendi, ambitiose quidem, neque vero ad veram eloquentiæ laudem et juvenum utilitatem: adde Strebæum. *Harl.*

64. *Verum enim.* Ed. W. habet *vero e.* ut MS. E. An fuit *verum enim vero*, vel *enim vero?* hoc placet: nam *vero* ad *oratori* referri non placet. *Ernest.*

Ibid. Verum *enim oratori. Verum enim*, pro *verum*, aut *verum enimvero*, dictum est. Sic Terent. Adelph. Actu II. Scena I. Verum enim *quando bene promeruit, fiat. Manutius.*

65. *Una de virtutibus.* Eloquentiam esse virtutem Quintilianus, lib. ii. cap. 20. sic probat. *Si consonare sibi*, inquit, *in faciendis ac non faciendis, virtutis est, quæ pars ejus prudentia vocatur, eadem in dicendis ac non dicendis erit. Et si virtutes sunt, ad quas nobis etiam ante quam doceremur,*

de summis virtutibus; [65] (quamquam sunt [66] omnes virtutes æquales et pares, sed tamen est species alia magis alia formosa et illustris: sicut [t] hæc vis, quæ scientiam complexa rerum, sensa mentis et consilia sic verbis explicat, ut eos, qui audiant, [67] quocumque incubuerit, possit impellere; quæ quo major est vis, hoc est magis probitate jungenda, summaque prudentia:) quarum virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem oratores effecerimus, sed furentibus quædam arma dederimus.

(15.) Hanc, inquam, cogitandi pronuntiandique rationem, vimque dicendi, veteres Græci [68] sapientiam nominabant. [69] Hinc illi Lycurgi, hinc [70] Pittaci, hinc Solones, atque [u] ab hac similitudine [71] Coruncanii nostri, [72] Fabricii, Catones, Scipiones fuerunt, non tam fortasse docti, sed [x] impetu mentis simili et voluntate. Eadem autem alii prudentia, sed [y] consilio ad vitæ studia dispari, quietem atque otium secuti, ut Pythagoras, Democritus, [73] Anaxagoras, a

[t] *eloquentia.* [u] *eandem atque Græci sapientiam professi.* [x] *eadem indole ac natura.* [y] *dissimile vitæ genus amplexi.*

initia quædam ac semina sunt concessa natura; ut ad justitiam, cujus rusticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago: nos esse sic ab initio formatos, ut possemus orare pro bonis, etiamsi non perfecte, tamen, ut inessent quædam (ut dixi) semina facultatis, manifestum est. Proust.

65. *Quamquam—prudentia.* Hæc sunt in parenthesi accipienda: cohærent: *est enim eloquentia una quædam de summis virtutibus —quarum virtutum expertibus,* &c. In media parenthesi *audiant* edidimus pro *audiunt* ex edd. vett. omnibus. Sic et MS. E. *Ernest.*

Ibid. *Quamquam——prudentia.* Ernesti hæc in parenthesi accepit. Sed Schütz. contendit, pessime huic loco consuluisse Ernest. quod eum totum parentheseos signis incluserit. "Nam verba (inquit Schütz.) *quarum virtutum expertibus,* etc. non cohærent cum remotioribus illis: *est enim eloquentia una de summis virtutibus,* sed potius cum proxime antecedentibus: *hoc est magis——prudentia,* et hujus utriusque virtutis expertibus negat Crassus esse tradendam dicendi copiam." *Harl.*

66. *Omnes virtutes æquales.* Sequitur Stoicorum sententiam, qui et virtutes omnes et vitia esse æqualia sentiebant. Vide paradoxa Ciceronis. *Proust.*

67. *Quocumque* incubuerit. h. e. in quamcunque partem commovere auditorem voluerit. *Ernest. in Clave.*

68. *Sapientiam.* Veteres Græci docti homines, qui fuerunt ante Socratem, σοφοὶ dicebantur, ars eorum σοφία: quæ postea φιλοσοφία, (primus Pythagoras se philosophum potius, quam σοφὸν appellari maluit;) et a Cicerone *sapientia* dicta est: v. ad caput sequens et Quinctil. i. Proœm. 13. sqq. *Harl.*

69. *Hinc illi Lycurgi,* etc. Lycurgus, Pittacus, et Solon fuerunt legum latores. Primus leges tulit Spartanis; alter Mitylenæis, et tertius Atheniensibus. Solon et Pittacus habiti sunt inter septem σοφούς. *Harl.*

70. *Pittaci.* Pittacus Mitylenæus unus e septem Græciæ sapientibus, floruit Olympiade XLII. et obiit anno III. Olympiadis LII. annis ante Christum DLXX. *Diogen. Laert. Proust.*

71. *Coruncanii.* Antiquæ probitatis Romani variis magistratibus ipsaque dictatura insignes. De Ti. Coruncanio inferius c. 33. *Proust.*

Ibid. *Coruncanius* primus fuit e plebe Pontifex Maximus. Conf. Ciceron. in Bruto, cap. 14. sqq. de hujus et reliquorum, qui commemorantur, eloquentia, aut potius voluntate mentisque impetu. *Harl.*

72. *Fabricii.* C. Fabricii virtus potissimum enituit in bello Samnitico, quod gestum est ab anno U. C. CCCCXI. ad CCCCLXXXI. Eum Pyrrhus admirans aliquando dixit: *ille est Fabricius qui difficilius ab honestate, quam sol a cursu suo, averti potest. Eutropius.* De Catonibus et Scipionibus alibi disserimus. *Proust.*

73. *Anaxagoras.* Patria Clazomenius, Periclis magister, natus Olympiade LXX. annis ante Christum CCCCXCVIII. inedia sibi necem conscivit annos natus LXX. Olympiade LXXXVIII. non LXXVIII. ut mendose legitur apud Laertium. De quo plura Plutarchus in Pericle. *Proust.*

Ibid. *Pythagoras, Democritus, Anaxagoras* fuerunt homines studio rerum naturalium florentissimi. De *Anaxagora* compara quoque quæ Cicero scripsit in Bruto, cap. 11. et in Oratore, cap. 4. *Harl.*

regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt: quæ vita propter tranquillitatem, et propter ipsius scientiæ suavitatem, qua nihil est hominibus jucundius, plures, quam utile fuit rebus publicis, delectavit. Itaque, ut ei studio se excellentissimis ingeniis homines dediderunt, [z] ex ea summa facultate vacui ac liberi temporis, multo plura, quam erat necesse, doctissimi homines, otio nimio et ingeniis uberrimis affluentes, [a] curanda sibi esse ac quærenda et investiganda duxerunt. Nam vetus quidem illa doctrina, eadem videtur et recte faciendi, et bene dicendi magistra; neque disjuncti doctores, sed iidem erant vivendi præceptores atque dicendi; ut ille apud Homerum [74] Phœnix, qui se a Peleo patre Achilli juveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret *oratorem verborum, actoremque rerum.* Sed ut homines, labore assiduo et quotidiano assueti, [b] cum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad [75] talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiam novum sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum: sic illi a negotiis publicis, tanquam ab opere, aut [c] temporibus exclusi, aut voluntate sua feriati, totos se alii ad poëtas, alii ad geometras, alii ad musicos contulerunt, [76] alii etiam, ut dialectici, novum sibi ipsi studium ludumque pepererunt, atque in iis artibus, quæ repertæ sunt,

[z] *cum iis tempus vacuum ac liberum ab administratione reip. suppeteret.* [a] *curiose cognoscenda.* [b] *cum propter incommodam tempestatem coguntur laborem intermittere.* [c] *propter calamitatem temporum prohibiti a gerenda rep.*

74. *Phœnix.* Phœnicem Achillis magistrum sic inducit loquentem Homerus Iliados lib. ix.

—— Σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς.——
Τοὔνεκά μ προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. *Proust.*

75. *Talos.* *Talus,* Gr. ἀστράγαλος, ossiculum in suffragine pedum posteriorum in animalibus quibusdam bisulcis, ex quo ludi instrumentum fit, unde nomen duxit, sed beatiores ex ebore, auro, argento habebant. Ovid. A. A. ii. 203, 205. Ceterum tironum causa hic breviter, quæ de *talis* scire opus est, referemus. *Tali* differunt a *tesseris,* quæ sex latera habent, cum in *talis* sint quatuor et quidem in longitudinem, reliquorum duorum in latitudinem laterum ratio nulla ducitur. Punctum est in uno latere unum; latus oppositum sex puncta habet, unde *senio* dicitur; reliqua latera tribus et quatuor punctis notantur. Luditur *talis* quatuor, *Div.* i. 13. *tesseris* autem tribus. Concutiuntur in fritillo, et inde per pyrgum, seu turriculam (etiam phimus, orca dicitur) in tabulam mittuntur lusoriam s. talariam. Optimus jactus est *Venerius,* cum omnes tali latus aliud ostendunt; pessimus, cum omnes idem, qui *Canis* dicitur. In reliquis jactibus numerus punctorum valet. Ceterum, ut in nostris ludis est, non easdem leges videntur omnes servasse, sed de quibus convenerat inter ludentes. Cum talus caderet in caput, h. e. in latus, quod erat in latitudinem, et nullis punctis notatum, jactus repetendus erat. In hoc jactu dicitur *talus rectus cadere, rectus assistere. Fin.* iii. 16. Qui de hoc ludo scripserunt, commemorare nihil attinet, cum laudentur a multis, ut Fabricio Bibliogr. Antiq. p. 640. Pitisco ad Sueton. Aug. 71. et Lexic. in *talus.* propter brevitatem commendandus Casaubon. ad Sueton. l. c. adde Heinsium Ovid. l. c. *Ernest. in Clave.*

76. *Alii etiam, ut dialectici.* h. l. *die speculativen Philosophen.* Philosophi ad Socratis usque ætatem in cognitione rerum naturalium maxime versabantur. Socrates doctrinam morum sive ethicam potissimum tradidit. Plato omnem Philosophiæ ambitum complexus est, (locus classicus est apud Ciceron. Academ. Quæst. i. cap. 5.) Zeno Eleates primus dialecticam ad contentiones deduxit. Novum igitur dialecticorum studium tempore Socratis et Platonis, de quo loquitur Crassus. Nec tamen Zeno ille, qui a Zenone Cittieo, auctore sectæ Stoicæ, distinguendus est,) primus est dialecticæ inventor; sed illam in usum et lucem amplius produxit: conf. Bruckeri Historiam philosophiæ criticam, tom. i. part. ii. lib. ii. cap. 11. § 14. sqq. *Harl.*

ut puerorum mentes ad humanitatem fingerentur atque virtutem, omne tempus atque ætates suas consumserunt.

(16.) Sed quod erant quidam, iique multi, qui aut in republica [77] propter [d] ancipitem, quæ non potest esse sejuncta, faciendi dicendique sapientiam, florerent, ut Themistocles, ut Pericles, ut Theramenes, aut, qui minus ipsi in republica versarentur, sed hujus tamen ejusdem sapientiæ doctores essent, ut Gorgias, Thrasymachus, Isocrates: inventi sunt, qui, [78] cum ipsi doctrina et ingeniis abundarent, [79] a re autem civili et a negotiis, animi quodam judicio, abhorrerent, hanc dicendi exercitationem [e] exagitarent atque contemnerent; quorum princeps [80] Socrates fuit, is, qui omnium eruditorum testimonio, totiusque judicio Græciæ, cum prudentia, et acumine, et venustate, et subtilitate, tum vero eloquentia, varietate, copia, [f] quam se cumque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps. [g] Is iis, qui [h] hæc, quæ nos nunc quærimus, tractarent, agerent, docerent, cum nomine appellarentur uno, quod omnis rerum optimarum cognitio, atque in iis exercitatio, philosophia nominaretur, hoc commune nomen eripuit, sapienterque sentiendi, et ornate dicendi scientiam, re cohærentes, disputationibus suis separavit: [81] cujus ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cum ipse [82] [i] litteram Socrates nullam reliquisset. Hinc discidium illud exstitit quasi linguæ atque cordis, absurdum sane et [83] inutile et reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. [84] Nam, cum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis, et diversis, et in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud [k] apprehenderat; proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, et multum disjunctæ et dispares, cum tamen [85] omnes se philosophi Socraticos et dici vellent, et esse arbitrarentur.

[d] *duas partes complectentem.* [e] *vituperarent.* [f] *quamcunque rem dicere ac probare vellet.* [g] *Socrates.* [h] *artem bene sentiendi ac dicendi.* [i] *nullum librum.* [k] *quærendum et tractandum sibi sumpserat.*

77. *Propter ancipitem.* h. e. duplicem. *Harl.*

78. *Cum—a re civili,* &c. Cum neque rempublicam capessere, neque in foro versari vellent. *Ernest. in Clave.*

79. *A re—civili et a negotiis.* h. e. a civitate et negotiis, sive a civitatis negotiis. *Harl.*

80. *Socrates fuit,* &c. Locus hic varie in libris exhibetur. Pearcii nova ratio mihi durior visa est, quem volentes ipsi videbunt. Ego in fine modo aliquid tentem: *is, qui hæc.* Ed. W. *iis q. h.* ceteræ edd. MS. E. *his.* Vulgatum est ab Aldo. Utraque lectione conjuncta scripsimus: *is* (sc. igitur Socrates) *iis, qui hæc.* Huc fere redit Lambini ratio, qui volebat, *Hic iis; qui. Ernest.*

81. *Cujus ingenium—reliquisset.* Hac appendicula facile h. l. carueremus; sed solet Cicero tales interdum addere. Alia similis est de Gorgia, c. 32. *cui tantus honos habitus est,* &c. *Ernest.*

82. *Literam Socrates.* Diogenes Laërtius sic dividit philosophos: *καὶ οἱ μὲν αὐτῶν κατέλιπον ὑπομνήματα, οἱ δ' ὅλως οὐ συνέγραψαν, ὥσπερ κατά τινας Σωκράτης. Strebæus.*

83. *Inutile.* h. e. perniciosum, noxium. *Harl.*

84. *Nam cum essent plures orti.* Hic aliquid desit necesse est, nempe cujus ratio redditur, scil. Socratis discipulos non idem sensisse. Antecedentia sunt de Socrate. *Ernest.*

85. *Omnes se philosophi Socraticos.* Non philosophi omneş se Socraticos dici voluerunt. Ergo aut scrib. *philosophos,* aut *philosophi* plane delendum; quod maxime placet. Interpolavit, qui masculino genere offendebatur, sed sic et post, *genera—Socraticos. Ernest.*

(17.) Ac primo ab ipso Platone Aristoteles et [86] Xenocrates; quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit: deinde ab [87] Antisthene, qui patientiam, et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici: tum ab [88] Aristippo, quem illæ magis [89] voluptariæ disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manavit, quam ille, et ejus posteri [90] simpliciter [91] defenderunt: [92] ii, qui nunc voluptate omnia metiuntur, dum verecundius id agunt, [l] nec dignitati satisfaciunt, quam non aspernantur, nec voluptatem tuentur, quam amplexari volunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, [93] qui se omnes fere Socraticos esse dicerent; [94] Eretricorum, [95] Herilliorum, [96] Megaricorum, [97] Pyrrhoneorum; sed [m] ea [98] horum vi et disputationibus sunt jamdiu fracta

[l] *dignitatem et honestatem non, ut par est, tuentur.* [m] Academicorum et Peripateticorum *vi et disputationibus istæ philosophorum sectæ sunt exstinctæ et victæ magnam partem.*

86. *Xenocrates.* Chalcedonius, Platonis discipulus, quem stimulo urgendum dicebat Plato, cum frænis indigeret Aristoteles. Admirabili fuit continentia, moderatione et integritate vitæ. Cum noctu incidisset in pelvim, obiit anno ætatis LXXXII. Olympiadis CX. 2. ante Christum CCCXXXIX. *Diogenes Laertius. Proust.*

87. *Antisthene.* Hic Atheniensis, discipulus primum Socratis, quem confectis quotidie quadraginta stadiis audire solitus erat: tum Cynicorum auctor fuit. Floruit annis ante Christum circiter CCCXL. *Laertius. Proust.*

88. *Aristippo.* Is Cyrenæus e Cyrenaica Africæ regione, Socratis sectam philosophus amplexus est: omni loco, tempori ac personæ serviebat; quare et Dionysio charus, et a Diogene regius canis dictus est. Inclaruit circa Olympiadem XCV. annis ante Christum CCCC. *Laert.* Voluptatem summum bonum, dolorem summum malum esse docuit, ut tradit Cicero lib. ii. Tuscul. Quæst. *Proust.*

89. *Voluptariæ disputationes.* H. e. de voluptate et pro voluptate. *Ernest. in Clave.*

90. *Simpliciter.* h. l. est id, quod sine adjunctione. *Harl.*

91. *Defenderunt.* Sic pro vulgato *defenderant* ex ed. s. l. et a. Med. Lips. dedi. *defenderant* ex ed. W. revocavit Aldus. *Ernest.*

92. *Ii, qui nunc——metiuntur.* N. Epicurei; quorum ratio paullo post appellatur *philosophia, quæ suscepit patrocinium voluptatis,* uti jam explicuit Schützius. *Harl.*

93. *Qui se omnes fere.* Hoc ordine MS. E. ed. W. et aliæ vett. omnes: deinde *dicerent,* pro vulgato *dicebant;* de quo supra. *Ernest.*

94. *Eretricorum.* Hæc forma est edd. vett. omnium et MS. E. Pearcius edidit *Eretriacorum,* ut aliis locis dicuntur, quem vide. *Ernest.*

Ibid. *Eretricorum.* A Menedemo Eretriate (Eretria autem Thessaliæ urbs est) Eretrici Philosophi sunt appellati: quorum omne bonum, inquit Tullius lib. iv. Academ. Quæst. in mente positum, in mentis acie qua verum cerneretur. Septem dierum inedia mortem sibi conscivit, annos natus quatuor et octoginta. *Laertius.* Celebris fuit Olympiade CX. annis ante Christum CCCXL. *Proust.* Sed vide Davisium ad Tuscul. v. 39.

95. *Herilliorum.* Herillus Carthaginiensis philosophus summum bonum in cognitione et scientia posuit. *Diogenes.* Vixit annis ante Christum CCLX. *Proust.*

96. *Megaricorum.* Cicero, lib. iv. Academ. Quæst. ait ab Euclide Megareo (Megara urbs est Achaiæ) Megaricos philosophos appellatos, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, et simile, et idem, et semper. Megarici præterea dicti sunt ἐριστικοί, sive contentiosi, ac demum διαλεκτικοί, quippe qui se dialecticæ totos addicerent. Porro Euclides Socraticus floruit annis ante Christum CCCLXXX. *Laertius. Proust.*

97. *Pyrrhoneorum.* A Pyrrhone nomen habuere; qui ex Elide in Peloponneso oriundus, primo pictor, deinde philosophiæ desiderio incensus contulit sese in Indiam, ibique se Gymnosophistarum et magorum in disciplinam tradidit. Inde novum invexit philosophandi genus auctor sectæ Scepticæ, quæ in omnibus assensum sustinebat. Vixit annos prope nonaginta; floruit annis ante Christum circiter CCCXX. de quo vide Diogenem. *Proust.*

98. *Horum vi.* An Pyrrhoneorum, qui ultimo loco nominati sunt? non videtur. Arbitror esse vitium in *horum vi.* Fortasse fuit *aliorum* aut *ceterorum,* aut *illorum,* i. e. superiorum, Academicorum, Stoicorum. *Ernest.*

et exstincta. Ex illis autem, quæ remanent, ea philosophia, quæ suscepit [99] patrocinium voluptatis, etsi cui vera videatur, [n] procul abest tamen ab eo viro, quem quærimus, et quem auctorem publici consilii, et gerendæ civitatis ducem, et sententiæ atque eloquentiæ principem, in senatu, in populo, in causis publicis esse volumus. Nec ulla tamen [o] ei philosophiæ fiet injuria a nobis. [1] [p] Non enim repelletur inde, quo aggredi cupiet: sed in hortulis quiescet suis, ubi vult, ubi etiam recubans molliter et delicate, [2] [q] nos avocat a rostris, a judiciis, a curia, fortasse sapienter, [2] [r] hac præsertim republica. Verum ego non quæro nunc, quæ sit philosophia verissima, sed quæ oratori [s] conjuncta maxime. Quare istos sine ulla contumelia dimittamus. sunt enim et boni viri, et quoniam sibi ita videntur, beati; tantumque eos admoneamus, ut illud, etiam si est verissimum, tacitum tamen, tamquam [3] mysterium, teneant, quod negant [t] versari in republica esse sapientis. Nam, si hoc nobis, atque optimo cuique persuaserint, non poterunt ipsi esse, id quod maxime capiunt, otiosi.

(18.) Stoicos autem, quos minime improbo, [u] dimitto tamen, nec eos iratos vereor, quoniam omnino [4] irasci nesciunt: atque hanc iis habeo gratiam, quod soli ex omnibus eloquentiam, virtutem ac sapientiam esse dixerunt. [5] Sed utrumque est in his, quod ab hoc, quem instruimus, oratore valde abhorreat: [6] vel, quod omnes, qui sapientes non sint, servos, latrones, hostes, insanos esse dicunt;

[n] *Epicureorum philosophia non est oratori accommodata.* [o] Epicureorum. [p] *prohibebimus Epicureos quo minus voluptati serviant.* [q] *persuadere conatur non debere sapientem administrare remp. dicere ad populum,* &c. [r] tam prava et calamitosa. [s] *maxime idonea.* [t] *tenere gubernacula reip.* [u] *non puto eorum philosophiam oratori convenire.*

99. *Patrocin. volupt.* N. Philosophia Epicureorum, quæ revocat sapientem ab omni publico negotio: nec illi ægre ferent, si ad rempublicam non admittuntur, vel, uti Cicero dixit, *nec fiet injuria,* etc. *Harl.*

1. *Non enim repelletur inde, quo aggredi cupiet.* Hæc nullum sensum habent: et variant Edd. pr. An, *non enim revelletur, unde aggredi cupiet;* quod sequentibus bene convenit, nempe ab hortulis suis. *Ernest.*

Ibid. *Non enim repelletur.* Scil. a nobis. *Harl.*

2. *Hac præsertim republica.* Est ab Lambino, quam recte ceteri sunt secuti. Edd. vett. vel *ac præsertim a republica,* vel *ac præsertim etiam a republica:* quæ sunt inepta. *Ernest.*

3. *Mysterium, teneant.* Respexit, ut opinor, ad Græcum proverbium, *μυστήριον κατέχειν. Ursinus.*

4. *Irasci nesciunt.* Iram enim cadere in sapientem negant Stoici, quorum præcepta lepide colligit Cicero pro Muræna n. 61. Horum præcepta sunt ejusmodi: *Sapientem gratia nunquam moveri, nunquam cujusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse nisi stultum et levem: viri non esse neque exorari, neque placari: Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, divites: si servitutem serviant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exsules, hostes, insanos denique esse dicunt: Omnia peccata esse paria: omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum qui patrem suffocaverit. Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam.* V. et Laert. in Zenone. *Proust.*

5. *Sed utrumque est in his, quod ab hoc,* etc. Crassus Stoicos non omnino improbat, sed negat, eorum philosophiam utilem esse oratori propter duas rationes; quia et sententiis et genere dicendi discrepat ab eloquentia forensi et populari. Discrepat sententiis, quoniam Stoici dicunt, insipientes, (quales sunt omnes,) esse servos, latrones, etc. Discrepat autem genere dicendi, quoniam illi nimium dialectice loquuntur, et acute concludunt, non suavitate delectant. *Pearce.*

6. *Vel, quod omnes.* Non sequitur aliud *vel;* sed tamen alterum sensu est in verbis, *Accedit quod orationis genus,* &c. Sunt enim duo, quæ reprehendat: primum in rebus, alterum in verbis. Mutavit formam orationis propter longiorem interpositionem. *Ernest.*

neque tamen [x] quemquam esse sapientem. Valde autem est absurdum, ei concionem, aut senatum, aut ullum cœtum hominum committere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus, nemo civis, nemo liber esse videatur. Accedit quod orationis etiam genus habent fortasse [7] subtile, [8] et certe acutum: [9] sed, [y] ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, jejunum, [10] attamen ejusmodi, quo uti ad vulgus nullo modo possit. [11] Alia enim et bona, et mala videntur Stoicis, et ceteris civibus, vel potius gentibus: [12] alia vis honoris, ignominiæ, præmii, supplicii: vere, an secus, nihil ad hoc tempus: sed ea si sequamur, nullam umquam rem dicendo expedire possimus. Reliqui sunt Peripatetici et Academici: quamquam Academicorum nomen est unum, [13] sententiæ duæ, nam [14] Speusippus Platonis sororis filius, et Xenocrates,

[x] putant. [y] *si spectetur genus dicendi accommodatum oratori.*

7. *Subtile.* *Subtile* h. l. vim et potestatem propriam, a re textoria, sumtam respicit, et est id genus, quod propter rationem acrius inveniendi, definiendi, argumentandi, distinguendi argutam, et a vulgari communique diversam, non a quolibet facile potest cerni atque intelligi, nec verborum habet ornatum: hinc est *exile*, h. e. genus disputandi, quod minutis ac tenuibus ratiunculis innititur, obscurum, et in Tuscul. Cic. iii. frequens est: *inane*, quod non implet animi sensum, jejunum est, etc. Quum vero dubitari possit, num Stoici, ut optimi Dialectici, et Peripatetici, ita subtiles fuerint, additur *certe acutum*, h. e. quod velut aculeis et quibusdam rationum acuminibus urguet. Atque Stoicorum erat, acuminibus et soritis instare: quod quidem ab auribus vulgi et oratoris officio abfuit. *Harl.*

8. *Et certe acutum.* *Et* melius abesset, nec a Cicerone in hac forma ponitur. *Ernest.*

9. *Sed, ut in oratore.* I. e. Sed, quo si utatur Orator, exile erit, &c. Similiter locutus est Noster in Senect. c. 4. *multæ etiam* (erant), ut in *homine Romano, literæ:* et in Bruto, c. 26. *L. Cœlius Antipater scriptor fuit*, ut *temporibus illis, luculentus;* cui adde illud Livii lib. 24. c. 28. ut in *tali tempore*, &c. *Pearce.*

10. *Attamen ejusmodi.* *Attamen* ab hoc loco abhorrere, omnes sentiunt, sed varie corrigunt; in his optime Lambinus *ac tandem:* quod etiam quædam edd. habent. Mihi hoc languere videtur, malimque *ac totum ejusmodi.* Ortum est vitium e scriptura compendiaria. In *possit* intell. *orator. Ernest.*

11. *Alia enim et bona*, etc. Stoici solum bonum, virtutem; solum malum, vitium putant: reliqua neque pro bonis, neque pro malis habent. *Harl.*

12. *Alia vis.* h. e. alia significatio, alia idea. conf. Wetzel. not. *Harl.*

13. *Sententiæ duæ.* Academia est duplex; una vetus, in qua floruerunt Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor. Altera nova, quam induxit Arcesilas, ornavit Carneades. Veteres Academicos, quoniam non magnopere dissentiunt ab Aristotele, etsi copia et varietate dicendi pares non sunt, ab oratore legendos esse censet. Novos non improbat, qui sequuntur copiam et ubertatem Carneadis. Speusippus, Atheniensis, Eurymedontis et sororis filius, Platoni successit in Academia, nec ab ejus rationibus et præceptis recessit: quod non omnino fecere Xenocrates, Polemo, Crantor. Xenocrates post Speusippum suscepit Academiam. Xenocratis auditor fuit Polemo, Philostrati filius: qui juvenis, quum intemperantia et libidine lasciviret, sic a præceptore mutatus est, ut reliquos omnes arte superaret et præficeretur Academiæ. Fuit illi condiscipulus Crantor Soloensis, qui quum in patria admirationi fuisset, et Athenas profectus Xenocratem audiisset, in tanta hominum existimatione fuit, ut illum ægrotantem plurimi assectarentur et postularent, ut novum gymnasium constitueret. Postea floruit Arcesilas, Pitanæus, Polemonis auditor, qui ad evitandas contradictiones noluit affirmare quicquam, etsi omnia implevit contentione. *Strebæus.* Commodius Academia dividitur in antiquam, mediam, novam. Alii quinque Academiæ periodos constituunt: primam a Platone ejusque successore, Speusippo; mediam ab Arcesila; novam, (quæ vero tres tantum habuit diversas sectas,) n. tertiam a Carneade; quartam, auctore Philone Larissæo, Charmidæ contubernali; quintam denique a Philonis discipulo, Antiocho Ascalonita. Vid. Brucker. Histor. critic. philos. vol. i. part. ii. lib. ii. cap. vi. Ante τὸ *Academici* in cod. Erl. *et* male deest. *Harl.*

14. *Speusippus.* Atheniensis post Platonem scholam rexit annis octo, CVIII. Olympiade, annis ante Christum CCCL. vir ira-

qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, [15] Polemo, et [16] Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit: copia fortasse, et varietate dicendi pares non fuerunt. [17] Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, [18] ex variis Platonis libris, sermonibusque Socraticis hoc maxime arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus, aut animo percipi possit: quem ferunt eximio quodam usum lepore dicendi, aspernatum esse omne animi sensusque judicium, primumque instituisse, (quamquam id fuit Socraticum maxime,) non, quid ipse sentiret, ostendere; sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. Hinc [19] hæc recentior Academia emanavit, in qua exstitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades: cujus ego etsi multos auditores cognovi Athenis, tamen auctores certissimos laudare possum, et socerum meum Scævolam, qui eum Romæ audivit adolescens, et Q. Metellum L. F. familiarem meum, clarissimum virum, qui illum a se adolescente Athenis, jam affectum senectute, multos dies auditum esse dicebat.

(19.) Hæc autem, ut [20] ex Apennino, fluminum, sic [z] ex communi sapientium [21] jugo, sunt doctrinarum facta divortia, ut philosophi, tanquam in superum [22] mare Ionium defluerent, Græcum

[z] *ex sapientia, tanquam ex monte quodam, duæ disciplinæ, ut duo flumina, in oppositas partes derivatæ sunt.*

cundiæ, avaritiæ ac voluptati deditus, tristitia confectus ob paralysim dicitur sibi necem attulisse. *Laert. Proust.*

15. *Polemo.* Atheniensis ab impura ac libidinosa vita ad meliorem frugem traductus a Xenocrate, quem de temperantia disserentem adolescens audivit. Ejus scholæ regendæ deinde successit Olympiade CXVI. anno ante Christum CCCXVI. tabe mortuus est admodum senex. *Laert. Proust.*

16. *Crantor.* Solis e Cilicia, unde oriundus erat, Athenas venit, ibique docenti Polemoni operam dedit. Ante magistrum discipulus obiit aquæ intercutis morbo. *Laert. Proust.*

17. *Arcesilas.* Qui Pitane in Æolide natus post varias peregrinationes Athenas se contulit, ubi Crantorem audiit. Primus induxit novum philosophandi genus, quo nihil sciri posse contendebat: quare et a Cicerone dicitur omnem evertisse philosophiam, et a Lactantio ignorantiæ magister appellatur. Claruit circa Olympiadem CXX. annis ante Christum CCC. Obiit ex crapula ætatis anno LXXV. *Diog. Proust.*

18. *Ex variis Platonis libris.* Præcipue ex Phædone. *Proust.*

19. *Hæc recentior Academia.* Secta philosophorum Academica triplex vulgo distinguitur: vetus Platonem habet auctorem, media Arcesilaum, nova Lacyden. Quæ revera medium obtinet locum Arcesilai Academia, dicitur hic recentior habita ratione Platonicæ antiquioris Academiæ, cujus paulo ante meminit Crassus. *Proust.*

20. *Ex Apennino.* Ex hoc monte Italiæ amplissimo, qui perpetuis jugis ab Alpibus tendit ad Siculum fretum, et Italiam in duas dividit partes, multi manant fluvii, quorum alii decurrunt in superum mare, quod appellatur Adriaticum, ab aliis Ionium; alii in inferum mare, quod Tuscum sive Tyrrhenum vocatur. Eleganti vero Crassus utitur similitudine, Socratis opera et doctrina separatam fuisse philosophiam a rhetorica; separatos philosophos ab oratoribus; philosophos occupasse genus vitæ tranquillius et securius, oratores periculosius et infestius, ut ii securius vehuntur, qui se mari Ionio, quam qui Tusco committunt. *Harl.*

21. *Jugo.* Ex culmine s. ex fonte in cacumine orto, unde omnes sapientes hauriunt (cap. 15.), s. ex origine omnis scientiæ et cognitionum politici, oratoris, philosophi ejusque, qui ipse quiete cogitat. Mox *doctrinarum divortia facta* sunt doctrinæ, quæ primo conjunctæ fuerunt, et postea divisæ, metaphora sumta a fluminibus s. ab aqua. Sed omnium rerum separatio *divortium* solet appellari, quum sit a *divertendo.* Vide A. Gellium, iv. c. 3. et Manut. atque Cort. ad Cic. Epp. ad Diversos, ii. 10. 4. *Harl.*

22. *Mare Ionium.* *Ionium* nonnullis suspectum est pro glossa, etsi mare Adriaticum ab aliis Ionium dici solet: sed sanum est hoc verbum. Nam apte sibi respondent, mare *superum* et *inferum*, *Ionium* et *Tuscum*, *Græcum* et *barbarum*. *Ernest.*

quoddam, et [a] portuosum: oratores autem in inferum hoc Tuscum, et barbarum, scopulosum atque infestum, laberentur, in quo etiam ipse Ulysses errasset. Quare, si hac eloquentia atque hoc oratore contenti sumus, qui sciat, aut negare oportere, [b] quod arguare, aut, [23] si id non possit, tum ostendere, quod is fecerit, qui insimuletur, aut recte factum, aut alterius culpa aut injuria, aut ex lege, aut non contra legem, aut imprudentia, aut necessario, aut non eo nomine usurpandum, quo arguatur, aut non ita agi, ut debuerit, ac licuerit; et, si satis esse putatis, ea, quæ isti scriptores artis docent, discere, quæ multo tamen ornatius, quam ab illis dicuntur, et uberius explicavit Antonius; sed, si his contenti estis, atque iis etiam, quæ dici voluistis a me: [c] ex ingenti quodam [24] oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. Sin veterem illum Periclem, aut hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenem, sequi vultis, et, si illam præclaram et eximiam speciem oratoris perfecti et pulcritudinem adamastis: aut vobis hæc Carneadia, aut illa Aristotelia [d] vis comprehendenda est. Namque (ut ante dixi) [25] veteres illi usque ad Socratem, omnem omnium rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad virtutem, quæ ad rempublicam pertinebant, cognitionem et scientiam cum dicendi ratione jungebant; postea [26] [e] dissociati (ut exposui) a Socrate diserti a doctis, et deinceps a Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam: neque quidquam ex alterius parte tetigerunt, nisi quod illi ab his, aut ab illis hi mutuarentur; [f] ex quo promiscue haurirent, si manere in pristina [g] communione voluissent. Sed, [27] ut pontifices veteres, [h] propter sacrificiorum multitudinem [28] tres viros epulones esse voluerunt,

[a] *portubus frequens et commodum.* [b] *aliquid de quo te adversarius accuset.* [c] multum detrahitis de subjecta oratori materia, cum *ex ingenti spatio et curriculo, in quo libere versari et excurrere poterat, in angustum locum compellitis, exiguis finibus oratoriam artem concluditis.* [d] *ubertas, copia, amplitudo qua floruit Aristoteles.* [e] *diserti, qui ornate dicunt, a doctis, qui prudenter sentiunt, divisi et sejuncti fuerunt per Socratem, ejusque discipulos, qui Socratici dicti sunt.* [f] *cum tamen possent tum philosophi, tum oratores ex ipsa sapientia, tanquam ex communi utrisque fonte, haurire et sumere communiter.* [g] *societate ac conjunctione.* [h] *quia non poterant satis commode curare per sese omnia sacrificia, epulones elegerunt, qui epulare sacrificium curarent, quod ab ipsis pontificibus ex instituto Numæ procurandum erat, ut alia sacrificia.*

23. *Si id non possit.* Sic edidi cum P. Manutio pro vulg. *possis:* nam respondet clare verbis, *qui sciat.* Si quis autem malit supra corrigere, *negari*, facile concedam; et id est aptius verbo *arguare*. *Ernest.*

24. *Oratorem—in exiguum*—gyrum *compellitis.* h. e. ad ejus artem pauca refertis. Ducta est metaphora ab equis, qui a domitoribus in gyrum aguntur crebro, ut mansuetiores et faciliores fiant. *Ernest. in Clave.*

25. *Veteres illi usque ad Socratem.* Pro *Isocratem*, ut edidit Pearcius, e MSS. duobus. Verba, *ut ante dixi*, hoc flagitant, dictum enim est de Socrate. Frustra Gruterus obloquitur. Et sic plane MS. E. sic etiam ante edidere Manutius, Steph. et alii. *Ernest.*

26. *Dissociati a Socrate diserti a doctis,* &c. Hoc vitiosum esse, facile apparet. Non male Lambinus *dissociatis a Socrate disertis a doctis;* melius Pearcius *disertis et doctis*, ne τὸ *a* sæpius concurrat, *a Socraticis* respondet τῷ *a Socrate.* Quod Socrates primus fecit, id imitati sunt Socratici. *Ernest.*

27. *Ut pontifices veteres.* s. quemadmodum pontifices id, quod erat officii sui, rejecerunt ad epulones; ita Socratici id, quod tamen erat quoque philosophiæ, relegarunt ad oratores. *Harl.*

28. *Tres viros epulones.* Pontificum munus erat Jovi cæterisque diis epulas instruere. Sed cum ipsis propter sacrificiorum multitudinem tot apparare convivia non vacaret, anno U. C. DLVIII. ante Christum CXCVI. trium-

cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti: sic Socratici [i] a se causarum actores et a communi philosophiæ nomine separaverunt, cum veteres dicendi et intelligendi mirificam societatem esse voluissent.

(20.) Quæ cum ita sint, paullulum equidem [29] de me deprecabor, et petam a vobis, ut ea, quæ dicam, non de memetipso, sed de oratore dicere putetis. Ego enim sum is, qui, cum summo studio patris in pueritia doctus essem, et in forum ingenii tantum, quantum ipse sentio, non tantum [30] quantum ipse forsitan vobis videar, detulissem, non possim dicere, me hæc, quæ nunc complector, perinde, ut dicam discenda esse, didicisse: quippe qui omnium maturrime ad [31] publicas causas accesserim, [32] annosque natus unum et viginti, nobilissimum hominem et eloquentissimum, in judicium vocarim; [k] cui disciplina fuerit forum: magister usus, et leges, et instituta populi Romani, mosque majorum. Paullum sitiens istarum artium, de quibus loquor, gustavi, quæstor in Asia cum essem, [l] æqualem fere meum ex Academia rhetorem nactus, Metrodorum illum, de cujus memoria commemoravit Antonius; et inde decedens, Athenis: ubi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, [m] quod [33] mysteria non referrent, ad quæ biduo serius veneram, succensuissem. Quare [n] hoc, quod complector tantam scientiam vimque doctrinæ, non modo non pro me, sed contra me est potius, (non enim, quid ego, sed quid orator possit, disputo:) atque hos omnes, qui artes rhetoricas exponunt, perridiculos. Scribunt enim de litium genere, et de principiis, et de narrationibus. Illa vis autem eloquentiæ tanta est, ut omnium rerum, virtutum, officiorum, omnisque naturæ, quæ mores hominum, quæ animos, quæ

[i] *voluerunt eloquentiam a philosophia esse disjunctam.* [k] *qui usus sim foro, tanquam schola et palæstra oratoria.* [l] *ejusdem ætatis mecum.* [m] *quod arcana sacra instaurare nollent* honoris mei causa. [n] *facit ista vis et amplitudo, quam tribuo eloquentiæ, non solum contra me, sed etiam contra illos rhetoricæ magistros, qui sunt maxime deridendi, cum scribunt de triplici causarum constitutione,* &c.

viri ac deinde septemviri epulones creati sunt, ad quos ea pars curæ sacerdotalis derivaretur. *Proust.*

Ibid. *Tres viros.* De quorum origine et jure prætextæ v. Liv. XXXII. 42. *Ernest. in Clave.*

29. *De me deprecabor, et petam a vobis. Deprecabor* est h. l. avertam. *De me* h. l. est, *quod ad me attinet. Harl.*

30. *Quantum ipse forsitan. Ipse* arbitror esse delendum: nec est necessarium, ut ante in: *quantum ipse sentio.* Nec *tantum* illud proximum desiderem, si absit. Optimum foret, *non quantum f. v. videatur*, ut error e compendiaria scriptura in *videatur* ortus sit. *Ernest.*

31. *Publicas causas. Publicæ* (causæ) sunt, quæ non ad privatum hominem, sed ad universam rempublicam ejusque statum pertinet, quod scelera, de quibus agitur, ei aut directe nocent, ut peculatus, majestas, captæ pecuniæ, &c. aut exemplo et periculo publicæ securitatis, ut parricidium, &c. unde populus earum judicium lege lata ad se pertinere judicavit, ut aut a se judicaretur, aut, quæstionibus perpetuis constitutis, a Prætoribus, quibus eæ obtigissent. *Ernest. in Clave.*

32. *Annos natus unum et viginti.* Auctor libri *de causis corr. eloq.* habet *undeviginti*, quod præferunt Lambinus et Pearcius. *Ernest.*

Ibid. *Annos natus unum et viginti.* Id contigit anno U. C. DCXXV. cum Carbonem consularem virum eundemque eloquentissimum Crassus accusavit. Auctor dialogi de Oratoribus, qui creditur Quintilianus, perperam hoc anno Crassi decimo nono evenisse refert. *Proust.*

33. *Mysteria.* Athenis majora quidem erant Cereris, minora Proserpinæ; quorum spectandi cupidissimus Crassus, cum biduo ante exhibita essent, non potuit ab Atheniensibus obtinere, ut ea referrentur. *Proust.*

vitam continet, originem, vim, mutationesque teneat; eadem mores, leges, jura describat, rempublicam regat, [34] omniaque, ad quamcumque rem pertineant, ornate, copioseque dicat. In quo genere nos quidem versamur tantum, quantum possumus, quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum usu valemus: neque tamen [35] istis, qui in una philosophia quasi [n] tabernaculum vitæ suæ collocarunt, multum sane in disputatione concedimus.

(21.) Quid enim meus familiaris [36] C. Velleius afferre potest, quamobrem voluptas sit summum bonum, quod ego non copiosius possim vel tutari, si velim, vel refellere ex illis locis, quos exposuit Antonius, hac dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis, unusquisque nostrum versatus? Quid est, quod aut Sex. Pompeius, aut duo Balbi, aut meus amicus, qui cum [37] Panætio vixit, M. Vigellius, de virtute hominum Stoici possint dicere, qua in disputatione ego his debeam, aut vestrum quisquam concedere? Non est enim philosophia similis artium reliquarum. nam quid faciet in geometria, qui non didicerit? quid in musicis? aut taceat oportebit, aut ne sanus quidem judicetur. [38] Hæc vero, quæ sunt in philosophia, [o] ingeniis eruuntur, ad id, quod in quoque verisimile est, eliciendum acutis atque acribus, eaque exercitata oratione poliuntur. [39] Hic noster [p] vulgaris orator, si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi, [40] [q] istos quidem [nostros] [41] verberabit, neque se ab iis contemni ac despici sinet. Sin aliquis exstiterit aliquando, qui Aristotelio more de omnibus rebus in utramque sententiam possit dicere, et in omni causa duas contrarias orationes, præceptis illius cognitis, explicare,

[n] *omne suum studium, curam et operam.* [o] *inveniuntur ab hominibus ingenio ad id, quod in quoque verisimile est, excogitandum acuto præditis.* [p] *non instructus omni doctrinæ genere.* [q] *obruet dicendo nostros illos* philosophos, qui in arte rhetorica minime sunt versati.

34. *Omniaque, ad quamcunque.* Sic ed. s. l. et a. Med. Asc. Vulgatum, *omnia, quæ ad quamcunque*, quod duriusculum est, ex ed. W. reddidit Aldus. Et sic est etiam in MSS. Sed in iis fere est *que;* potuitque etiam verum fuisse *omniaque, quæ:* unde in illa scriptura facile alterum potuit excidere. *Ernest.*

35. *Istis, qui in una philos.* H. e. Epicureis et Stoicis. *Harl.*

36. *C. Velleius.* Senator philosophiæ Epicureæ sese addixerat. *Proust.*

37. *Panætio.* Is Stoicus philosophus, Rhodius, Scipionis Africani præceptor, elegantes de officiis libros conscripsit, eumque eodem in argumento Tullius est secutus. Floruit CLXXX. circiter ante Christum annis, et Athenis obiit. *Proust.* Egregia est Disputatio de Panætio, quam præside D. Wytenbachio habuit F. G. van Lynden. Edita est Lugdun. Bat. 1802. 8vo.

38. *Hæc vero, quæ sunt in philosophia, ingeniis,* &c. I. e. In cæteris artibus tantum id scimus, quod didicimus; elementa vero, sive principia philosophiæ natura nobis insevit; qui ingeniis acutis et acribus præditi sunt, facile ea, quæ probabilia sunt in philosophia, invenient, et, si iidem in dicendo exercitati sunt, ea oratione ornabunt.— *Pearce.*

39. *Hic noster vulgaris orator.* Vulgo, *hic, hic.* Delevi alterum *hic* ex ed. W. quæ semel tantum *hic* habet, ut Lips. consentiuntque nonnulli ap. Pearcium MSS. et noster. Repetitio hic inepta est, ubi vim nullam habere potest. *Ernest.*

40. *Istos quidem nostros. Nostros* sine dubio vitiosum est. Ineptum enim est, *hic noster verberabit nostros.* Intelligendi autem sunt Stoici, et fortasse rescribendum est *Stoicos:* quanquam id non est necessarium. Paullo post Pearcius ex edd. pr. edidit: *in utramque partem sent. p. dicere.* Aldus delevit *partem.* recte: est enim glossa. *Ernest.*

41. *Verberabit. Verberare*, vexare, negotium facessere. *Ernest. in Clave.*

aut hoc Arcesilæ modo, et Carneadis, contra omne, quod propositum sit, disserat; quique ad eam rationem adjungat hunc rhetoricum usum, moremque exercitationemque dicendi, is sit verus, is perfectus, is solus orator. Nam neque sine [42] forensibus nervis satis vehemens et gravis, nec sine varietate doctrinæ satis politus et sapiens esse orator potest. Quare [43] Coracem istum vestrum patiamur nos quidem, pullos suos excludere in nido, qui evolent, clamatores odiosi ac molesti; Pamphilumque nescio quem sinamus [r] in [44] infulis tantam rem, tamquam pueriles delicias aliquas, depingere: nosque ipsi hac tam exigua disputatione hesterni et hodierni diei totum oratoris munus explicemus, [45] [s] dummodo illa res tanta sit, ut omnibus philosophorum libris, quos [46] nemo oratorum istorum umquam attigit, comprehensa esse videatur.

(22.) Tum Catulus, Haudquaquam hercle, inquit, Crasse, mirandum est, esse in te tantam dicendi vel vim, vel suavitatem, vel copiam; quem quidem antea natura rebar ita dicere, ut mihi non solum orator summus, sed etiam sapientissimus homo viderere: nunc intelligo, illa te semper etiam potiora duxisse, quæ [47] ad sapientiam spectarent, atque ex [t] his hanc dicendi copiam fluxisse. Sed tamen, cum omnes gradus ætatis recordor tuæ, cumque vitam tuam ac studia considero: neque, quo tempore ista didiceris, video, nec magnopere te [48] istis studiis, hominibus, libris, intelligo [49] deditum. Neque tamen possum statuere, utrum magis mirer, te illa, quæ

[r] *in quibusdam fasciis et tabellis prælongis patiamur Pamphilum artis oratoriæ præcepta depingere, ut rem pueris gratam,* qui imaginibus delectari solent. [s] *dummodo artem oratoriam constet tam amplam esse, ut omnibus libris philosophorum eam contineri putemus.* [t] *ex ipsius sapientiæ studio esse haustam eloquentiam tuam.*

42. *Forensibus* nervis. *Nervus*, vehementia et vis, contentio, quæ in causis forensibus ab oratore adhibetur, in arguendo, refellendo, quæ et asperitas judicialis dicitur, cum philosophis contra mollities tribuatur. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Forens. nervis.* H. e. sententiis popularibus, affectibus, amplificationibus, exaggerationibus, quibus omnibus non utuntur philosophi. *Harl.*

43. *Coracem istum vestrum.* Intell. quem heri commemorastis. vid. l. 18. Ceterum locus hic est admodum lepidus, ut et alter de Pamphilo, cujus lepos ductus est ab eo, quod pictor fuit, sicut prioris a significatione propria coracis, i. e. corvi. *Ernest.*

44. *Infula.* Ornamentum. Agr. 1. 2. agri publici dicuntur *infulæ* imperii R. sc. quia sunt ornamenta reipubl. et eam venerabilem efficiunt. Sic Senec. ad Helviam, 13. ubi v. Lips. Orat. III. 21. *Quare Coracem istum vestrum patiamur—Pamphilumque, nescio quem, sinamus in* infulis *tantam rem, tamquam pueriles delicias, depingere.* De hoc loco ita Turnebus ad Agr. 1, 2. putem Ciceronem illudere in Pamphilum, hominem ut ait Plinius, (xxxv. 10.) omnibus literis eruditum, eundemque pictorem, qui cum de arte dicendi scripsisset, irridetur, ut non rhetor, sed ut pictor, qui non tam librum scripserit, quam infulas pinxerit; ut enim reor infulæ pingi solebant. Hæc ille. Pearcius autem nihil de hoc loco dicit. Quia mentio fit *pueriliun deliciarum*, mihi videtur alludi ad pupas et plangunculas, quæ sunt pueriles deliciæ, ab iisque studiose et magnifice, pro captu suo, ornari solent, adeoque etiam infulis, quæ non modo sacerdotum, sed etiam regum ornamenta sunt. *Ernest. in Clave.*

45. *Dummodo illa res tanta sit.* Sensus est: modo illa res credatur tanta esse, ut non minori spatio, quam omnibus philosophorum libris, comprehendatur. *Pearce.*

46. *Nemo oratorum istorum.* Intelligendi sunt isti clamatores odiosi e scholis vulgarium rhetorum: nec opus est corrigere cum Pearcio *rhetorum:* quod tamen recepit nuper *Alemannus. Ernest.*

47. *Ad sapientiam.* H. e. ad philosophiam. *Harl.*

48. *Istis—hominibus.* Scil. doctis, philosophis;—*libris* n. philosophorum. *Harl.*

49. *Deditum. Neque tamen.* Sic interpunxi. Nam in *neque tamen* est novæ sententiæ initium. *Ernest.*

mihi persuades maxima esse adjumenta, potuisse in tuis tantis occupationibus perdiscere; an, si non potueris, posse isto modo dicere. Hic Crassus, Hoc tibi, inquit, Catule, primum persuadeas velim, me non multo secus facere, cum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum. Negarem enim, posse eum [u] satisfacere in gestu, nisi [x] palæstram, nisi saltare didicisset: neque, ea cum dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificii existimatorem. Similiter nunc de oratore, vestro impulsu, loquor, summo scilicet. Semper enim, quacumque de arte, aut facultate quæritur, de absoluta et perfecta quæri solet. Quare si jam me vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non repugnabo. [y] quid enim nunc sim ineptus? ita me existimari scio. Quod si ita est, summus tamen certe non sum. Neque enim apud homines res est ulla difficilior, neque major, neque quæ plura adjumenta doctrinæ desideret. Attamen quoniam de oratore nobis disputandum est, de summo oratore dicam necesse est. Vis enim, et natura rei, nisi perfecta ante oculos ponitur, qualis, et quanta sit, intelligi non potest. Me autem, Catule, fateor, neque hodie in istis libris, et cum istis hominibus vivere: nec vero, id quod tu recte commeministi, ullum umquam habuisse sepositum tempus ad discendum, ac tantum tribuisse doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas, forenses feriæ concesserint.

(23.) At, si quæris, Catule, de doctrina ista, quid ego sentiam, non tantum ingenioso homini, et ei, qui forum, qui curiam, qui causas, qui rempublicam spectet, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ii sumserunt, [z] quos discentes vita defecit. Omnes enim artes aliter ab iis tractantur, [a] qui eas ad usum transferunt: aliter ab iis, qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in vita sunt aliud acturi. [b] Magister hic [50] Samnitium [51] et summa jam senectute est, et quotidie [52] commentatur. [53] nihil enim curat aliud.

[u] *placere spectantibus.* [x] *artem exercendi et movendi corporis.* [y] *cur nunc velim eos refellere, qui me oratorem bonum existimant? non est hoc hujus loci.* imo de eloquentia disserentem convenit me bonum oratorem haberi. [z] *qui ad ultimum usque vitæ tempus literis operam dederunt.* [a] *qui eas discunt, ut iis, cum res feret, utantur.* [b] *magister ille Samnitium,* quem nostis, *nunc admodum senex, est ille quidem bonus lanista, sed uni huic studio dat operam, de nulla alia re sollicitus: contra Q. Velocius a puero artem gladiatoriam edidicerat: totam perceperat: quamvis esset, ut est apud Lucilium, in ludo gladiatorio bonus Samnis, ac rudibus batueret, tamen civis erat diligens et fortis, serviebat foro, amicis ac rei familiari.*

50. *Samnitium.* Samnitibus devictis, an. U. C. 308. *Romani, ad honorem deûm insignibus armis hostium usi sunt: Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores, (quod spectaculum inter epulas erat,) eo ornatu armarunt, Samnitiumque compellarunt.* Liv. Hist. ix. 40. Sic in sequentibus Lucilius dixit, *Samnis in ludo ac rudibus,* etc. Vide etiam ii. 80. *Pearce.*

51. *Et summa jam senectute est.* Addidi *et* ex ed. W. Sensus enim est: etsi summa senectute est, tamen commentatur. *Ernest.*

52. *Commentatur.* Commentari dicuntur, qui cogitant et scribunt, quæ dicturi sint: inde, quicquid accurate cogitamus et scribimus, id commentari dicimur. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Et quotidie commentatur. Commentari* sive *dictata dare,* proprie dicebantur lanistæ sive ludorum *magistri,* qui artem gladiatoriam exercerent et docerent. *Harl.*

53. *Nihil enim curat aliud: atque velocius puer addidicerat:* mendosum. Aliter et fortasse recte, in antiquo libro, Fulvii Ursini: *nihil enim curat aliud, atque ea, quæ velocius puer addidicerat. Manutius.*

[54] at Q. Velocius puer addidicerat. sed quod erat aptus ad illud, totumque cognorat, fuit, ut est apud Lucilium,

——— *quamvis bonus ipse*
[55] *Samnis in ludo, ac rudibus cuivis satis asper.*

sed plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari. Valerius quotidie cantabat. [c] erat enim [56] scenicus. quid faceret aliud? At Numerius Furius, noster familiaris, cum est commodum, cantat. est enim [57] paterfamilias, est eques Romanus. puer didicit, quod discendum fuit. Eadem ratio est harum artium maximarum, dies et noctes virum summa virtute et prudentia videbamus, [d] philosopho cum operam daret, [58] Q. Tuberonem. At ejus avunculum vix intelligeres id agere, cum ageret tamen, [59] Africanum. Ista discuntur facile, si et tantum sumas, quantum opus sit, et habeas, qui docere fideliter possit, et scias etiam ipse discere. Sed si tota vita nihil velis aliud agere, ipsa tractatio et quæstio quotidie [60] ex se gignat aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges. [61] ita fit, ut [e] agi-

[c] *modos in theatro et scena faciebat.* [d] *cum se philosopho traderet instituendum.* [e] *crebra disputatione.*

54. *At Quintus Velocius puer.* Hæc lectio est a Victorio. Nam in lectionibus superiorum edd. nullus est sensus; in quibus *velocius* adverbialiter acceptum turbas dedit. sed pro *Velocius* fortasse *Velonius* legendum, omninoque sic scribendum: *atque ea* (vel *eadem*) *Q. Velonius—addidicerat, et quod erat aptus ad illud*, &c. Nam in ed. W. s. l. et a. et seqq. est *atque ea, quæ v. p. a. Ernest.*

55. *Samnis in ludo.* Valde se in h. l. torquent viri docti, inprimis Petavius ad h. l. in ed. Oliveti. Causa est, quod Samnitem proprie de gladiatore capiunt; cum sensus sit, Velocium puerum artem pugnandi didicisse, ita, ut posset optimus et cuique par gladiator esse, sed non fuisse, verum aliud vitæ genus exercuisse. Porro *civis* an *cuivis* legendum sit, in quo fluctuant edd. pr. non decernam. Lipsius *civis* defendit Lect. Ant. V. 2. *Cuivis* tamen probabilius est, quia in verbis poetæ tantum periphrasis gladiatoris esse potest. Ita sensus: in ludo bonus gladiator, in rudibus cuivis asper adversarius: cui sententiæ etiam interpunctio accommodanda est. Ceterum quod probabilius est, et non minus in libris reperitur, quam vulgatum, putavi me edere posse eodem jure, quo alii vulgatum, *ac rudibus, civis s. a. Ernest.*

Ibid. *Samnis in ludo ac rudibus.* In ludis gladiatoriis tirones pugnabant *rudibus*, quum exercerentur: *rudes* vero erant *gladii lignei*, ut ait *Dio:* quod confirmat sane illud: *ferro, non rudibus dimicantes.* Lampridius ait: *Commodum Imperatorem in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnasse. Pearce.*

56. *Scenicus.* I. e. modos fecit in scena, quum fabulæ recitarentur. In genere *scenici* sunt mimi, actores, histriones omnes. *Harl.*

57. *Paterfamilias.* H. e. rei familiaris studiosus. Equites vero Romani rem familiarem curare poterant, quoniam illis licitum fuit, negotia habere in provinciis, redimere vectigalia P. R. militare, ambire et gerere magistratus. *Harl.*

58. *Tuberonem.* Hic fuit Stoicus, vita severus, oratione durus. V. plura apud Ciceron. in Bruto, cap. 31. *Harl.*

59. *Africanum.* N. juniorem, cujus soror fuerat Tuberonis mater. *Harl.*

60. *Ex se gignat aliquid.* Scripsi *gignat*, pro vulgato *gignit*, quod locum h. l. nullo modo habere potest, cum *gignat* optime conveniat. Si quis tamen malit *gignet*, non repugnem. Nam et hoc rectum est. *Ernest.*

61. *Ita fit, ut agitatione rerum sit infinita cognitio. Facilis usus doctrinam confirmet.* Aliter quam vulgatæ editiones, sic interpungo sententiam, secutus Manutium et Lambinum: sensus est, Qui assidue alicui scientiæ operam dat, semper aliquid discendum inveniet. Sed, si in omni scientia nihil plus quæras, quam quod oratori sit necessarium, poteris puerili illa doctrina contentus esse. Tantum opus est, ut eam aliquando in otio recolas, et ut memor sis earum rerum, quas puer didiceris: sed in hoc communis est omnium discentium error, ut semper aliquid ulterius discere velint, ut

tatione rerum sit infinita cognitio, facilis usus doctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria studiumque permaneat. [f] Libet autem semper discere; ut si velim ego talis optime ludere, aut pilæ studio tenear, [g] etiam fortasse si assequi non possim. at alii, quia præclare faciunt, vehementius, quam causa postulat, delectantur, ut Titius pila, Brulla talis. Quare nihil est, quod quisquam magnitudinem artium ex eo, [h] quod senes discunt, pertimescat. Namque aut senes ad eas accesserunt; aut usque ad senectutem in studiis detinentur; aut sunt tardissimi. Res quidem se mea sententia sic habet, ut, nisi quod quisque cito potuerit, numquam omnino possit perdiscere.

(24.) Jam, jam, [62] inquit Catulus, intelligo, Crasse, quid dicas: et hercule assentior. Satis video tibi, homini ad perdiscendum acerrimo, ad ea cognoscenda, quæ dicis, fuisse temporis. Pergisne, inquit Crassus, me, quæ dicam, de me, non de re putare dicere? Sed jam, si placet, ad instituta redeamus. Mihi vero, Catulus inquit, placet.

Tum Crassus, Quorsum igitur hæc spectat, inquit, tam longa, et tam alte repetita oratio? hæ duæ partes, quæ mihi supersunt, illustrandæ orationis, ac totius eloquentiæ cumulandæ, quarum altera dici postulat ornate, altera apte, hanc habent vim, ut sit quam maxime jucunda, quam maxime in sensus eorum, qui audiunt, influat, et quam plurimis sit rebus instructa. [63] [i] Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum sane atque mendicum est. illud rursus ipsum, quod tradunt isti, qui profitentur se dicendi magistros, [64] non multum est majus, quam illud vulgare ac forense. [65] Apparatu nobis opus est, et rebus exquisitis undique et collectis, arcessitis, comportatis, ut tibi, Cæsar, faciendum est [66] [k] ad annum; ut ego in ædilitate labo-

[f] *nunquam satiatur sciendi desiderium*, si quis artem aliquam optime tenere velit. [g] talos semper ac pilam tractabo, *licet id fortasse assequi non possim ut optime ludam.* [h] *quod videant etiam a senibus in iis operam et tempus poni.* [i] *res undique collectæ et conquisitæ, quibus oratio conficitur.* [k] *hoc anno quo ædilis designatus es.*

omne id, quod ignorant, sibi discendum esse putent: volunt semper discere: pars, etiamsi fortasse non possint id, quod velint, assequi; pars vero, quia id, quod didicerunt, præclare faciunt, quasi studio et desiderio progrediendi incenduntur. *Pearce.*

62. *Inquit Catulus.* Vide dialogi et moratæ orationis vim! Catulus sermonis filum interrumpit, ut et Crassus ad alia commode transeat, et illius judicium sit firmius; tum ne Crassi verecundiæ vis adhibeatur. Catulus laudat ingenium Crassi acerrimum; et Cicero memor fuit illius, quod c. 22. init. in persona Catuli dixerat de Crasso: *tum Catulus——intelligo deditum——.* *Harl.*

63. *Instrumentum.* Hæc vox significat omne id, quo quis ad eloquentiam instruitur: in foro hoc efficitur usu, apud rhetores, (de quibus paullo post,) præceptis. Vide ii. 90. *Pearce.* Ergo significatur supellex, materies, quam orator ad forum, ad causas agendas afferre debuit. Conf. ii. 90. *Harl.*

64. *Non multum e. majus.* Sic edd. vett. consensu. *Ernest.*

65. *Apparatu nobis opus est.* Alludit, quantum opinor, ad ædilitatem, in qua pleraque populo spectacula proponebantur, et in eo genere, qui novi aliquid ederet, et hactenus inusitatum, omne punctum ferebat. Quod idem in aliis magistratibus, sed in illo præcipue valebat. Quare, quemadmodum ibi delecta atque apparatu exquisitarum rerum opus est: eodem modo orator, vulgaribus tritisque neglectis, id consectari debet, quod ipsa præsertim novitate delectet. *Petavius.*

66. *Ad annum.* Respicit ad ædilitatem, cujus annus e lege annali instabat: ad cujus ludos et munera, ut satisfieret populo, etiam diu ante erant providenda, quæ ornarent et illustrarent illa munera. *Ernest.*

ravi, quod [67] quotidianis, et [68] [l] vernaculis rebus satisfacere me posse huic populo non putabam. [m] Verborum eligendorum, et collocandorum, et concludendorum facilis est vel ratio, vel [69] sine ratione, ipsa exercitatio. [70] Rerum est [n] silva magna, quam [o] cum Græci jam non tenerent, ob eamque causam juventus nostra dedisceret pæne discendo, etiam [p] Latini, si diis placet, [q] hoc biennio magistri dicendi exstiterunt: quos ego censor [71] edicto meo sustuleram; non quo (ut nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia [r] obtundi nolui, corroborari impudentiam. Nam apud Græcos, [72] qui ejusmodi essent, videbam tamen esse, præter hanc exercitationem linguæ, doctrinam aliquam et [73] huma-

[l] *spectaculis, tabulis, signis obviis*, et Romæ vel in Italia videri solitis. [m] *verba seligere*, apte *collocare*, ambitu quodam *concludere*, ne brevior periodus aures defraudet, aut longior fatiget, *facile est: ipsaque exercitatio* sine præceptis *docere potest.* [n] *copia.* [o] *cum Græci, qui rhetoricam Romæ docebant, toti essent in verbis, et res omitterent.* [p] novo ac ridiculo instituto. [q] *postremis duobus annis quibus censuram gessi.* [r] *hebetari et languescere, occupari adolescentes discendis verbis, quæ impudenter, quasi admodum periti essent, effutiebant.*

67. *Quotidianis et vernaculis.* H. e. vulgaribus, domesticis, domo quasi allatis usitatisque ornamentis, metaphora sumta a *verna*, servo domi nato. Conf. Gell. N. A. xii. 2. ibique Gronov. Lucius autem Crassus, (ut ait Cicero Off. ii. 16, 11.) cum omnium hominum moderatissimo Q. Mucio, magnificentissima ædilitate functus est. *Harl.*

68. *Vernaculis. Vernaculus* est proprie domi natus, a verna, qui est servus domi natus; unde quicquid domesticum, domo allatum dicitur, id etiam vernaculum dici potest. *Ernest. in Clave.*

69. *Sine ratione.* h. e. sine arte, sine systemate. *Harl.*

70. *Rerum est silva magna.* Sensus horum verborum eorumque quæ præcedunt et sequuntur hic est: Regulis Grammaticæ addiscendis, vel sola exercitatione et consuetudine loquendi, facile est scire quæ *verba* eligenda sint, et quo modo collocanda: sed *rerum* comparandarum non ita facilis est ratio; earum enim est *silva*, sive copia magna: quam copiam cum *Græci jam* (i. e. hodierni Rhetores Græci) *non tenerent*, eaque non instruerentur, juvenes Romani se ad eos doctores applicantes minus sibi profuerunt tantulas et tam paucas res comparando, quam sibi obfuerunt vernaculæ linguæ consuetudinem interim relinquendo; ita discendo pene dedidicerunt. Huic igitur malo ut remedio essent, Latini postea Rhetores exstiterunt, qui juventuti Romanæ præcepta Rhetorices Latine tradebant, ne Latine loquendi exercitatione illi carerent: hos vero Crassus edicto sustulit, quia nihil juvenes docebant, nisi ut auderent; cum Græci illi Rhetores aliquam doctrinam haberent, etsi non satis amplam. *Pearce.*

71. *Edicto meo.* C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala coss. anno U. C. DXCIII. ante Christum CLXI. senatusconsulto philosophi rhetoresque Roma pulsi sunt. sexagesimo nono post anno Cn. Domitius Ænobarbus, et L. Licinius Crassus censores de coercendis Latinis rhetoribus edictum his verbis concepere. *Renunciatum est nobis esse homines, qui novum genus disciplinæ instituerunt: ad quos juventus in ludum conveniat: eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras: ibi homines adolescentulos dies totos desidere. Majores nostri, quæ liberos suos discere, et quos in ludos itare vellent, instituerunt. Hæc nova quæ præter consuetudinem ac morem majorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter et iis, qui eos ludos habent, et iis, qui eo venire consueverunt, visum est faciundum, ut ostenderemus nostram sententiam, nobis non placere.* Gellius, lib. xv. c. 2. Suetonius libro de claris rhetoribus. *Proust.*

72. *Qui ejusmodi essent.* Recepi lectionem ed. s. l. et a. Med. Asc. Lips. quia et idoneum sensum dat, et est facillima. Sensus est: qui tales artis dicendi magistri essent, quales dixi. Vulgatum *cujusmodi* ex ed. W. dedit Aldus, quod nullum sensum commodum habere potest. Pearcius edidit de conjectura virorum doctorum, *cujusmodi essent*, sine *qui*: quod sane sensu bonum est; sed correctio paullo violentior est. *Ernest.*

73. *Humanitatem dignam scientia.* I. e. modestiam et alias virtutes, quæ istam scientiam ornent, et ei conveniant. opponitur in latinis impudentia. Lambinus frustra corrigebat, *humanitate dignam scientiam*; quod hic sensum commodum non habet, estque scientia jam doctrinæ verbo expressa. *Ernest.*

Ibid. *Et humanitatem dignam scientia.* Per *humanitatem* intelligere possis *leporem*,

nitatem dignam scientia; hos vero novos magistros nihil intelligebam posse docere, nisi ut [s] auderent: quod etiam cum bonis rebus conjunctum, per se ipsum est magnopere fugiendum. Hoc cum unum traderetur, et cum impudentiæ [t] ludus esset; putavi esse censoris, ne longius [u] id serperet, providere. Quamquam non hæc ita statuo atque decerno, ut desperem, latine ea, de quibus disputavimus, [74] tradi ac perpoliri: patitur enim et lingua nostra, et natura rerum, veterem illam excellentemque [x] prudentiam Græcorum ad nostrum usum moremque transferri: sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc, in hoc quidem genere, nostri nulli fuerunt; sin quando exstiterint, etiam Græcis erunt anteponendi.

(25.) Ornatur igitur oratio [75] genere primum, et quasi colore quodam et succo suo; nam [76] ut gravis, ut suavis, ut erudita sit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, [77] ut sensus, ut dolores habeat, quantum opus sit, non est singulorum [y] articulorum: [z] in toto spectantur hæc corpore. Ut porro conspersa sit quasi verborum, sententiarumque floribus; id non debet esse fusum æquabiliter per omnem orationem, sed ita [78] distinctum, ut sint; quasi [a] in ornatu, disposita quædam [b] insignia et lumina. Genus igitur dicendi est eligendum, quod maxime teneat eos, qui audiant, et quod non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet: [79] (non enim a me jam exspectari puto, ut moneam, ut caveatis, ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta: aliud quiddam majus, et ingenia me hortantur vestra, et ætates.) Difficile enim dictu est, quænam causa sit, cur ea, quæ maxime sensus nostros impellunt voluptate, et [80] specie prima acerrime commovent, ab iis celerrime

[s] *audaces et impudentes in dicendo fierent.* [t] *schola.* [u] *id* vitium *extenderetur.* [x] *quæ tradita sunt a Græcis de informandis hominum moribus.* [y] *partium orationis.* [z] *debent esse fusa et permixta in tota oratione.* [a] *in apparatu* v. g. ludorum, aulæ, &c. [b] *egregia quædam ornamenta.*

politum aliquid, sive *morum suavitatem. Pearce.* Hæc Pearcii interpretatio a pristina mea sententia parum abest, scil. *humanitatem* h. l. significare *saporem,* uti Petronius scripsit, vel, uti hodie barbare dicitur, *bonum gustum. Harl.*

74. *Tradi ac perpoliri.* Pearcius addi vult *posse:* quod nobis quoque, hæc primum legentibus, in mentem venit. Sed intelligi potest in hac forma præsens pro futuro. *Ernest.*

75. *Genere primum,* etc. Si mentem Ciceronis satis attingam, dicit, duas res in ornatu orationis esse spectandas; primam, ut unaquæque oratio habeat *genus* suum, et suum *quasi colorem et succum;* alteram, ut distincta sit verborum et sententiarum floribus: illud fieri in omni orationis parte, quemadmodum color et succus in toto corpore spectatur; hoc vero fieri solum in quibusdam orationis partibus, ut ii verborum et sententiarum flores sint quasi insignia quædam et lumina orationis. *Pearce.*

76. *Ut gravis, ut suavis, ut erudita sit, ut liberalis,* ut admirabilis, ut polita. Cum dicat, admirabilis; cur sequatur polita? nam quod *admirabile* est, continet omnes laudes. Malim igitur, loco mutato, ita legi; *ut polita, ut admirabilis. Manutius.*

77. *Ut* sensus, *ut dolores habeat.* In oratione et oratore *sensus* sunt, cum ita dicit orator, ut ipse commotus esse videatur, et omnia, etiam in narrandis rebus, ita dicit, ut ipse pro certis, magnis, turpibus, lætis habere, et, ut opus est, et res sunt, affectus esse videatur. *Ernest. in Clave.*

78. *Distinctum,* opponitur ei, quod est fusum æquabiliter per omnem orationem. *Ernest. in Clave.*

79. *Non enim—ætates.* Hæc in parenthesi dicta sunt; quod non notatum ab aliis. Nam in *Difficile dictu est,* &c. redditur ratio præcepti, de genere dicendi, quod sine satietate delectet. *Ernest.*

80. *Specie prima,* quod vulgo dicimus, *primo adspectu. Ernest. in Clave.*

fastidio quodam et satietate abalienemur. Quanto colorum pulcritudine et varietate floridiora sunt in picturis novis pleraque, quam in veteribus? quæ tamen, etiamsi primo adspectu nos ceperunt, diutius non delectant; cum iidem nos in antiquis tabulis illo ipso horrido obsoletoque [c] teneamur. Quanto molliores sunt et [81] delicatiores in cantu [82] flexiones et [83] falsæ voculæ, quam certæ et severæ? [d] quibus tamen non modo austeri, sed, si sæpius fiunt, multitudo ipsa reclamat. Licet hoc videre in reliquis sensibus; unguentis minus diu nos delectari, summa et acerrima suavitate conditis, quam his moderatis: et magis laudari, [84] quod ceram, quam quod crocum olere videatur: in ipso tactu [e] esse modum et mollitudinis et lævitatis. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, quique [85] dulcitudine præter ceteros sensus commovetur, quam cito id, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit? Quis potione uti, aut cibo dulci diutius potest? cum utroque in genere [86] ea, quæ leviter sensum voluptate moveant, [87] facillime [f] effugiant satietatem. Sic omnibus in rebus, voluptatibus maximis fastidium finitimum est: quo hoc minus in oratione miremur; in qua vel ex poëtis, vel oratoribus possumus judicare, concinnam, distinctam, ornatam, festivam, sine intermissione, [88] sine reprehensione, sine varietate, quamvis claris sit coloribus picta, [89] vel poësis, vel oratio, non posse in [g] delectatione esse diuturna.

[c] *delectemur.* [d] *quas* falsas voculas *non modo severi homines et graves, sed populus ipse condemnat, si frequentiores sint.* [e] *moderatam esse oportere mollitudinem ac lævitatem.* [f] *non pariant satietatem.* [g] *delectationem afferre diuturnam.*

81. *Delicatus.* Concinnus, elegans. *Ernest. in Clave.*

82. *Flexiones in cantu* sunt, quæ Gr. καμπαὶ ap. Aristophanem in Nubibus dicuntur v. 966. ubi v. Schol. et Kusterum: modi fracti et varie crispati voce, quibus mollis et suavis cantus efficitur: Ovid. A. II. 4, 25. *Dulce canit, flexitque facillime vocem;* de muliere. Quamquam etiam Demostheni Æschines *vocis flexiones* objiciebat, tamquam molles et gravitatem oratoris non decentes. Or. 18. Broukh. ad Tibull. I. 8. 37. de cantu simpliciter capit: quod non placet. *Ernest. in Clave.*

83. *Falsæ* voculæ, quæ certis et severis opponuntur, sunt fractæ et molliores. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Falsæ voculæ.* I. e. toni tam minuti, ut, crebro percursitante διὰ πασῶν voce, pæne fallant audientem. *Strebæus. Harl.*

84. *Quod ceram, quam quod crocum.* Pro *ceram* alii malunt *terram*, quod defendit Petavius e Plin. H. N. XVII. 5: ubi v. etiam Harduin. ad XIII. in Not. et Em. n. 6. Vulgatum autem defendit Brodæus Misc. IV. 5. cui assentior. Nam *cera* in unguento intelligi potest, non *terra. Ernest.*

85. *Dulcitudine.* Sic ex h. l. profert Nonius p. 46. b. (ubi tamen in exemplo Paris. locus assignatur libro tertio de N. D. male) et habet ed. W. quam secutus est Aldus, a quo hæc lectio in vulgatas ducta est. Ceteræ primæ habent *dulcedine.* illud prætuli propter Nonii testimonium. *Ernest.*

86. *Ea, quæ leviter sensum voluptate moveant, facillime* fugiunt satietatem. Cogitabam legendum *effugiunt.* Syllaba prima potuit intercidere quod ex veteri scribendi ratione in MSS. hæ duæ literæ semel scriptæ essent, bis legendæ, cujus rei negligentia sæpe in errorem induxit librarios et vitiosam scripturam effecit. Sed nihil definio. *Ernest. in Clave.*

87. *Facillime effugiant.* Sic similiter, ut supra, *efflorescere* pro *florescere*, correxi vulgatum *fugiant*, quod sensus hujus loci respuit. syllaba prima eodem modo, ut supra, excidit. *Ernest.*

88. *Sine reprehensione.* Ut se nunquam revocet, coerceat intra fines, corrigat, &c. *Ernest. in Clave.*

89. *Vel poësis, vel oratio.* Video hos nominativos grammatica subtilitate defendi posse: sed in hac Ciceronis facilitate rectius est *poësin vel orationem.* Vicinus nominativus *picta* in errorem induxit librarios. *Ernest.*

Atque eo [g] citius in oratoris aut in poëtæ cincinnis ac fuco offenditur, quod sensus, in nimia voluptate, [90] natura, non mente satiantur; in scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi judicio etiam magis, [91] [h] infucata vitia noscuntur.

(26.) [92] Quare, *bene, et præclare,* [i] quamvis nobis sæpe dicatur; *belle, et festive,* nimium sæpe nolo: quamquam illa ipsa exclamatio, *Non potest melius,* sit velim crebra: sed [93] habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, exstare atque eminere videatur. Numquam [k] agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest,

[l] *Nam sapiens virtuti honorem præmium, haud prædam petit:*

[m] sed abjicit prorsus, [94] ut in proximos

Ecquid video? ferro septus possidet sedes sacras,

incidat, adspiciat, admiretur, stupescat. [95] Quid ille [n] alter:

[96] *Quid petam præsidii?*

g *ornatus ab oratoribus vel poëtis adhiberi solitus eo facilius offendit fastidiumque gignit, quod fastidium sensuum in nimia voluptate oritur ab ipsa natura, quæ expleta ac satiata est.* h *pigmentis ac fuco tecta.* i *quantumlibet sæpe laudetur orator his vocibus, bene, præclare* dixit: per me licet. k *in theatro pronunciat hunc versum.* l *nam sapiens vult virtutem suam compensari honore, non præda.* m *remissius pronunciat.* n versiculus.

90. *Natura, non mente satiantur.* I. e. satietas a natura hominis pendet, quæ sensibus certum modum suavitatis gustandæ præscripsit; non a mente et intelligentia ac voluntate humana, quæ insatiabilis est; ut etiam indignentur interdum homines, quod voluptatis satietas citius, quam ipsi vellent, venit. *Ernest.*

91. *Infucata vitia.* Sunt ornamenta vitiosa, s. ornamenta nimis cumulata, pigmenta vitiosa, ut antea *cincinni* et *fuci* per translationem significant cultum nimis affectatum. *Harl.*

92. *Quare* bene et præclare. Solebant non modo in scholis auditores, sed in foro populus oratoribus acclamare, cum aliquid impensius placeret: atque hæ erant acclamationes usitatæ, *bene, præclare, belle, festive, euge,* cujusmodi assentationum insaniam reprehendit Persius, Sat. I. 47. et Plutarchus, Tractatu de audiendo. Atque eo etiam morbus iste pervasit, ut nonnullos subornatos homines haberent, qui in exclamando cæteris præirent. Hinc natum fortasse, ut Græci θαυμάζειν, quod est *admirari,* pro eo quod est *discipulum esse et auditorem,* sumerent, ut est apud Hesychium. Cæterum hunc locum ita accipit Strebæus, quasi *bene, præclare,* et *belle* ac *festive* ad idem exclamationis genus pertineant. Existimo tamen duo illa esse genera ac diversa exclamandi; ut cum alia sit orationis commendatio, ex eo quod apta sit, et artificiosa et accommodata rebus, ex quo *bene* et *præclare* exclamari soleat, id in ea deberet esse frequentissimum; alia vero cum sit laus ex nitore et lepore, quæ lumina dicuntur, hoc est, insignior quidam ac fucatior ornatus, ut propterea *belle ac festive* acclametur; nonnumquam quidem erit istud aspergendum, sed parcius et rarius. *Petavius.*

93. *Habeat — illa* — umbram, &c. h. e. Sint loci aliqui in oratione magnifica vacui ab ornamentis et quasi figurarum troporumque coloribus. *Ernest. in Clave.*

94. *Ut in proximos—incidat.* I. e. in pr. versus omnem vim actionis conferat, intuendo, &c. *Ernest.*

95. *Quid ille alter.* Intell. actor—*Præsidi* edidit Pearcius; sed *præsidii* sic pronunciari potest: non necessario, quod pronunciatur, id scribitur, ut supra jam monuimus. *Ernest.*

96. Vulgo *Quid petam præsidii?* Hæc verba sunt initium versus, ut videre est in hujus libri c. 47.

Quid petam præsidii, aut exequar? quove nunc?

Interim noster Davisius observavit ex eodem, cap. 47. hunc versum constare ex Creticis pedibus, et pro *præsidii* legit *præsidi:* nec aliter Edit. Ven. et Mediol. et Manutius, scriptumque id servat MS. Cant. Clarissimus autem Bentleius in Notis ad Tusc. Disp. lib. iii. c. 19. dicit hæc esse Andromachæ verba apud Ennium, versumque sic ad Creticum tetrametrum reducit.

Quid petam | PRÆSIDI, *aut* | *exequar?* | *quove nunc?* *Pearce.*

quam leniter? quam remisse? quam non [97] [o]actuose? [p]instat enim

O pater, o patria, o Priami domus!

in quo tanta commoveri [98] actio non posset, si esset consumta superiore motu et exhausta. Neque id actores prius viderunt, quam ipsi poëtæ, quam denique illi etiam, [q]qui fecerunt modos, [99] a quibus utrisque [1] summittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur, variatur, distinguitur. Ita sit nobis igitur ornatus et suavis orator, (nec tamen potest aliter esse,) ut [2] suavitatem habeat austeram et solidam, non [3] [r]dulcem atque decoctam. nam ipsa ad ornandum præcepta, quæ dantur, ejusmodi sunt, ut ea, quamvis vitiosissimus orator, [4] explicare possit. Quare, ut ante dixi, primum silva rerum ac sententiarum comparanda est, qua de parte dixit Antonius. hæc formanda [5] [s]filo ipso et genere orationis, illuminanda verbis, varianda sententiis.

Summa autem laus eloquentiæ est, [6] amplificare rem ornando, quod valet non solum [7] ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo, sed etiam ad [8] extenuandum atque abjiciendum.

(27.) Id desideratur omnibus iis in locis, quos [9] ad fidem ora-

[o] a Roscio pronunciatur. [p] *sequitur enim alius versus, in quo pronunciando commoveri debet actio vehementius.* [q] *qui cantum certis modis ac numeris flexerunt.* [r] *fastidiosam:* qualis suavitas est in vino quod igne decoctum est. [s] *stilo ipso.*

97. *Actuose.* Cum vehemente actione oratoris. *Ernest. in Clave.*

98. *Consumere et exhaurire* actionem. I. e. ab initio statim nimis vehementem esse, ut ad finem actio durare non possit. cf. Tusc. iv. 19. Deiot. 2. *Ernest. in Clave.*

99. *A quibus utrisque*, etc. N. a poëtis et musicis. *Harl.*

1. *Submittitur.* H. e. submissa voce pronunciatur. *Harl.*

2. *Suavitas austera et solida*, (opponitur dulci et decoctæ) qualis fuit vini Falerni, habens delectationem virilem; nam feminæ dulcia amant. *Ernest. in Clave.*

Ibid. In verbis *suavitatem—decoctam* metaphora ducta est a vino: *austeram et solidam*, ut vina vetera diu, postquam deferbuerunt, non *dulcem*, ut mustum, *non decoctam* igne, ut mulsum. *Harl.*

3. *Dulcem.* Dulcis *suavitas*, de ea, quæ est feminis grata, e saccharo et aliis condimentis. *Ernest. in Clave.*

4. *Explicare possit.* Interpretes nihil hic afferunt ad mentem Ciceronis illustrandam; sed videtur hoc noster velle: præcepta, quæ de ornatu rhetores dant, ita facilia sunt, ut ea vel pessimi oratores et intelligere et sequi possint; sed frustra sequi; nam si suavitas illa, quam ad ornandam orationem suam adhibeant, nimia sit, et *dulcis atque decocta*, non *austera et solida*, non possunt esse suaves oratores, quia præter modum suaves sunt. *Pearce.*

5. *Filo.* Filum orationis est ipsum genus dicendi, quod patebit conferenti Or. ii. 22. Or. 36. *Ernest. in Clave.*

6. *Amplificare rem.* Est rem dicendo aut majorem aut deteriorem facere pro consilio. *Ernest. in Clave.*

7. *Ad augendum aliquid.* Exemplum sit illud ex Verrina, vii. n. 169. depromptum. *Facinus est vinciri civem Romanum: scelus verberari: prope parricidium necari; quid dicam in crucem tollere? verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fuit his omnibus iste contentus. Spectet, inquit, patriam, in conspectu legum libertatisque moriatur. Proust.*

8. *Ad extenuandum.* Quod præstitit Tullius in Ligariana n. 17. *Scelus tu illud vocas, Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit: Alii errorem appellant: alii timorem: qui durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui gravissime, temeritatem: scelus præter te adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse; ut nemo mirari debeat humana consilia divina necessitate esse superata. Proust.*

9. *Ad fidem orationis faciendam.* Legitima ratio requirit *orationi:* sed tamen et in Acad. iv. 7. est, *adspectus ipse facit fidem judicii sui:* si tamen ille locus sine vitio est. *Ernest.*

Ibid. *Ad fidem orationis faciendam.* Non opus est, ut cum doctis nonnullis legamus *ora-*

tionis faciendam adhiberi dixit Antonius, vel cum explanamus aliquid, vel cum conciliamus animos, vel cum concitamus. Sed in hoc, quod postremum dixi, amplificatio potest plurimum, eaque [10] una laus oratoris est propria maxime. [11] Etiam major est illa exercitatio, quam [t] extremo sermone instruxit Antonius (primo rejiciebat) laudandi et vituperandi. Nihil est enim ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius, quam utrumque horum cumulatissime facere posse. Consequentur etiam illi [12] loci, qui quamquam proprii causarum, et inhærentes in earum [u] nervis esse debent, tamen quia [x] de universa re tractari solent, communes a veteribus nominati sunt: quorum [13] partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem, aut querelam, [y] contra quam dici nihil solet, nec potest, ut in [14] depeculatorem, in proditorem, in parricidam: quibus uti, confirmatis criminibus, oportet; aliter enim jejuni sunt, atque inanes: alii autem habent deprecationem, aut miserationem: alii vero ancipites disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet. Quæ exercitatio nunc propria [z] duarum [15] philosophiarum, de quibus ante dixi, putatur: [16] apud antiquos erat eorum, [a] a quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio et copia petebatur. De virtute enim, de officio, de æquo et bono, de dignitate, utilitate, honore, ignominia, præmio, pœna, similibusque de rebus, in utramque partem dicendi [17] [b] animos, et vim, et artem habere debemus. Sed, quoniam [18] de nostra possessione depulsi, in parvo, et eo liti-

[t] *cujus præcepta tradidit Antonius sub finem disputationis.* [u] *visceribus causarum.* [x] *de aliquo genere universo*, v. g. de furto, de parricidio. [y] *quæ ita perspicua est, ut refutari non possit.* [z] Academicæ et Peripateticæ. [a] *qui docebant forensem eloquentiam.* [b] *naturales impetus.*

tioni; sic enim Noster locutus est in Acad. iv. 7. *multaque facimus usque eo, dum adspectus ipse fidem faciat* sui judicii. *Pearce.* Wetzel. quoque vindicat *fidem orationis*; ita ut casus *orationis* dependeat a nomine substantivo, *fidem*, non a formula *fidem facere*. *Harl.*

10. *Una laus or. est propria maxime.* Pearcius recte deleri vult *et*, quod in vulgatis est ante *propria*. Ego vero sine dubitatione delevi: nam falsum est in amplificatione esse unam laudem oratoris: sed est *una maxime propria*: quia ea utitur solus orator, non philosophus, qui in hoc maxime diversus est ab oratore, quod illa copia amplificandi non utitur. *Ernest.*

11. *Etiam major est illa exerc.* Non satis significatur, qua re illa exercitatio *major* esse dicatur. Fortasse hoc voluit Crassus: *major* est, quam Antonio in primo sermone suo visa est; vel una est ex iis rebus, quæ in oratione majores sunt, et majoris solito ponderis. *Pearce.*

12. *Loci—communes.* Locus communis dicitur a rhetoribus, qui rem omnem ad genus refert, adeoque ad omnes formas pertinet. *Ernest. in Clave.*

13. *Partim.* Cum genitivo, loco *alii*. *Harl.*

14. *Depeculatorem.* H. e. furem, direptorem pecuniæ publicæ aut sacræ. *Harl.*

15. *Philosophia*, secta philosophica. *Ernest. in Clave.*

16. *Apud antiquos.* H. e. qui ante Socratem artiumque discidium floruerunt: non erant alii magistri dicendi, alii intelligendi. *Harl.*

17. *Animos.* In hoc verbo semper hæsi, nec quid hic sit, nec, quid ei faciam, habeo. Nam in disputatione universa de his rebus non opus est animis. *Vim* quidem habere debet orator, i. e. facultatem e copia rerum, et *artem* tenere, i. e. modum rerum tractandarum. *Ernest.*

18. *De nostra possessione.* Hujus loci talis est sententia. Quoniam philosophi dum differunt de moribus, ea invaserunt, quæ tractanda erant a rhetoribus, quibus nihil jam præter causas forenses superest, a philosophis, qui nostra bona deprædati sunt, mutuemur id quod nobis est necessarium. Ducta translatio ab iis, qui paterna possessione dejecti, compelluntur in vile

gioso, prædiolo relicti sumus, et aliorum patroni, nostra tenere tuerique non potuimus: ab iis, quod indignissimum est, qui in nostrum patrimonium [19]irruperunt, quod opus est nobis, mutuemur.

(28.) Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent, et Peripatetici philosophi, aut Academici nominantur, olim autem, propter eximiam rerum maximarum scientiam, a Græcis [c] politici philosophi appellati, universarum rerum publicarum nomine vocabantur, omnem civilem orationem in horum alterutro genere versari, aut [20]definitæ controversiæ certis temporibus ac reis; hoc modo: Placeatne a Carthaginiensibus [21]captivos nostros, redditis suis, recuperari? aut infinite de universo genere quærentis: Quid omnino de captivo statuendum ac sentiendum sit? Atque horum superius illud genus causam aut controversiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt: hæc autem altera [22]quæstio infinita et quasi [d] proposita, consultatio nominatur. [23]atque hactenus [e] loquuntur.

[c] *qui docerent rationem et scientiam administrandæ civitatis.* [d] *in quæstione quæ certa tempora, certos reos definitos habeat.* [e] philosophi Peripatetici, ac Academici.

prædiolum, de quo etiam lis intenditur. Litigiosum prædiolum dicit non propter eas lites in quibus versantur oratores, sed quod philosophi oratoribus detrahere volunt judicialium quæstionum partem optimam. Illis enim concedunt quæstionem finitam, infinitam sibi vindicant. *Strebæus.*

19. *Irruperunt.* Exquisite ornateque dixit Cicero: is enim proprie dicitur *irrumpere*, qui per nefas occupat, quod non debebat; qui penetrat, quo non licet: sic profanis interdictum erat, in adyta et penetralia *irrumpere*. Vide Burmann. et Gesner. ad Quinctil. ii. 1. 2. Alia metaphora, eodem vero sensu, infra c. 31. init. utitur, *involaverant*. *Harl.*

20. *Definitæ controversiæ.* Sic pro vulgato, *definita controversia* in MS. reperit Pearcius: nec tamen recepit. Ego, sine illo MS. sic rescripsissem, ne vitium latinitatis esset. Nam sibi respondent hæc duo: *genus controversiæ definitæ* et *infinite quærentis*. In talibus non opus est Critico firmo et accurate exercitato MSS. et edd. *Ernest.*

21. *Captiv. nostros.* Respicit Cicero notam historiam de capto Regulo et captivis commutandis. *Harl.*

22. *Quæstio — quasi proposita.* Respicit ad philosophorum morem, θέσιν appellandi *propositum*. *Ernest.*

23. *Atque hactenus loquuntur.* Civilem omnem orationem in duo genera, unum temporibus, locis, reis definitum, alterum infinitum, Peripatetici, et Academici dividebant. Eam divisionem, non modo cum loquerentur, verum etiam cum instituerent, ostendebant. Hic dissentire cogor a viro docto, beneque de litteris merito; qui putat verbum *rhetores* desiderari, ita legens id, quod sequitur: *rhetores etiam hac instituendo divisione utuntur:* non enim hanc divisionem Cicero, hactenus tributam Peripateticis et Academicis philosophis, rursus eandem rhetoribus assignat: sed ait, eosdem philosophos, qua divisione uterentur in sermone, eadem instituendo uti solere. Id ex iis quoque verbis intelligitur: *atque hactenus loquuntur:* transit enim ab eorum communi sermone ad institutionem, ut exercitationem disserendi in utramque partem, quæ apud antiquos oratorum fuerat, Peripateticorum et Academicorum propriam esse demonstret: nam quomodo a rhetoribus obtineri genus illud, quod est temporibus, locis, reis definitum, Crassus potest dicere; cum supra rhetoribus non modo improbaverit, quos negavit docere quidquam posse, nisi ut adolescentes auderent; verum etiam urbe ejectos a se censore ostenderit? itaque verbum *instituendo*, non video quî referri ad rhetores possit, qui nulli tunc in urbe erant. Præterea, quî potest hæc instituentium rhetorum esse divisio; cum supra dictum sit, *hanc exercitationem, oratoribus ereptam, duarum philosophiarum esse propriam?* ut nullæ jam rhetorum partes in hac facultate videantur esse. Quo spectat illud quoque; item supra: *Quoniam de nostra possessione depulsi, in parvo, et eo litigioso, prædiolo relicti sumus; et aliorum patroni nostra tenere tuerique non potuimus: ab iis, quod indignissimum est, qui in nostrum patrimonium irruperunt, quod opus est nobis, mutuemur.* Et infra, c. 31. *Sumenda sunt nobis ab iis ipsis, a quibus expilati sumus.* Quare nihil omnino hæc institutio et exercitatio ad rhetores pertinet:

[24] Etiam hac in instituendo divisione utuntur, sed ita, non ut jure, aut judicio, ut denique recuperare amissam possessionem, sed ut ex jure civili [25] surculo defringendo, usurpare videantur. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, [26] at-

nam, si de possessione depulsi sunt et suum patrimonium amiserunt; quo modo instituunt? Sed, videre mihi videor, quid erroris causam attulerit homini certe ingenioso et diligenti. Notaverat illud, *recuperare amissam possessionem;* quod ad philosophos non attinere, qui possessionem nullam amiserant, intelligebat, in rhetores, quorum jus et patrimonium philosophi occupaverant, optime cadere videbatur. Verum ego contra sic arguo. Si rhetor et orator non idem est, quod videri potest; cum alter instituat privata diligentia, alter in foro causas agat: non potest illud, *de recuperanda possessione amissa,* ad rhetores pertinere: non enim ipsi, sed oratores damnum illud fecerant. sin confunduntur interdum, quia finitimi sunt, et actione potius quam scientia, dissimiles; cur subjungitur, *alterum vero tantummodo in prima arte tradenda nominant, et oratoris esse dicunt?* Quibus verbis manifeste distinguitur a rhetore orator: nam si de rhetoribus Cicero loqueretur, non dixisset, *et oratoris esse dicunt,* sed, *et suum esse dicunt.* Jam illa, quæ sequuntur, *neque vim, neque naturam ejus, nec partes, nec genera proponunt:* aptius conferuntur in philosophos, quam in rhetores; ut accusentur ii, qui *in alienum patrimonium irruperant:* itaque subjungitur, *ut præteriri omnino fuerit satius, quam attentatum deseri:* nam, *attentatum* eos indicat, qui alienam possessionem invaserunt, non eos, qui versarentur in sua. Hoc igitur dicit Cicero, vel Crassus a Cicerone inductus. Etiam hac divisione instituendo utuntur Peripatetici et Academici, sed ita, ut alienam usurpare possessionem videantur: quod qui faciunt, surculum defringunt; sic isti non utramque divisionis partem copiose tractant, sed unam quasi lacinia obtinent, alteram vix attingunt. Non imitantur igitur eos, qui recuperare amissam possessionem jure aut judicio, vi denique conantur; sed eos potius, qui alienam invadunt: nam qui recuperare amissam volunt, non surculum defringunt; sed totam occupant vel jure, vel judicio, vel vi denique; qui vero alienam usurpare, surculum tantum defringunt, ut aliquid sibi esse juris in ea simulent: quo de genere formulæ tunc extabant in jure civili. Perspicuum jam existimo, quæ sit Ciceronis sententia: Locum etiam emendavimus, et pro *ut denique, vi denique* reposuimus, contra omnes et scriptos et impressos libros: in quo, non vereor, ne mihi non assentiantur non modo juris periti, sed quicumque etiam paullo solertius litteras colunt; jure enim, judicio, vi possessio recuperatur. *Manutius.*

Ibid. *Atque hactenus loquuntur. Etiam hac.* Omitto, *loquuntur:* ut sensus sit, *Atque hactenus etiam hac instituendo divisione utuntur,* scilicet Rhetores, etsi in eorum provinciam invaserint philosophi. *Muretus.*

24. *Etiam hac in instituendo divisione utuntur.* Addidi præpositionem *in,* quæ non est in edd. sed abesse non potest. respondet his paullo post: *alterum vero tantum in prima arte tradenda nominant.* Absorpta est præpositio a prima syllaba verbi sequentis. *Ernest.*

25. *Surculo defringendo.* Ita philosophos illos de Rhetorica tradere aliquid docet, ut non sibi penitus illam vindicent, neque in eam tanquam possessionem manus injiciant, sed de ea etiamnum contendentes imaginaria vindicatione usurpent in exigua aliqua parte. Olim enim petitor possessorem una cum Prætore in rem præsentem ducebat; unde adversarium manu prehendens, rem, de qua erat contentio, sibi vindicabat; quod *manum conserere* appellabant. Posteaquam vero propagatis Italiæ finibus, Prætores negotiis occupati proficisci ad longinquas res gravabantur, institutum est ut litigantes non apud Prætores manum consererent, sed ex jure, id est, ex eo loco ubi jus reddebatur, manum consertum vocarent, id est, alter alterum ad manum conserendam in rem, de qua ageretur, vocaret; atque profecti simul in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad Prætorem deferrent, et in ea gleba, tanquam in toto agro, vindicarent. Nonnunquam et surculum ex arbore defractum ferebant. Multa de eo ritu Brissonius in Formulis. Itaque similitudo Ciceroniana hæc est: Quo illi modo litigantes in parte agri exigua hærent, nec dum totum obtinuerunt; sic Philosophos, dum paucula quædam delibant ex Rhetoricis, non veterem possessionem ex toto usurpare, quasi postliminio, sed particulam illius quasi adhuc alienæ rei arripere. *Petavius.*

26. *Atque id ipsum* lacinia. His verbis significat, Academicos ne illud quidem genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, plane complexos esse, sed, quasi apprehensum *lacinia,* quæ, Festo teste, vestimenti pars est, obtinere: sequitur enim, *nunc apud Philonem, quem in Academia maxime vigere audio, etiam harum jam causarum cognitio, exercitatioque celebratur.* Et illud, *etiam harum jam causarum cognitio ad laciniam spectat: versari enim Philonem*

que idipsum [27] lacinia. Nunc enim apud Philonem, quem in Academia maxime vigere audio, etiam harum jam causarum cognitio exercitatioque celebratur. [28] Alterum vero tantummodo in prima arte tradenda nominant, et oratoris esse dicunt: sed neque vim, neque naturam ejus, nec partes, nec genera proponunt, ut præteriri omnino fuerit satius, [29] quam attentatum deseri: nunc enim [30] inopia reticere intelliguntur; tum judicio viderentur.

(29.) [f] Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri et disceptari potest, [31] sive in infinitis consultationibus disceptatur, sive in iis causis, quæ in civitate, et in forensi disceptatione versantur: neque est ulla, quæ non aut ad cognoscendi, aut ad agendi vim rationemque referatur. Nam aut ipsa cognitio rei scientiaque perquiritur, ut, virtus suamne propter [g] dignitatem, an propter fructus aliquos [h] expetatur? aut agendi consilium exquiritur, ut, sitne sapienti capessenda [i] respublica? Cognitionis autem tres modi, conjectura, definitio, et, ut ita dicam, consecutio. Nam, [32] quid in re sit, conjectura quæritur, ut illud, sitne in humano genere sapientia? Quam autem vim quæque res habeat, definitio explicat: ut, si quæratur, [33] quid sit sapientia? Consecutio autem tractatur, cum, quid quamque rem sequatur, inquiritur: ut illud, [34] sitne aliquando mentiri boni viri? Redeunt rursus ad conjecturam, eamque in quatuor genera dispertiunt. nam aut quid sit, quæritur, hoc modo: [35] [k] naturane sit jus inter homines, an opinio-

[f] *eadem ambigi et quæri possunt de re qualibet, sive spectetur illa universe, sive in certa et definita causa.* [g] ut opinantur Stoici. [h] quod Peripatetici sentiunt. [i] quod Epicurus negat, ratus civilibus curis voluptatem, in qua summum bonum ponit, perturbari. [k] *an jus quod inter homines est fundatum, sit in ipsa hominum natura.*

in aliena facultate, demonstratur. Et *lacinia aliquem tenere* est invitum et fugientem tenere. Plautus in Asinaria, Actu III. *Lacrymantem lacinia tenet lacrymans. Manutius.*

27. *Lacinia.* Togarum et palliorum ima pars vocabatur *lacinia.* Sensus est igitur, rhetores definitum genus tenent, sed *lacinia* solum: periculum est enim, ne id genus ab iis divellatur: nam audio, philosophum Philonem [discipulum Clitarchi, qui tempore belli Mithridatici Romam venit,] etiam hujusmodi causarum tractandarum rationem jam docere. *Lacinia* aliquid *tenere* aut *obtinere* idem valet, ac rem nonnisi leviter tenere: cui contrarium est illud *medius teneris,* ut ait Erasmus. Noster hic videtur respicere ad illud Plaut. in Asin. Act. III. sc. 2. vers. 41. *Lacrymantem* lacinia tenet *lacrymans. Pearce.*

28. *Alterum.* N. genus infinitum. — *in prima arte,* h. e. in principio artis rhetoricæ. *Harl.*

29. *Quam att.* MS. E. *attactum. Ernest.*

30. *Inopia reticere intell.; tum judicio viderentur. Inopia ret.* h. e. quia nihil habent, quod dicant; *judicio,* h. e. quia cogitarent alii, eos noluisse ea de re aliquid dicere. *Harl.*

31. *Sive—disceptatur, sive.* Videtur scribendum *disceptetur.* MS. E. post habet *versentur,* ubi *versantur* rectum est. Sed superiora *Omnis—disceptetur,* exciderunt. *Ernest.*

32. *Quid in re sit.* I. e. ut vulgo loquuntur, an aliquid existat. Solet etiam dicere, *quid in re positum sit atque natura. Ernest.*

33. *Quid sit sapientia. Sapientia est* (*ut a veteribus philosophis definitum est*) *rerum divinarum et humanarum, causarumque quibus hæ res continentur, scientia.* Tullius, lib. ii. de Offic. n. 5. *Proust.*

34. *Sitne aliquando mentiri.* Recte Plato, lib. ii. de Rep. Ψεῦδος οὐ μόνον ὑπὸ θεῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀνθρώπων μισεῖται. Videtur ab hac sententia aliquantulum deflectere, cum libro v. de Rep. mendacio tanquam pharmaco magistratibus utendum aliquando censet ad subditorum utilitatem. Mendacium officiosum approbat Tullius in oratione pro Ligario. Aristoteles, lib. iv. Ethicorum, licitum umquam mendacium negat, cujus sententiæ accedendum. Quid autem discrepent *mentiri et mendacium dicere,* ex Nigidio docet Gellius, lib. xi. cap. 2. *Proust.*

35. *Naturane sit jus.* Jus aliud est naturale, definiturque a Cicerone, lib. i. de

nibus? aut, quæ sit origo cujusque rei? ut, [36] quod sit initium legum, aut rerum publicarum? aut causa, et ratio: ut, si quæratur, cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant? aut de immutatione: ut, si disputetur, num interire virtus in homine, aut num in vitium possit converti? Definitionis autem sunt disceptationes, aut, cum quæritur [37] [l] quid in communi mente quasi impressum sit: ut, si disseratur, [m] idne sit jus, quod maximæ parti sit utile? aut, cum, quid cujusque sit proprium, exquiritur: ut ornate dicere, propriumne sit oratoris, an id etiam aliquis præterea possit? aut, cum res distribuitur in partes, ut, si quæratur, quot sint genera rerum expetendarum, [38] aut, sintne [n] tria, corporis, animi, externarumque rerum? aut, cum, quæ forma, et quasi naturalis nota cujusque sit, describitur, ut, si quæratur avari species, seditiosi, gloriosi. Consecutionis autem duo prima quæstionum genera ponuntur. nam aut simplex est disceptatio, ut, si disseratur, expetendane sit gloria? aut ex comparatione; laus an divitiæ magis expetendæ sint? Simplicium autem sunt tres modi, de expetendis fugiendisve rebus; ut, expetendine honores sint? num fugienda paupertas? de æquo aut iniquo; ut, æquumne sit ulcisci injurias etiam propinquorum? de honesto aut turpi; ut hoc, sitne honestum, gloriæ causa mortem obire? Comparationis autem duo sunt modi, unus, cum, idemne sit, an aliquid intersit, quæritur, ut, metuere et vereri, ut rex et tyrannus, ut assentator et amicus: alter, cum, quid præstet aliud alii, quæritur: ut illud, [o] optimine cujusque sapientes, an populari laude ducantur? Atque eæ quidem disceptationes, quæ ad cognitionem referuntur, sic fere a doctissimis hominibus describuntur.

(30.) Quæ vero referuntur ad agendum, aut [p] in officii disceptatione versantur, quo in genere, quid rectum faciendumque sit, quæritur; cui loco omnis virtutum et vitiorum est [q] silva subjecta: aut in animorum aliqua permotione aut gignenda, aut sedanda tollendave tractantur. Huic generi subjectæ sunt cohortationes, objurgationes, consolationes, miserationes, omnisque ad omnem animi motum et impulsio, et, si ita res feret, mitigatio. Explicatis igitur his generibus, ac modis disceptationum omnium, [r] nihil sane ad rem

[l] *quæ sit hominum omnium super aliqua re communis opinio.* [m] *an jus recte definiri possit, id quod maximæ parti sit utilissimum.* [n] *bona, vel bonorum genera.* [o] *an malint sapientes ab optimo quoque laudari, quam a vulgo.* [p] *in quæstionibus quæ officium cujusque spectant.* [q] *materia.* [r] *parum refert, an ego eundem in dividendo, atque Antonius, ordinem secutus sim.*

Legibus, *ratio summa insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria.* Aliud jus gentium ad naturale accedit, estque omnium gentium auctoritate passim receptum; aliud proprium, quod sibi quisque populus describit; aliud civile, &c. Vide Partit. Orat. n. 62. *Proust.*

36. *Quod sit initium legum.* Callicles in Gorgia Platonis ab infirmiori plebe leges inventas putat, quibus, ne quid præter fas auderent, potentiores coërcerentur. Thrasymachus apud Platonem, lib. i. de Rep. jura et leges principum arbitrio putat constitutas. Unde perperam concludit illud esse jus quod potentioribus est utile. *Proust.*

37. *Quid in communi mente quasi impressum sit.* Est notio confusa, quam omnes habent, et quam evolvit philosophus. *Ernest. in Clave.*

38. *Aut, sintne tria.* Pearcius corrigit *ut*, non bene: est enim hic vel explicatio præcedentis, *quot sint genera r. e.* ubi nec

pertinet, si qua in re discrepavit ab Antonii divisione nostra partitio. eadem enim sunt membra [39] in utriusque disputationibus, sed paullo secus a me, atque ab illo, partita ac distributa. Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus pensumque revocabo. Nam ex illis locis, quos exposuit Antonius, omnia sunt ad quæque genera quæstionum argumenta sumenda: sed aliis generibus alii loci magis erunt apti; de quo non tam quia longum est, quam quia perspicuum, dici nihil est necesse.

Ornatissimæ sunt igitur orationes eæ, [s] quæ latissime vagantur, et a privata ac singulari controversia se ad universi generis vim explicandam conferunt et convertunt, ut ii, qui audiant, natura, et genere, et universa re cognita de singulis reis, et criminibus, et litibus statuere possint. Hanc ad consuetudinem exercitationis vos, adolescentes, est cohortatus Antonius, atque a [40] minutis angustisque concertationibus [t] ad omnem vim varietatemque vos disserendi traducendos putavit. Quare [u] non est paucorum libellorum hoc munus, ut ii, qui scripserunt de dicendi ratione, arbitrati sunt, neque Tusculani, atque hujus ambulationis antemeridianæ, aut nostræ pomeridianæ sessionis. Non enim solum [41] acuenda nobis, [42] [x] neque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.

(31.) Nostra est enim (si modo nos oratores sumus, si in civium disceptationibus, si in periculis, si in deliberationibus publicis adhibendi auctores et principes sumus), nostra est, inquam, omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam [y] homines, quasi [43] caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt, atque etiam aut irridentes oratorem, ut ille in Gorgia Socrates, cavillantur, aut aliquid de oratoris arte paucis præcipiunt libellis,

[s] *quæ versantur in quæstionibus infinitis, et ab hypothesi ad thesin traducuntur.* [t] quæ certis definitæ sunt personis, temporibus ac locis. [u] *hæc ars* de universo genere disserendi *præcipi non potest paucis* rhetorum *libellis, neque hoc sermone quem habuimus in Tusculano horis antemeridianis ambulando, neque hoc quem nunc habemus horis pomeridianis sedendo.* [x] *quasi cudendo formanda* ex arte. [y] *philosophi prudentiæ et eruditionis possessionem quæ nostra est, rapuerunt, quasi possessore fuisset destituta.*

aut nec *ut* stare potest, delendumque est *aut;* vel duplex quæstio, altera sine numero, altera numero; in quo *aut esse* debet. Atque id nos secuti sumus, quia libri omnes *aut* habent. *Ernest.*

39. *In utriusque disputationibus.* Scripsi *utriusque* pro *utrisque* ex edd. s. l. et a. Med. Asc. Lips. at ed. W. habet *verisque,* vitiose, unde Aldus fecit *utrisque,* idque secuti sunt omnes. Pearcius edidit *utriusque disputatione,* ut est in MS. E. *Ernest.*

40. *Minutis angustisque concertationibus.* Hæ sunt privatæ et domesticæ exercitationes de fictis causis, domo comparata cum foro. v. Wetzel. *Harl.*

41. *Acuere.* Exercitatione, aut alia ratione aliquid augere, melius reddere. *Ernest. in Clave.*

42. *Neque procudenda lingua. Procudenda* nihil aliud est, quam *acuenda*: nam procudendo ferrum fit acutum. posuit duo verba de re una, ut statim *pectus complendum onerandumque.* Itaque videtur legendum esse *atque.* Si tamen serves *neque,* repetendum erit *solum* intelligendo. *Ernest.*

Ibid. Linguam *procudere,* est exercere dictionem declamando. *Ernest. in Clave,*

43. *Caducam.* H. e. desertam, quæ morte, aut alio quovis modo casuque a vero domino excidit, et incidit in alium, qui eam minime antea sperabat, ut in fiscum, coheredem, jure accrescendi, secundos heredes, usurpatores, aliosve.—*vacuam,* possessore destitutam. v. Streb. *Abundantes otio,* h. e. qui docti homines privatam degunt vitam, nec curant negotia civitatis, *nobis occupatis,* h. e. dum nos, oratores, versamur agimusque in civitate vitam publicam. *Harl.*

eosque rhetoricos [z] inscribunt, quasi non illa sint propria rhetorum, quæ ab iisdem de justitia, de officio, de civitatibus instituendis et regendis, de omni vivendi, denique etiam de naturæ ratione dicuntur. Quæ quoniam jam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis, a quibus expilati sumus; dummodo illa ad hanc civilem scientiam, quo pertinent, et quam intuentur, transferamus: neque (ut ante dixi) omnem teramus in his discendis rebus ætatem, sed cum fontes viderimus, quos nisi qui celeriter cognorit, numquam cognoscet omnino, tum, quotiescumque opus erit, ex iis tantum, quantum res petet, [44] hauriamus. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum, et ingeniis, ut res tantas quisquam, nisi monstratas, possit videre: neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio [a] cernat, si modo adspexerit. [45] In hoc igitur tanto [46] tam immensoque campo, cum liceat oratori vagari libere, atque, ubicumque constiterit, consistere in suo, facile [47] [b] suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi. Rerum enim copia verborum copiam gignit: et, si est [48] honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit ex rei natura quidam [49] splendor in verbis. sit modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter educatione [50] doctrinaque puerili, et flagret studio, et a natura adjuvetur, et in universorum generum infinitis disceptationibus exercitatus; ornatissimos scriptores oratoresque ad cognoscendum imitandumque [51] cognorit: [c] næ ille haud sane, quemadmodum verba struat et illuminet, a magistris istis requiret. ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce, natura ipsa, si modo est exercitata, labetur.

(32.) Hic Catulus, Dii immortales, inquit, quantam rerum varietatem, quantam vim, quantam copiam, Crasse, complexus es, quantisque ex angustiis oratorem educere ausus es, et in majorum suorum regno collocare! Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus, semperque esse in omni orationis ratione versatos. Ex quibus [52] Eleus Hippias, cum Olympiam venisset, maxima illa quin-

[z] ut Aristoteles et Theophrastus. [a] *penitus intelligat, si modo attigerit.* [b] *præsto est,* abundat. [c] *profecto nequaquam ille requiret a magistris,* &c.

44. *Hauriamus.* Correxi pro *hauriemus.* Nam structura orationis sic flagitat: *dum modo—transferamus, neque—teramus—sed —hauriamus.* In talibus sine libris oportet corrigere. Vidit Pearcius, sed non intulit in textum. *Ernest.*

45. *In hoc igitur.* Hinc de ornatu orationis Crassus dicturus est. *Pearce.*

46. *Tam immensoque.* Sic pro *tamque immenso* edidit Pearcius. Consentit Erl. estque numerosius. *Ernest.*

47. *Suppeditat.* Aliquando hæc vox ita ponitur, ut hic, pro passiva *suppeditatur:* sic etiam de Offic. i. 4. *parare ea, quæ* suppeditent *et ad cultum et ad victum:* et sæpius Noster dixit *vita suppeditat* pro *vivit. Pearce.*

48. *Honestas,* magnificentia, sublimitas. *Ernest. in Clave.*

49. *Splendor.* In oratione *splendor* est ornatus in elocutione. *Ernest. in Clave.*

50. *Doctrina puerilis:* h. e. artes quibus pueri erudiuntur. *Ernest. in Clave.*

51. *Cognorit.* Pearcius correxit *delegerit* e MSS. pluribus, quibus consentit Erl. Placet etiam Grutero. mihi *cognorit* magis placet. inest enim plus. *Ernest.*

52. *Eleus Hippias.* Sophista ac philosophus omniscius, qui summum bonum dixit esse *αὐτάρκειαν,* quæ virtus est ejus, qui contentus est suo. Eleus dicitur ad differentiam Hippiæ ducis Atheniensis. Elis ejus patria, urbs ac regio Peloponnesi inter Messenios et Achæos. Olympia oppidum

quennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta pæne audiente Græcia, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret: nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ, atque ingenuæ continerentur, geometriam, musicam, [53] litterarum cognitionem, et poetarum, atque illa, quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebuspublicis dicerentur: sed [54] annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, [55] soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Scilicet nimis hic quidem est progressus, sed ex eo ipso est conjectura facilis, quantum sibi illi ipsi oratores de præclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint. Quid de Prodico Chio? [56] quid de Thrasymacho Chalcedonio, [57] de Protagora Abderita loquar? quorum unusquisque plurimum temporibus illis, etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. [58] Ipse ille Leontinus Gorgias, [d] quo patrono (ut Plato voluit) philosopho succubuit orator, qui aut non est victus umquam a Socrate, neque sermo ille Platonis verus est: aut, si est victus, eloquentior videlicet fuit, et disertior Socrates, et, ut tu appellas, copiosior et melior orator. Sed [e] hic, in illo ipso Platonis libro, de omni re, quæcumque in disceptationem quæstionemque vocaretur, se copiosissime dicturum esse profitetur; isque princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere, qua de re quisque vellet audire: cui tantus honos habitus est a Græcia, soli ut ex omnibus Delphis [59] non inaurata statua, sed aurea statueretur. Atque ii, quos nominavi, multique præterea [60] summi dicendi auctores, uno tempore fuerunt: ex quibus intelligi potest, ita se rem habere, ut tu, Crasse, dicis; oratorisque nomen apud antiquos in Græcia, majore quadam vel copia vel gloria, floruisse. Quo quidem magis dubito, tibine plus laudis, an Græcis vituperationis

[d] *qui dum in dialogo a Platone composito, defensorem se rhetoricæ profitetur contra Socratem, quem cum illo de philosophiæ dignitate disputantem Plato facit, vincitur a Socrate.* [e] *Gorgias.*

non ita procul a Peneo fluvio inter Ossam et Olympum, ubi quinto quoque anno ludi celebres erant Olympici tota Græcia confluenti. *Strebæus.*

53. *Litterarum cognitionem.* H. e. grammaticam. *Harl.*

54. *Sed annulum.* Plato Hippia minore, p. 231. G. ἔφησθα δὲ ἀφικέσθαι ποτὲ εἰς Ὀλυμπίαν, ἃ εἶχες περὶ τὸ σῶμα ἅπαντα, σαυτοῦ ἔργα ἔχων· πρῶτον μὲν, δακτύλιον, ἐντεῦθεν γὰρ ἦρχου, ὃν εἶχες, σαυτοῦ ἔχειν ἔργον, ὡς ἐπιστάμενος δακτυλίους γλύφειν· καὶ ἄλλην σφραγῖδα, σὸν ἔργον, καὶ στλεγγίδα, καὶ λήκυθον ἃ αὐτὸς εἰργάσω· ἔπειτα, ὑποδήματα ἃ εἶχες, ἔφησθα αὐτὸς σκυτοτομῆσαι, καὶ τὸ ἱμάτιον ὑφῆναι καὶ τὸν χιτωνίσκον· κ. τ. λ.

55. *Soccus*, indumentum pedum Græcum, ut *calceus* Romanum: unde *pallium* et *soccus* junguntur. *Ernest. in Clave.*

56. *Quid de Thrasymacho Chalcedonio.* Ex Chalcedone, Asiæ urbe, opposita Constantinopoli. Plato in Phædro, Gorgia, et alibi, et Cicero in Orat. frequentem ejus faciunt mentionem. *Harl.*

57. *De Protagora Abderita.* Hic Abdera, urbe Thraciæ, ortus, quum Democritum audisset, ac philosophiam naturalem didicisset, se vertit ad artes rhetoricas, ac primus docuit mercede, primusque dictus sophista. *Strebæus.*

58. *Ipse ille.* Supra jam commemoratus, c. 31. init. et i. 11. *Orator*, (ut Wetzelii verbis utar) *hoc* (Gorgia) *patrono*, cujus patrocinium hic suscepit in dialogo Platonis, Gorgiæ nomine inscripto, *succubuit philosopho*, victus est a Socrate. *Harl.*

59. *Non inaurata statua.* Perperam itaque Pausanias in Phocicis Gorgiæ statuam inauratam erectam fuisse scribit: verius Valerius Maximus et Plinius auream fuisse referunt; quanquam et hic lapsus est, lib. xxxiii. cap. 4. qui Gorgiam sibi, non Græciam ipsi statuam auream posuisse refert, Olymp. circiter lxx. sive annis ante Christum D. *Proust.*

60. *Summi dicendi auctores.* Sic pro *doctores* MS. Erl. rectissime. *Ernest.*

esse tribuendum statuam: cum tu, in alia lingua ac moribus natus, occupatissima in civitate, vel [61] privatorum negotiis pæne omnibus, vel orbis terræ procuratione, ac summi imperii gubernatione [f] districtus, tantam vim rerum cognitionemque comprehenderis, eamque omnem cum [g] ejus, qui consilio et oratione in civitate valeat, scientia atque exercitatione sociaris: [h] illi nati in litteris, ardentesque his studiis, otio vero diffluentes, non modo nihil acquisierint, sed ne relictum quidem, et traditum, et suum conservaverint.

(33.) Tum Crassus, Non in hac, inquit, una, Catule, re, sed [i] in aliis etiam compluribus, distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium diminutæ. An tu existimas, [62] cum esset [63] Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui morbis, [k] alios, qui vulneribus, alios, qui oculis mederentur? num geometriam [64] Euclide aut [65] Archimede, num musicam, [66] Damone aut [67] Aristoxeno, num ipsas litteras, [68] Aristophane aut [69] Callimacho tractante, tam discerptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretur, atque ut alius aliam sibi partem, in qua elaboraret, seponeret? Equidem sæpe hoc audivi de patre et de [l] socero meo, nostros quoque homines, qui excellere sapientiæ gloria vellent, omnia,

[f] *occupatus.* [g] Q. Mucii Scævolæ. [h] Græci. [i] *quia partes artium aliæ ab aliis separatæ sunt, et aliis attributæ, ideo artes, maximæ antea, valde sunt imminutæ.* [k] chirurgos appellant. [l] *de patre uxoris meæ.*

61. *Privatorum negotiis pæne omnibus.* Fortasse melius fuerit *omnium.* *Ernest.*

62. *Quum esset.* I. e. quum viveret.

63. *Hippocrates Cous.* Medicorum princeps Hippocrates, qui tam fallere quam falli nescit, ut ait Macrobius, lib. i. in Somnium Scipionis, cap. 6. in insula maris Ægæi Co (hodie dicitur *Lango*) natus est, teste Histomacho, anno I. Olymp. LXXX. scilicet ante Christum CCCCLX. obiit apud Larissæos, quo ætatis anno VIX constat: scribunt alii nonagesimo, alii octogesimo quinto, alii centesimo quarto, alii denique centesimo nono. *Soranus.* *Proust.*

64. *Euclide.* Euclides mathematicus geometriam Alexandriæ docuit Ptolemæi Lagidæ Ægypti regis temporibus, Olympiade CXVIII. annis ante Christum CCCVIII. Multum differt ab antiquiore illo Euclide Megarensi Socratis discipulo. In opere de Geometria omnem magnitudinis ac multitudinis rationem complectitur, quæ subinde divisa est, aliis figuras planas, aliis solidas, aliis numeros, aliis lineas commensurabiles, ut vocant, et incommensurabiles tractantibus. *Proust.*

65. *Archimede.* Hic Syracusanus cœli siderumque spectator, geometricæ ac machinalis scientiæ peritissimus: patriam adversus Romanorum conatus novis bellicorum operum inventis facile per triennium defendit: Syracusis captis, cum esset in sua studia intentus, ab ignoto milite interfectus est; id ægre ferente Marcello victore, qui edixerat, ne vir tantus violaretur: anno U. C. DXLII. ante Christum CCXII. ætatis circiter LXX. *Livius*, lib. XXIV. *Plutarchus*, *Plinius*, &c. Scripsit Archimedes de Sphæra et Cylindro, de circuli dimensione, de æquiponderantibus, de conoidibus et sphæroidibus, de spiralibus, de quadratura paraboles, et insidentibus in humido; quotusquisque hæc omnia simul complectitur? *Proust.*

66. *Damone.* Damon, Agathoclis discipulus, non in musicis tantum, verum etiam aliis artibus perjucundis excelluit. *Plato in Lachete.* *Proust.*

67. *Aristoxeno.* Qui ortus ex urbe Tarento philosophicis juxta et musicis disciplinis eruditus extitit. Aristotelem audivit præceptorem, in quem officii parum memor subinde invectus est, quod Aristoteles in schola sibi delegisset Theophrastum successorem. Inclaruit anno ante Christum circiter CCCXX. *Suidas.* *Proust.*

68. *Aristophane.* Hic Byzantius grammaticus, Callimachi et Zenodoti discipulus, vixit Olympiade XLV. ante Christum annis DC. *Suidas.* *Proust.*

69. *Callimacho.* Cyrenæo Grammatico, qui poemata quovis carminum genere scripsit, multaque oratione numeris soluta edidit. Ista subinde partiti sunt studia, alii grammaticæ, alii poeticæ addicti. Vixit Callimachus ad tempora Ptolemæi Euergetæ, qui regnare cœpit in Ægypto Olympiadis CXXVII. anno secundo, ante Christum CCLXXI. *Suidas.* *Proust.*

quæ quidem tum hæc civitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant illi Sex. Ælium, M' vero Manilium nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; [m] quod erat insigne, eum, qui id faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam: ad quos olim et ita ambulantes, et in solio sedentes domi, sic adibatur, non solum ut de jure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio, aut negotio referretur. Hæc fuit [70] P. Crassi illius veteris, hæc [71] Ti. Coruncanii, [72] hæc proavi generi mei, Scipionis, prudentissimi hominis, sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur: iidemque et in senatu, et apud populum, et in causis amicorum, et domi, et militiæ consilium suum fidemque præstabant. Quid enim [73] M. Catoni, præter hanc politissimam doctrinam [n] transmarinam atque [74] adventiciam, defuit? num, quia [75] jus civile didicerat, causas non dicebat? aut quia poterat dicere, juris scientiam negligebat? [76] at utroque in genere et laboravit, et [o] præstitit. Num propter hanc ex privatorum negotiis collectam gratiam tardior in republica capessenda

[m] *signum erat eum esse paratum ad respondendum, si quis ab ipso quid petere vellet.* [n] *Petitam a Græcis*, qui ab Italia mari sejunguntur. [o] *excelluit.*

70. *P. Crassi, illius veteris.* Non est hic P. Crassus, qui nominatur in procemio lib. III. ut quidam scripsere: nam ille, mortuo L. Crasso, est interfectus, ut ipse locus indicat: hic autem L. Crassum ætate plurimum antecessit; itaque addit Cicero, *illius veteris;* ut eum distinguat a posteriore P. Crasso, qui et ipse pontifex max. fuit: duos enim invenio P. Crassos, utrumque pontificem max. prior consul fuit cum Scipione Africano majore anno urbis DXLVIII. ut est in fastis Capitolinis: pontifex max. a Livio nominatur, lib. XXV. et XXVII. et XXVIII. Cognomen Divitis ei tribuunt lapides Capitolini; quod neque Livii, neque cujusquam testimonio comprobatur, et fortasse alterius P. Crassi, qui et ipse pontifex max. post aliquot annos fuit, cognomen. Deceptus is est, qui fastos composuit: nam Cicero cum de priore Crasso loquitur, addit, *illius veteris;* cum de posteriore, *illum Divitem.* vide lib. i. 37. posterior autem Mucianus dictus est, de quo in libro *de Senectute*, c. 9. mentio fit, quod ex gente Mucia transisset in Liciniam, adoptatus fortasse a superiore P. Crasso vel ejus filio. *Manutius.*

71. *Ti. Coruncanii.* Hic etiam pontifex maximus fuit, et obiit anno U. C. DCI. ante Christum CLIII. ut indicat Cicero in Catone. *Proust.*

72. *Hæc proavi generi mei, Scipionis.* Sic edd. pr. recte edd. vulgatæ male interpungunt *proavi, generi mei, Sc.* Scipio est proavus generi. *Ernest.*

Ibid. *Proavi generi mei Scipionis.* Qui errarunt in P. Crassi notitia, ut proxime ostendi, iidem in hoc Scipione turpiter lapsi sunt, arbitrati hunc esse Scipionem Africanum: quasi vero Africanum pontificem max. fuisse quisquam scripserit: (nam hic de tribus pontificibus est sermo;) aut hic Scipio, Crassi gener, ab Africano originem ducere potuerit: est enim hic pater ejus Scipionis, qui socer fuit Pompeii Magni: ut in *Bruto*, c. 68. et in Dione, lib. XL. plane cognoscitur. Ejus pater fuit Scipio ille, de quo in *Bruto:* avus autem is, qui T. Gracchum pontifex max. occidit, de quo alibi: proavus Scipio Nasica Corculum; et ipse pontifex max. quem Crassus hic significat. Eundem pontificem max. Cato Major nominat in libro de *Senectute*, c. 14. his verbis; *de P. Licinii Crassi et pontificii, et civilis juris studio loquar? aut de hujus P. Scipionis qui his paucis diebus pontifex max. factus est? Manutius.*

73. *M. Catoni.* De quo imprimis vide Livium, XXXIX. cap. 40.—*doctrinam transmarinam* h. e. Græcorum disciplinam litterasque, quarum tamen in senectute studiosus fuit. *Harl.*

74. *Adventiciam.* Ab alio populo invectam. *Ernest. in Clave.*

75. *Jus civile didicerat.* Ed. W. et Cla. Lips. *jus c. dicebat.* vitiose. Ed. Med. *non didicerat.* Aldus *non* recte delevit. *Ernest.*

76. *At utroque.* Sic correxit Aldus vitiosam lectionem edd. pr. *aut*, Pearcius etiam *at* delevit; nam et in altero *nemo ap. p. f.* non est. Delevissem et ipse, si necessarium esset, eadem forma responderi: melius tamen puto abesse. *Ernest.*

fuit? nemo apud populum fortior, nemo melior senator: idem facile [p] optimus imperator: denique nihil in hac civitate temporibus illis sciri discive potuit, quod ille non cum investigarit et scierit, tum etiam conscripserit. Nunc contra plerique ad honores adipiscendos et ad rempublicam gerendam nudi veniunt atque inermes; nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit unus e multis; [q] effert se, [77] si unum aliquid affert, ut bellicam virtutem, aut usum aliquem militarem; [r] quæ sane nunc quidem obsoleverunt; aut juris scientiam, [s] ne ejus quidem universi: nam [78 t] pontificium, quod est conjunctum, nemo discit: aut eloquentiam, quam in clamore et in verborum cursu positam putant: omnium vero bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem cognationemque non norunt.

(34.) Sed, ut ad Græcos referam orationem, (quibus carere in hoc quidem sermonis genere non possumus: nam ut virtutis a nostris, sic doctrinæ sunt ab illis exempla repetenda;) [79] septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes et haberentur, et vocarentur. Hi omnes, præter Milesium Thalen, civitatibus suis præfuerunt. Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cujus eloquentia litteris instructior fuisse traditur, quam Pisistrati? qui primus Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Non fuit ille quidem civibus suis utilis, sed ita eloquentia floruit, ut litteris doctrinaque præstaret. Quid Pericles? de cujus dicendi copia sic accepimus, ut, cum contra voluntatem Atheniensium loqueretur pro salute patriæ, [u] severius tamen id ipsum, quod ille contra [80] populares homines diceret, populare omnibus et jucundum videretur: [81] cujus in labris veteres Comici, etiam cum illi male dicerent (quod tum Athenis fieri licebat,) leporem habitasse dixerunt, tantamque in eo vim fuisse, ut [82] in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non [x] clamator

p *dux belli scientissimus.* q *præstantiorem se aliis haberi vult, si una aliqua dote præditus est.* r *quæ* virtus bellica et usus militaris *nunc jacent sine honore.* s *ne totius quidem juris.* t *jus de rebus divinis a pontificibus scriptum, quod est conjunctum cum jure civili.* u *ejus oratio quamvis esset severior.* x *rhetoricæ magister imperitus.*

77. *Si unum aliquid affert.* Puto esse scribendum *aliquod.* Si esset: *si aliquid affert unum,* nulla esset dubitatio. *Ernest.*

78. *Pontificium.* Cicero de Legg. ii. 39. enumerat ea, in quibus jus pontificium cum jure civili conjunctum est: *Id autem quantulum est? de sacris, credo, de votis, de feriis, de sepulcris, et si quid ejusmodi est.* Vide Notam ad i. 43. *Pearce.*

79. *Septem fuisse.* N. Thales, Solon, Periander, Cleobulus, Chilon, Bias, Pittacus. Solon vero præfuit Atheniensibus; Periander Corinthiis; Cleobulus Lyndiis; Chilon Lacedæmoniis; Bias Prienensibus; Pittacus a. v. 165—175, Mitylenæis. — Thales fuit conditor scholæ Ionicæ, ad quam etiam pertinuit Anaxagoras, §. 6. cujus præceptor fuerat Anaximenes, qui Anaximandrum, Thaletis discipulum, audierat. *Harl.*

80. *Populares homines.* H. e. gratiam multitudinis ambitiosæ captantes.—*populare* h. e. populo gratum. *Harl.*

81. *Cujus in labris.* Alludit ad Eupolidis versus a Diodoro Siculo, xii. 40. servatos: Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν· Οὕτως ἰκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις. *Ernest. in Clave.*

82. *In—mentibus—aculeos—relinqueret.* De oratore, qui ea dicit, quæ descendunt in animos, quæ urunt homines, neque sinunt quiescere, donec faciant ea quæ suasit orator. *Ernest. in Clave.*

aliquis [83] ad clepsydram latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia. Itaque hic doctrina, consilio, eloquentia excellens, quadraginta annos præfuit Athenis et urbanis, eodem tempore, et bellicis rebus. Quid Critias? quid Alcibiades? [y] civitatibus suis quidem [84] non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi? Quis [85] Dionem Syracusium doctrinis omnibus expolivit? [86] non Plato? atque eum idem ille non linguæ solum, verum etiam animi ac virtutis magister, ad liberandam patriam impulit, instruxit, armavit. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum [87] Timotheum, [88] Cononis, præstantissimi imperatoris, filium, summum ipsum imperatorem, hominemque doctissimum? aut aliis [89] Pytha-

[y] *civitates suas damnis affecerunt*, quippe qui fuerunt tyranni.

83. *Ad clepsydram.* Oratoribus ad causas agendas certum tempus definiebatur per clepsydram, quo elapso silere necesse erat; fiebatque non raro quod ait Quintilianus, lib. xii. c. 6. *Laboratam congestamque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit.* De forma clepsydræ atque usu nonnulla scitu necessaria ex antiquis scriptoribus juvat hic breviter exponere: præsertimque ex Aristophanis Interprete, (Acharn. v. 693. et Vesp. v. 93.) Ἡ κλεψύδρα ἀγγεῖον—Clepsydra vas est habens exiguum foramen in fundo, quod in judicio plenum aqua ponebatur, ad quam oratores dicebant: hoc est, tamdiu dicere poterant ac perorare, quamdiu aqua per angustum foramen fluebat. Apuleius, lib. iii. Metamorph. *Præconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exurgit, et ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim deflua infusa aqua, populum sic adorat.* Falso sibi persuaderet aliquis, Clepsydram nostris fuisse clepsammidiis similem, hoc est, horologiis, ut quidam vocant, pulverariis, quibus scilicet horarum intervalla partimur effluxu arenæ. Nam neque duobus ex vasculis veterum Clepsydra constabat, quorum ex altero aqua in alterum per vices defluere: sed uno tantum. Neque in eo aqua erat perpetua; sed quæ effusa identidem transmitteretur, subjecto, ut opinor, vase recepta: aut certe quæ singulis causis nova atque appensa transfunderetur. Eam publicus lictor appendebat; quæ ubi omnis effluxerat, monebatur orator esse desinendum. Quod si sermonem interrumperet casu quopiam, aut aliquid de scripto recitaret, jubebat præconem aquam sistere. Apuleius in Apolog. *At tu, interea dum legis, aquam sustine.* Πρὸς ὕδωρ λέγειν, ad aquam dicere, perinde est ac dicere ad Clepsydram. *Petavius.*

84. *Non boni.* H. e. perniciosi. *Harl.*

85. *Dionem Syracusium.* Hic Platonis discipulus contra Dionysium Minorem tyrannum copias movit, eumque devicit, ad libertatem popularium vindicandam egregie multa manu et consilio gessit. Calippi opera a Zacynthiis mercenariis perfide jugulatus est anno 3. Olymp. CVI. ante Christum CCCLIV. *Diodorus, Plutarchus et Cornelius Nepos. Proust.*

86. *Non Plato.* Probaturus erat Cicero, summos in republica viros summis philosophis præceptoribus usos esse. *Harl.*

87. *Timotheum.* Qui dux Atheniensis bellicam gloriam doctrinæ laude cumulavit. *Cornelius Nepos.* Ejus res præclare gestas inimici tribuebant fortunæ, quam depingebant urbes retibus inclusas ipsi offerentem: quod ægre tulit Timotheus; ex quo tempore adversa ei ceciderunt omnia; adeo ut tandem ab infenso populo in exsilium pulsus fuerit. *Plutarchus in Sylla. Proust.*

88. *Cononis.* Hic Atheniensis a Lysandro Lacedæmoniorum duce bello superatus, voluntario se multavit exsilio, et auxilio Artaxerxis Persarum regis, a servitute patriam liberavit. *Cornelius Nepos. Proust.*

89. *Pythagoreus ille Lysis.* Alii legunt *Lysias*, rati hunc esse *Lysiam* oratorem, cui Cicero supra subtilitatem tribuit, decepti fortasse consensu veterum librorum: nam in omnibus, quos vidi, legitur *Lysias*; ego tamen, adductus historiæ testimonio, non dubitavi *Lysias* delere, et *Lysis* reponere in nostris libris: nam *Lysias* orator Athenis vixit, et oratoria laude, non philosophia, præstitit. Thebanum autem Epaminondam Cicero in Bruto, c. 13. doctum quidem hominem indicat fuisse, eloquentiam tamen ei non tribuit: quo videtur non ab oratore *Lysia*, sed a philosopho *Lyside*, Pythagoræ discipulo, eruditus, idque plane docet Dio Chrysostomus in oratione quæ inscribitur Παραίτησις ἀρχῆς ἐν βουλῇ: sic enim de

goreus ille Lysis Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum unum omnis Græciæ? aut Xenophon Agesilaum? aut [90] Philolaum [91] Archytas Tarentinus? aut ipse Pythagoras totam illam veterem Italiæ Græciam, quæ quondam magna vocitata est? Equidem non arbitror.

(35.) Sic enim video, unam quandam omnium rerum, quæ essent homine erudito dignæ, atque eo, qui in republica vellet excellere, fuisse doctrinam: quam qui accepissent, si iidem ingenio ad pronuntiandum valuissent, et se ad dicendum quoque, non repugnante natura, dedissent, eloquentia præstitisse. Itaque ipse Aristoteles, cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinæ suæ, [92] versumque quendam Philoctetæ paullo secus dixit. Ille enim *turpe* sibi ait [93] *esse* [z] *tacere, cum* [94] *barbaros*: hic autem, *cum Isocratem pateretur dicere.* itaque ornavit et illustravit doctrinam illam omnem, rerumque cognitionem cum orationis exercitatione conjunxit. Neque vero hoc fugit sapientissimum regem, Philippum, qui hunc Alexandro filio [95] doctorem accierit, a quo eodem ille et agendi acciperet præcepta et loquendi. Nunc, [96] si qui volet, eum philosophum, qui copiam nobis rerum orationis-

[z] *tacere Barbaris* loquentibus.

Epaminonda, p. 537. D. ὡς οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου τοσοῦτον ἰσχυσεν ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ τοσαύτην μεταβολὴν ἐποίησεν, ὥστε καταλῦσαι Λακεδαιμονίους, τοσοῦτον χρόνον ἄρχοντας, ἀλλὰ Λύσιδι ὁμιλήσας, τῷ Πυθαγόρου μαθητῇ. Patet igitur et Epaminondæ magistrum et Pythagoræ discipulum Lysidem fuisse. Accedit locus Ciceronis Off. lib. i. 24. *Thebanum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracusium Dionem Plato —erudiit.* Ejusdem Lysidis extat ad Hipparchum epistola, edita cum iis, quæ ante me genitum e tenebris in lucem protulit Aldus pater meus. *Manutius.*

Ibid. *Lysis.* Tarentinus, cui præceptori sic fuit deditus Epaminondas, ut adolescens tristem ac severum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate anteposuerit. *Cornel. Nepos.* Floruit Olympiade circiter XCV. annis ante Christum CCCC. *Proust.*

90. *Philolaum.* Philolaus Crotoniata philosophus Pythagoricus, teste Laertio, tyrannidis affectatæ suspectus mortuus est: cujus tres libros decem millibus denarium emptos a Platone refert Gellius lib. iii. cap. 17. *Proust.*

91. *Archytas.* Philosophus Pythagoricus, Platonis a Dionysio necandi salutem asseruit; sæpius populo præfectus est, sed mathematicis quam bellicis artibus multo clarior exstitit. Claruit annis ante Christum circiter CCCL. *Diogenes. Proust.*

92. *Versum q. Philoctetæ.* Sic edd. pr. et MS. E. Vulgatum *de Philocteta* est ab Aldo. illud melius; versus est, quem Philoctetes ap. poetam dicit. *Ernest.*

93. *Esse tacere, cum barbaros.* Sic edidimus cum Pearcio pro vulgato *e. tacere, cum barbaris.* Ed. W. omittit *cum* Ed. s. l. a. *cum barbaris,* errore operarum, quod tamen prope omnes secuti sunt. Totum est, *cum barbaros pateretur dicere,* quod Aristoteles imitatus est, *cum Isocratem pateretur dicere.* Sic et MS. Erl. *Ernest.*

94. *Barbaros.* Sic dudum emendavit F. Ursinus consentientibus MSS. quibusdam. Vide Davisium ad Tuscul. I. 4. Versus Euripidis est, Αἰσχρὸν σιωπᾷν, βαρβάρους δ' ἐᾷν λέγειν, quem sic efferebat Aristoteles, Αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾷν λέγειν.

95. *Doctorem accierit.* Brevem Philippi epistolam, qua Aristoteli committit institutionem Alexandri, refert Gellius, lib. ix. cap. 3. Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν. Ἴσθι μοὶ γεγονότα υἱόν· πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδός, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα, καὶ παιδευθέντα, ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς. *Proust.*

96. *Sive qui volet.* Puto verum esse, *si qui volet.* Quia in altero membro est *sive,*

que tradat, per me appellet oratorem licet; sive hunc oratorem, quem ego dico sapientiam junctam habere eloquentiæ, philosophum appellare malit, non impediam: dummodo hoc constet, neque [a] infantiam ejus, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat; neque inscientiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam: quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quam [97] stultitiam loquacem. Sin quærimus, quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. quem si patiuntur eundem esse philosophum, sublata controversia est. sin eos disjungent; hoc erunt inferiores, quod in oratore perfecto inest illorum omnis scientia, in philosophorum autem cognitione [98] non continuo inest eloquentia: quæ quamvis contemnatur ab eis, necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre videatur. Hæc cum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit, et ceteris silentium fuit.

(36.) Tum Cotta, Equidem, inquit, Crasse, non possum queri, quod mihi videare aliud quiddam, et non id, quod susceperis, disputasse; [b] plus enim aliquando attulisti, quam tibi [99] esset tributum a nobis ac denuntiatum: sed certe et hæ partes fuerunt tuæ, de illustranda oratione ut diceres, et eras ipse jam ingressus, atque in quatuor partes omnem orationis laudem [1] descripseras: cumque de duabus primis nobis quidem satis, sed, ut ipse dicebas, celeriter exigueque dixisses, duas tibi reliquas feceras, quemadmodum primum ornate, deinde etiam apte diceremus. [c] Quo cum ingressus esses, repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conspectu pæne omnium [2] abstraxit. [d] Omnem enim rerum scientiam complexus, non tu quidem eam nobis tradidisti: neque enim fuit tam exigui temporis: sed, [e] apud hos quid profeceris, nescio; me quidem in Academiam totum com-

[a] *orationis inopiam.* [b] *plura explicuisti, quam a te petieramus, et exponenda tribueramus.* [c] *quod cum inciperes exponere, subito impetus ingenii te impulit ad eas res tractandas, quas minime sperabamus.* [d] *disseruisti de omnium rerum scientia.* [e] *nescio ex oratione tua quem fructum* Cæsar et Sulpicius *retulerint: ego quidem ita sum ea commotus, ut statuam Academicorum omnem scientiam pernoscere.*

hic quoque fecerunt *sive*. male. nam hic nihil est, quod *τῷ sive* respondeat. alterum, *sive hunc oratorem—philosophum appellare malit, non* huic, *sive q. v.* sed ceteris, *eum ph.—per me appellet.* MS. E. *sive* habet a m. sec. *Ernest.*

97. *Stultitiam loquacem. Stultam loquacitatem* est in veteribus quibusdam libris. Videtur autem hæc sententia sumta ex Æschinis oratione contra Ctesiphontem, in qua est: *καλὸν μὲν γὰρ τὴν διάνοιαν προαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα, τὴν δὲ παιδείαν τὴν τοῦ ῥήτορος, καὶ τὸν λόγον πείθειν τοὺς ἀκούοντας· εἰ δὲ μὴ τὴν εὐγνωμοσύνην ἀεὶ προτακτέον τοῦ λόγου. Ursinus.*

98. *Non contin. inest eloq.* Philosophus esse potest, nec tamen simul orator. *Harl.*

99. *Esset tributum a nobis ac denunciatum.* Ed. W. *erat attributum a nobis: sed,* &c. Placet sane *attributum* ex re pecuniaria, in qua solutio *attribui* dicitur. Videturque *tributum* pro impositum, mandatum, nimis lene esse. nec *erat* displicet, quod et MS. E. habet. Sed idem non habet *ac den.* Mutatio *erat* in *esset* videtur absorpsisse primam syllabam in *attributum. Ernest.*

Ibid. *Pecunia attributa.* Quæ nobis solvitur ab alio, data assignatione, quam hodie vocant. Attributi sunt ii, a quibus attributa est pecunia, a quibus debitor solvit. *Ernest. in Clave.*

1. *Descripseras.* Vox *describere* hic significat distribuere et dividere. *Pearce.*

2. *Abstraxit. Omnem enim r.* Pro *abstraxit* ed. Med. et Asc. Lips. *distraxit. Omnem enim* restituimus, pro vulgato *omnemque,* (quod est ab Aldo,) ex edd. pr. omnibus et MS. E. Sic restituit etiam Pearcius. *Ernest.*

pulisti. In qua velim sit illud, quod sæpe posuisti, ut non necesse sit consumere ætatem, atque ut possit is illa omnia cernere, qui tantummodo adspexerit: [3] sed etiam si est aliquanto [f] spissius, aut si ego sum tardior, profecto numquam conquiescam, neque defatigabor ante, quam illorum [g] ancipites vias rationesque et pro omnibus, et contra omnia disputandi, percepero.

Tum Cæsar, Unum, inquit, me ex tuo sermone maxime, Crasse, [4] commovit, quod eum negasti, qui non cito quid didicisset, umquam omnino posse perdiscere: ut mihi non sit difficile [h] periclitari, et aut statim percipere [i] ista, quæ tu verbis ad cœlum extulisti; aut, si non potuerim, tempus non perdere, cum tamen [k] his nostris possim esse contentus. Hic Sulpicius, Ego vero, inquit, Crasse, neque Aristotelem istum, neque Carneadem, nec philosophorum quemquam desidero: vel me, licet existimes, desperare, [5] ista posse perdiscere, vel, id quod facio, contemnere. Mihi rerum forensium et communium vulgaris hæc cognitio, satis magna est ad eam, quam specto, eloquentiam: ex qua ipsa tamen permulta nescio; quæ tum denique, cum causa aliqua, quæ a me dicenda est, desiderat, quæro. Quamobrem, nisi forte es jam defessus, et si tibi non graves sumus, refer ad illa te, quæ ad ipsius orationis [6] laudem splendoremque pertinent: quæ ego ex te audire volui, non ut desperarem me eloquentiam consequi posse, sed ut aliquid addiscerem.

(37.) Tum Crassus, Pervulgatas res [l] requiris, inquit, et tibi non incognitas, Sulpici. quis enim de isto genere non docuit, non instituit, non etiam scriptum reliquit? sed geram morem, et ea duntaxat, quæ mihi nota sunt, breviter exponam tibi; censebo tamen ad eos, qui auctores et inventores sunt harum sane minutarum rerum, revertendum. Omnis igitur oratio conficitur ex verbis: quorum primum nobis ratio [m] simpliciter videnda est, deinde conjuncte. nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est; alius, qui ex continuatis conjunctisque constat. Ergo utemur verbis aut iis, quæ propria sunt, et certa quasi vocabula rerum, pæne una nata cum rebus ipsis: aut iis, quæ transferuntur, et quasi alieno in loco collocantur: aut iis, quæ novamus, et facimus ipsi. In propriis est igitur verbis illa laus oratoris, ut abjecta

[f] *difficilius.* [g] *rationes quibus in utramque partem disputatur.* [h] *experiri.* [i] *rerum omnium maximarum cognitionem.* [k] *mediocri Romanorum scientia.* [l] quæ ad elocutionem pertinent. [m] *in singulis verbis separatim sumptis, deinde in continuatis.*

3. *Sed etiamsi est aliquanto spissius.* Subintellige id quod isti docent: *spissius* significat obscurius: vide, quæ dixi in Nota ad i. 46. et ad iii. 27. *Pearce.* At Schütz. recte adnotavit, *spissius* h. l. non esse *obscurius*, sed potius plenius, et ob copiam majorem dicendorum laboriosius. conf. ad ii. 53. *Harl.*

4. *Commovit.* H. e. me attentum fecit: hæc vox, ut patet ex sequentibus, placendi sensum hic habet, non, (ut vulgo,) displicendi. Sic dicitur *commoveri lætitia, gaudio,* etc. Nec aliud voc. ταράσσεσθαι videtur significare in S. Matthæi ii. 3. quamvis enim fama Messiæ nati regem Herodem metu commoverit et perturbarit, tamen verisimile est, ceteros fere Judæos ejus urbis spe et gaudio potius commotos fuisse. Vide etiam S. Lucæ i. 29. Sic in Virg. Æn. x. 648. *spem turbidus hausit,* et Horat. Carm. ii. 19. 6. *turbidum lætatur. Pearce.*

5. *Ista posse.* Hoc ordine MS. E. et edd. pr. Aldus fecit *posse ista.* illud facilius. *Ernest.*

6. *Laudem splendoremque.* H. e. ornatum. *Harl.*

atque obsoleta fugiat, lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur. Sed in hoc verborum genere propriorum delectus est quidam habendus, atque is aurium quodam judicio ponderandus: in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. Etiam hoc, quod vulgo de oratoribus ab imperitis dici solet, *Bonis is verbis*, aut, *aliquis non bonis utitur*, non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu judicatur: in quo non magna laus est, vitare vitium, (quamquam id est magnum,) verum hoc quasi [n] solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus et copia bonorum. Sed quid ipse ædificet orator, et in quo adjungat artem, id esse a nobis quærendum atque explicandum videtur.

(38.) Tria sunt igitur in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum verbum, aut novatum, aut translatum. Inusitata sunt, prisca fere ac vetusta, et ab usu quotidiani sermonis jamdiu intermissa, quæ sunt poëtarum licentiæ liberiora, [7] quam nostræ: [8] sed tamen raro habet etiam in oratione [9] poeticum aliquod verbum dignitatem, [o] neque enim illud fugerim dicere, ut Cœlius, *Qua tempestate Pœnus in Italiam venit;* nec *prolem*, aut *subolem*, aut *effari*, aut *nuncupari:* aut, ut tu soles, Catule, *non rebar*, aut *opinabar:* et alia multa, quibus loco positis, grandior, atque antiquior oratio sæpe videri solet. Novantur autem verba, quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt, vel conjungendis verbis, ut hæc:

[10] [p] *Tum pavor sapientiam* [11] *omnem mihi exanimato expectorat.*
[q] *Num non vis hujus me versutiloquas malitias:*

videtis enim et *versutiloquas*, et *expectorat*, ex conjunctione facta

[n] *sedes ac fundamentum* elocutionis. [o] *non abstinendum mihi esse putem ab hoc vocabulo, quo Cœlius Antipater usus est.* [p] *tunc timor mihi consternato adimit omnem sapientiam ex pectore* [q] *nonne vis me cavere ab hoc, qui fraudulentis verbis mihi malum machinatur?*

7. *Quam nostræ.* Sc. licentiæ. Sic e MSS. dedit Pearcius. Saltem in vulgata *nostra*, etiam *licentia* foret scribendum, ut habent edd. ante Aldum, a quo est vulgata lectio. *Ernest.*

8. *Sed tamen raro.* Nisi *raro* intelligas *interdum*, quod tamen duriusculum sit, scribendum est *sed tamen haud*, vel *non raro.* Nam id postulant sequentia. item illud paullo post: *quibus loco positis, grandior atque antiquior oratio sæpe videri solet. Ernest.*

9. *Poeticum.* Pearcius conjicit *pervetustum;* nempe quia de obsoletis verbis sermo est. Sed non est assecutus rationem Ciceronis. Licet, inquit, uti obsoletis, ut poetis: nam et alia, poetica quæ sunt, usurpare licet: qualia sunt in exemplis subjectis; quæ sane non sunt obsoleta, sed poetis usitatiora, ut *tempestas* pro *tempus*, *proles et suboles* pro *liberis. Ernest.*

10. *Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.* Ennii versus. In duobus Fulvii Ursini libris, *exanimato expectorat.* Unus Borromæi, *exanimato;* alter, *exinanito;* apud Nonium quoque, qui hunc versum recitat, *exanimato;* quod si probamus, eodem modo legendum erit infra, et in Tusc. iv. 8. præsertim cum *expectorare ex animo*, non congruat. Sed Attii locus in Phœnissis, cujus testimonio utitur Nonius, adversari videtur. *Opibus*, inquit, *omnibus desertum, abjectum, afflictum, ex animo expectorat.* Quo in loco cum legi nullo modo possit *exanimato*, suspicari interdum cogor, ita veteres locutos, et *ex animo* retinendum. *Manutius.*

Ibid. *Tum pavor*, etc. Hi duo versus non videntur conjuncti fuisse apud Ennium; sed ex duobus locis huc adducti: v. cap. 58. *Pearce.*

11. *Omnem mihi*, &c. Sic edd. pr. MS. E. et plures alii ap. Pearce. non *mihi omnem:* et sic volebat Bentleius. *Ernest.*

esse verba, non nata: [12] vel sæpe sine conjunctione [verba novantur], ut, [13] *ille senius*, ut, *Dii genitales*, ut [s] *baccarum ubertate* [14] *incurvescere*. Tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit, [t] inopia coacta et angustiis; post autem delectatio jucunditasque [u] celebravit. nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem: sic verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis. Nam *gemmare vites*, *luxuriem esse in herbis*, *lætas segetes*, etiam rustici dicunt. quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cum est dictum, illustrat id, quod intelligi volumus, ejus rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. Ergo hæ translationes, [15] quasi mutuationes sunt, cum, quod non habeas, aliunde sumas. Illæ paullo audaciores, quæ non inopiam indicant, sed orationi splendoris aliquid arcessunt: quarum ego, quid vobis aut inveniendi rationem, aut genera ponam?

(39.) [16] [x] Similitudinis est ad verbum unum contracta brevitas,

[s] *multitudine fructuum incurvari.* [t] *propter penuriam* verborum propriorum. [u] *frequentiorem reddidit.* [x] *translatio, seu metaphora, similitudo, quæ breviter uno verbo exprimitur.*

12. *Vel sæpe s. c.* MSS. quidam apud Gruterum, *sæpe vel*. Nempe interpunctio vitiosa locum huic correctioni fecit, et *verba novantur*; quæ temere inculcata e superioribus puto, scribendumque sic: *non nata: vel sæpe sine conjunctione, ut*, &c. Cohærent omnia sic; *Novantur verba—vel conjungendis verbis—vel sæpe sine conjunctione, ut*, &c. Illa, *videtis enim—non nata*, sunt in parenthesi accipienda. Sæpe, hac conjunctione membrorum non animadversa, in his libris turbatum est a librariis et correctoribus, ut mox c. 39. pr. ubi veram interpunctionem dedimus. *Ernest.*

13. *Ille senius, ut Dii genitales*, &c. Hæc sunt corruptissima in libris scr. et edd. Lectio autem hæc est illa quidem e MSS. Gruterianis sed tamen e conjectura. Quomodo corrigam, nescio. *Ernest.*

Ibid. *Ut ille sensus disertus indigenitalis.* Non caret mendo locus. Unus Borromæi liber, *ut ille senius ut dii genitales*: alter nihil differt ab impressis. Unus Fulvii, *ut ille Ennius ut dii genitales*: alter, *ut ille sensus disertus vidi genitalis*. Librorum varietatem ostendo; meam sententiam non dico, quia nondum reperi, quod probarem. *Manutius.*

Ibid. *Ut ille Ennius, Dii genitales.* In maxima lectionum varietate facilius est sortiri, quam certo conjicere quid recte dicas. Habent editiones aliæ, *ut ille sensus disertus indigenitalis*; aliæ, *ut illud diserti senis dii genitales*; aliæ, *ut ille senius, ut dii genitales*; aliæ, *ut illud senium disertum*. Aliæ aliud etiam exhibent: nos lectioni Turnebi adhæsimus; similis est enim Ennii versus,

Jupiter in cælo cum diis genitalibus ævum
Degit. *Proust.*

Ibid. *Dii genitales.* Ennii versus sic se habet, ut videre est ex Servii nota ad Virg. Æn. vi. 764.

Romulus in cœlo cum diis genitalibus ævum
Degit.

Deos *genitales*, (ait Cl. R. Bentleius ad Horatii Carmen Sæcul. v. 10.) ibi accipimus deos genitos et naturales, non adoptivos et adscititios: qui statim nati sunt cœlestes et immortales, non, qui mortalitate exuta cœlo postea donati sunt. Hi *genitales* duodecim numero erant, sex mares, totidem fœminæ: gentium scilicet majorum dii, quorum nomina idem Ennius hoc disticho comprehendisse memoratur:

Juno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, Venus,
Mars,
Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Vide Bentleium ipsum in eodem loco plura de hac re disserentem. *Pearce.*

14. *Incurvescere.* Est hæc scriptura a Lambino. Codd. MSS. et edd. vett. habent *incurvescere*: quod unice probat Buherius ad Tusc. i. 28. *Ernest. in Clave.*

Ibid. *Incurvescere.* Ab adjectivo *incurvus*, sine conjunctione ullius vocis, formatur verbum *incurvescere*. *Pearce.* *Incurvescere* scil. rami incipiunt v. Cicer. Tuscul. i. 28. ubi integri versus extant. *Harl.*

15. *Quasi mutuationes sunt.* Sic edidi pro vulgato *mutationes*, ex ed. W. Lips. et Aldi, quam sequi h. l. neglexere postea, præter consuetudinem. Sic est etiam Tusc. i. 42. et in Oratore c. 24. *verbum sumtum aliunde, ut mutuo.* c. 26. *verba mutuari. Ernest.*

16. *Similitudinis est ad verbum.* Metaphoram quandam esse similitudinem docet Aristoteles, Rhet. lib. iii. sed inter utram-

quod verbum in alieno loco, tamquam in suo, positum, si agnoscitur, delectat; si simile nihil habet, repudiatur. Sed ea transferri oportet, quæ aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia:

[17] *Inhorrescit mare,*
Tenebræ conduplicantur, [y] *noctisque et nimbum occæcat nigror,*
Flamma inter nubes coruscat, cœlum tonitru contremit,
[z] *Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit:*
Undique omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines:
Fervit æstu pelagus:

omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudinem verbis dicta sunt: aut quo significetur magis res tota, sive facti alicujus, sive consilii, ut ille, qui [a] occultantem consulto, ne id, quod ageretur, intelligi posset, duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat,

[b] *Quandoquidem* [18] *iste circumvestit dictis, sepit sedulo.*

Nonnunquam etiam [c] brevitas translatione conficitur, ut illud, *Si telum manu fugit.* Imprudentia teli emissi brevius propriis verbis exponi non potuit, quam est uno significata translato. Atque hoc in genere persæpe mihi admirandum videtur, [19] quid sit, quod omnes translatis et alienis magis delectentur verbis, quam propriis, et suis.

(40.) Nam si res suum nomen et proprium vocabulum non habet, ut [20] *pes* in navi, ut *nexum*, quod per libram agitur, ut in uxore [21] *divortium*; necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere: sed in suorum verborum maxima copia, tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione translata, delectant. Id accidere credo, vel quod ingenii specimen est quoddam, transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere: vel quod is, qui audit, alio

[y] *nigror noctis et nubium intuentes veluti cæcos reddit*, ac lucem eripit. [z] *ingenti pluvia præcipitans repente ruit.* [a] *de industria utentem obscura ratione.* [b] *quandoquidem iste obscure loquitur, et mentem tegit.* [c] *ideo brevis est oratio, quia metaphorica.*

que non nihil tamen interesse: nam cum de Achille loquens Homerus dicit, *ut leo prosiliit*, similitudo est: sin dicat *leo prosiliit*, metaphora. *Petavius.*

Ibid. *Similitudinis est.* H. e. translatio sive metaphora est similitudo quædam breviter uno verbo comprehensa. *Pearce.*

17. *Inhorrescit mare.* Sunt Pacuvii versus, teste ipso Cicerone i. de Divinat. c. 14. *Harl.*

18. *Iste circumv.* Edd. s. l. a. Med. Asc. *ista.* Pearcius corrigit *is se.* *Circumvestire* et *sepire* aptius est rebus, quam personis. Mihi vulgatum placet. quid circumvestiat iste, in antecedentibus aut seqq. dictum fuisse videtur. *Ernest.*

19. *Quid sit, quod—delectantur.* Latinitas postulat *delectentur*, idque reposui. Sic edidit et Lamb. sed eum nemo secutus est. *Ernest.*

Ibid. *Quid sit, quod omnes—delectentur.* Plures simul nascuntur in animo formæ, quæ excitant, et ad investigationem tam judicium quam vim repræsentandi sive imaginationem acuunt: quarum comparatio alit animum, et nos delectamur, si nobis tam felicibus esse contingit, ut similitudinem perspiciamus; alias causas, quas Cicero in sequenti capite memorat, ut prætermittam. *Harl.*

20. *Pes.* *Pes* veli est unus duorum inferiorum angulorum veli aut potius funis, quo inferior veli angulus ad latus navis firmatur. *Harl.*

21. *Divortium.* Divortia sunt, inquit Isidorus, flexus viarum, sive viæ in diversa tendentes: aquarum divortia locus est, unde aquæ duas in partes divisæ incipiunt defluere. Translatione divortium tunc est, quando vir et uxor separantur. *Proust.*

ducitur cogitatione, neque tamen aberrat; quæ maxima est delectatio: vel quod [d] singulis verbis res ac totum simile conficitur: vel quod omnis translatio, [22] quæ quidem sumta ratione est, ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum, qui est sensus acerrimus. Nam et *odor* urbanitatis, et [23] *mollitudo* humanitatis, et *murmur* maris, et [24] *dulcedo* orationis, sunt ducta a [e] ceteris sensibus: [25] illa vero oculorum multo acriora, quæ ponunt pæne in conspectu animi, quæ cernere et videre non possumus. Nihil est enim in rerum natura, cujus nos non in aliis rebus possimus uti vocabulo et nomine. unde enim simile duci potest, (potest autem ex omnibus,) [26] indidem verbum unum, quod similitudinem continet, translatum, lumen affert orationi. Quo in genere primum fugienda est dissimilitudo: *Cœli ingentes fornices.* quamvis [27] sphæram [f] in scenam (ut dicitur) attulerit Ennius; tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse.

[28] —— *Vive Ulysses, dum licet:*
Oculis postremum lumen [29] *radiatum rape.*

non dixit, *cape;* non, *pete:* haberet enim moram sperantis diutius esse sese victurum; sed *rape.* hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, *dum licet.*

(41.) Deinde videndum est ne longe simile sit ductum. *Syrtim patrimonii, scopulum* libentius dixerim; *Charybdim bonorum, voraginem* potius. facilius enim ad ea, quæ visa, quam ad illa, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur. Et quoniam hæc vel summa laus

[d] *uno eodemque verbo videt* is, qui audit, *et rem* quæ metaphorica voce significatur, *et alteram rem unde similitudo sumpta est,* qua brevitate delectatur; ut cum lupus pro prædone dicitur. [e] *odoratu, tactu, auditu, gustatu.* [f] *in theatrum.*

22. *Quæ quidem sumta ratione est.* In vulgatos recentiores ab errore operarum venit *summa,* quod sensum hic non habet. *Sumta* est in omnibus edd. vett. Sic et bene restituit Pearcius. *Ernest.*

Ibid. *Sumta ratione est.* H. e. sumitur ab iis, quæ in sensum cadunt, et hoc modo duplicem pariunt voluptatem. *Harl.*

23. Mollitudo *humanitatis:* Quæ facile scilicet rebus lætis et tristibus, &c. movetur. *Ernest. in Clave.*

24. *Dulcedo.* Hic quoque libri quidam *dulcitudo;* sed id h. l. non placet. *Ernest.*

25. *Illa vero oculorum.* Scil. translata: plenius Cicero dixisset, *illa vero* translata, quæ ab *oculorum* sensu ducta sunt, *sunt acriora,* etc. Alii ediderunt, *illa vero multo acriora,* omissa voce *oculorum,* quæ sane ex glossa oriunda videtur esse. *Pearce.*

26. *Indidem.* H. e. ex eadem parte, eodemque loco. *Harl.*

27. *Sphæram in scenam, ut dicitur,* &c. Nempe, ut probaret translationem in fornicibus cœli a se audacius factam, et fortasse a multis reprehensam. *Ernest.*

28. *Vive Ulixes, dum licet:*
Oculis postremum lumen radiatum rape:
non dixit, cape, non pete: haberet enim moram sperantis diutius esse sese victurum. Sic in pervulgatis omnibus libris. Ego sustuli *sese,* ut legatur, *diutius esse victurum:* non enim victurum de ipso Ajace, cujus insanientis hæc sunt verba, poeta loquitur, sed de Ulixe. Fortasse priorem versum Cicero, ut nonnunquam solet, immutavit: nam *Acad.* lib. ii. 28. integer versus recitatur. *Quid ille, qui*

Video, video te vivum Ulixes: dum licet.

nonne etiam bis exclamavit se videre, cum omnino non videret? Nostram sententiam confirmant libri tres antiqui, unus Borromæi, duo Fulvii: est etiam in Fulvianis, *aptum,* pro *aptatum,* quod statim sequitur. *Manutius.*

29. *Radiatum.* Muretus Var. Lect. ii. 9. corrigit *radiantis,* i. e. solis, ut est in versu alio in Orat. 45. *Ernest.*

Ibid. *Lumen radiatum rape.* Per *lumen radiatum* intelligas lumen ex sole radiis emissum; ut non opus sit legere cum Mureto *radiantis,* scil. solis, [ut Orat. 45. motus radiantis:]. *Pearce.*

est [30] verbis transferendis, ut sensum feriat id, quod translatum sit; fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos, qui audiunt, trahet similitudo. Nolo [31] morte dici Africani *castratam* esse rempublicam: nolo *stercus curiæ* dici [32] Glauciam: quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio similitudinis. Nolo esse aut majus, quam res postulet, [g] *Tempestas comissationis:* aut minus, *Comissatio tempestatis.* Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, [33] quam fuisset illud proprium ac suum: [34] *quidnam est, obsecro?* [h] *quid te adiri abnutas?* melius esset, *vetas, prohibes, absterres;* quoniam ille dixerat, [35] [i] *Illico istic, ne contagio mea bonis, umbrave obsit.* Atque etiam, si vereare, ne paullo durior translatio esse videatur, mollienda est, [36] præposito sæpe verbo: ut si olim, M. Catone mortuo, *pupillum* senatum quis relictum, diceret, paullo durius; sin, *ut ita dicam, pupillum,* [37] aliquanto mitius. Etenim verecunda debet esse translatio, ut deducta in alienum locum, non irruisse, atque ut [k] precario, non vi, venisse videatur. [l] Modus autem nullus est [38] florentior in singulis verbis, [39] nec qui plus luminis afferat orationi. * * Nam [m] illud,

[g] *immoderati convivii.* [h] *prohibes ne te conveniam.* [i] an times *ne* ego tanquam aliqua pestis *bona tua contagione inficiam, vel umbræ instar* arbores tuas ac fruges *lædam,* et ab iis solem prohibeam. [k] *precibus adhibitis.* [l] *tropus in singulis verbis nullus est metaphora præstantior.* [m] *allegoria quæ ex metaphora ducitur, constat ex pluribus metaphoris, estque veluti continuata metaphora.*

30. *Verbis transferendis.* Sic ex edd. pr. restituimus, et sic plerique MSS. Si quis cum Pearcio malit addere e MSS. ejus *in,* non valde repugnemus: sed non est necesse. Vulgatum *verbi transferendi* est e correctione Aldi, qui veterem lectionem non concoquebat. *Ernest.*

31. *Morte dici Afr.* Invertit Pearcius, *dici morte,* ut est in quibusdam libris. Forte *dici* hic, aut post ante *Glauciam,* inculcatum est. *Ernest.*

32. *Glauciam.* Conf. ii. 65. fin. Cogitatio similitudinis non solum per se est deformis, sed in primis etiam de curia. v. Wetzel. *Harl.*

33. *Quam fuisset illud p.* Restituimus ex edd. vett. *fuisset,* quod quis primus omiserit, piguit quærere. Est et in MS. Erl. *Ernest.*

34. *Quidnam est, obsecro? quid te adiri* ABNUTAS? Multum sudarunt viri doctissimi in hoc, et sequente versu ad suos numeros revocando. Clarissimus autem Bentleius tandem, quod alii conati sunt, in Emend. ad lib. iii. c. 12. Tusc. Disp. felicissime perfecit. Versus (inquit) sunt desumpti ex Ennii fabula, in qua Thyestes hæc cum choro loquitur: sunt autem Bacchaici tetrametri; Bacchius constat ex duabus longis syllabis brevem insequentibus. Apud Latinos in prima sede Molossum pedem hi versus frequenter recipiunt: in cæteris Pæonem, at Molossum rarius: totum igitur locum doctissimus Vir sic restituit.

Thy. *Nolite, hos | pites, ad | me adire: il | lico istic:*
Ne conta | gio mea | bonis um | brave obsit:
Meo tan | ta vis scele | ris in cor | pore hæret.
Cho. *Quidnam est ob | secro? quid | te adiri* | RENUTAS? *Pearce.*

35. *Illico istic.* Scribendum videtur *istinc.* Ceterum ista ad versuum numeros revocavit Bentleius ad Tusc. iii. 12. ubi videat, qui volet. *Ernest.*

36. *Præposito sæpe verbo.* Cur *sæpe?* Videtur aliud verbum hic latere. *Ernest.*

37. *Aliquanto mitius.* Vulgati addunt *est,* quod recte jam delevit Pearcius. Deberet saltem *esset* scribi, quia præcedit *diceret. Ernest.*

38. *Florentior.* Scil. quam translatio. *Pearce.*

39. *Nec qui plus lum. afferat orationi. Orationi* primum dedit Asc. ante erat *oratori.* Sed manifestum esse arbitror, hic esse lacunam. Nam ille modus non expressus est, et sequitur *ex hoc genere,* quod tamen non commemoratur. Fuit ut opinor, *quam ἀλληγορία,* v. Or. c. 27. Quia spatium relictum erat verbo Græco, quod in principio formulæ typographicæ literarum græcarum non erant, excidit etiam *quam* per errorem typographorum. Mirum est, id a nemine animadversum esse: MSS. autem vel ex editis exemplis fluxere, vel ab imperitis græcæ linguæ scripti sunt. *Ernest.*

quod ex hoc genere profluit, non est in uno verbo translato, sed ex pluribus continuatis connectitur, ut aliud dicatur, aliud intelligendum sit:

Neque me patiar iterum
Ad unum scopulum et telum classem Achivum [40] *offendere.*

Atque illud,

[41] *Erras, erras: nam exsultantem te, et præfidentem tibi*
Repriment validæ legum habenæ, atque imperii [n] *insistent jugo.*

Sumta re simili, verba ejus rei propria deinceps in rem aliam (ut dixi) transferuntur.

(42.) Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est. Etenim ex hoc genere fiunt ea, quæ dicuntur ænigmata. Non est autem in verbo [o] modus hic, sed in [42] oratione, id est, in continuatione verborum. Ne illa quidem [43] [p] traductio atque immutatio in verbo quamdam [44] fabricationem habet, sed in oratione:

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Pro *Afris* est sumta *Africa:* [45] neque factum verbum est, ut, *Mare saxifragis undis:* neque translatum, ut, *Mollitur mare:* [46] sed ornandi causa [q] proprium proprio commutatum. *Desine Roma tuo shostes:* et, *Testes sunt campi magni.* Gravis est modus in ornatu orationis et sæpe sumendus: ex quo genere hæc sunt, [47] [r] *Martem belli esse communem,* [48] *Cererem* pro frugibus; [49] *Liberum* appellare pro vino; *Neptunum* pro mari; *curiam* pro senatu; *campum* pro [s] comitiis; [50] *togam* pro pace; *arma* ac *tela* pro bello:

[n] *submittent.* [o] *tropus.* [p] *metonomasia et hypallage* a Græcis dicta. [q] ut Africa pro Afris ponitur, &c. [r] *aleam belli.* [s] quæ habentur in campo Martio.

40. *Offendere. Offendere* (i. e. impingere) *classem Achivum ad scopulum et telum.* Per vocem *telum* intelligas vel telum Hectoris, qui naves Græcorum incendit; vel bellum, ut in capite sequ. dicitur metaphorice *arma* ac *tela* poni pro *bello. Pearce.* Allegoria ducta est a periculo classis Græcorum ad Caphareum Eubœæ promontorium, Nauplio, Palamedis patre, ignes proferente et Græcos in naufragium alliciente. V. Ovid. Trist. i. 1. 83. *Harl.*

41. *Erras—jugo.* H. e. falleris; leges atque imperium cohibebunt tuam petulantiam et audaciam; allegoria ab equo indomito et dein coacto sumta. *Harl.*

42. *Oratio,* de verbis pluribus junctis, opponiturque singulis. *Ernest. in Clave.*

43. *Traductio atque immutatio.* Intelligit Metonymiam sive Hypallagen, ut loquuntur Grammatici. *Pearce.*

44. *Fabricationem.* H. e. molitionem artificis et artem. *Harl.*

45. *Neque factum.* Sensus est: quum dicitur *Africa* pro *Afris,* istum verbum *Africa* neque est factum [s. ex pluribus compositum,] neque translatum: est ergo in oratione, non in verbo, illa immutatio. *Pearce.*

46. *Sed ornandi causa.* Refer ad *Africam* pro *Afris* dictam: sequentia sunt alia et similia exempla ad illustrandum. *Ernest.*

47. *Martem.* Ut Vulcanum pro igne, Martem pro bello dicere eruditionem redolet, inquit Fabius, lib. viii. cap. 6. ita Liberum et Cererem pro vino et pane licentius aliquis usurpaverit. *Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ.* Cicero pro Marcello. *Proust.*

48. *Cererem.* Tritum est illud Terentii in Eunucho act. IV. scen. 5. *Sine Cerere et Libero friget Venus,* i. e. subtracto pane et vino intemperantia minuitur. *Proust.*

49. *Liberum.* Egregie Valer. Maxim. lib. ii. cap. 1. *Proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit. Proust.*

50. *Togam. Cedant arma togæ,* sic Tullius pacem præferendam esse significabat. *Proust.*

quo item in genere et virtutes, et vitia [t]pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur: *Luxuries* quam in domum irrupit, et, Quo *avaritia* penetravit: aut *Fides* valuit, *Justitia* confecit. Videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo commutatoque verbo res eadem enuntiatur ornatius: cui sunt finitima [51] illa minus ornata, sed tamen non ignoranda, cum intelligi volumus aliquid, aut ex parte totum, ut, pro ædificiis cum *parietes*, aut *tecta* dicimus: aut ex toto partem, ut, cum unam turmam, *equitatum populi Romani* dicimus: aut ex uno plures,

At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat.

aut [u] cum ex pluribus [52] intelligitur unum,

Nos sumu' Romani, [53] *qui fuimus ante Rudini,*

aut quocumque modo, [x] non ut dictum est in eo genere intelligitur, sed ut sensum est.

(43.) [54] Abutimur sæpe etiam verbo [y] non tam eleganter, quam in transferendo: sed etiam si licentius, tamen interdum non impudenter: ut cum *grandem orationem* pro magna, *minutum animum* pro parvo dicimus. Verum [z] illa videtisne esse non verbi, sed orationis, quæ ex pluribus, ut exposui, translationibus connexa sunt? hæc autem, quæ aut immutata esse dixi, aut aliter intelligenda, ac dicerentur, [a] sunt translata quodam modo. Ita fit, ut omnis singulorum verborum virtus atque laus, tribus exsistat ex rebus: si aut vetustum verbum sit; quod tamen consuetudo ferre possit: aut factum vel conjunctione, vel novitate; in quo item [b] est auribus consuetudinique [55] parcendum: aut translatum; quod maxime tanquam stellis quibusdam notat et illuminat orationem.

Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maxime, collocationem primum, deinde modum quendam formamque desiderat. Collocationis est componere et struere verba, sic, ut neve asper eorum concursus, neve [c] hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus

[t] *pro hominibus eo vitio laborantibus,* ut avaritia pro avaris. [u] *cum unus homo de se loquitur quasi plures essent.* [x] *cum aliud quidlibet intelligitur, non ut ipsa verba videntur significare in certo genere sumpta, sed ut is, qui dicit, sentit ipse, ac significat.* Sic ad significandum bellum adhibentur verba, quæ procellam ac tempestatem significant. [y] *non tam eleganti modo, quam cum adhibetur translatio.* [z] *hæc omnia non singulis verbis continentur, sed oratione perpetua.* [a] *habent aliquid metaphoræ.* [b] *videndum est ne aures et consuetudo offendantur.* [c] *hianti et aperto ore pronunciandus.*

51. *Illa minus ornata.* Transit ad illum tropum, qui vocatur Synecdoche. *Pearce.*

52. *Intelligitur unum.* Edd. Lamb. C. Steph. *unus*, e correctione, quod secutus est Pearcius. Lenius sane est pro exemplo: sed non necessarium: potest enim et in rebus fieri. *Ernest.*

53. *Qui fuimus ante Rudini. Fuvimus* edidit Pearcius. Sic pronunciandum, non scribendum, ut in aliis monuimus. Tum si versus est de Ennio, bene habet *Rudini.* Sin minus, vetus lectio *Rutuli*, quam et Aldus servavit, est retinenda, et pronunciandum *Rutulli. Ernest.*

54. *Abutimur sæpe.* Hunc tropum *Catachresin* vocant rhetores. *Pearce.*

55. *Parcendum.* Hæc lectio est in ed. W. revocata ab Aldo. intermediæ habent *parendum.* Illud sane melius est, imprimis propter verbum *auribus. Ernest.*

et [d] lævis. [56] [e] In quo lepide in soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit Lucilius,

[57] [f] *Quam lepide lexeis compostæ? ut* [58] *tesserulæ omnes*
[59] *Arte pavimento, atque* [60] *emblemate* [61] *vermiculato.*

[d] concursus vocum sit *recte cohærens, et æquabilis.* [e] *in quo* genere *facete jocatus est, qui jocandi peritissimus erat, Lucilius,* in quadam satyra *loquentem inducens* Mucium Scævolam *socerum meum,* a quo Albucius accusatus erat de pecuniis repetundis. [f] *verba tua, o Albuci, quam eleganter sunt composita! ita sunt coagmentata, ut in pavimento inter se consertæ sunt ex arte tesserulæ et emblemata.*

56. *In quo lepide in soc. mei persona lusit. Personam* habent edd. s. l. a. Med. Asc. Vulgg. *persona,* quod ex ed. W. sumsit Ald. Est autem durius, intelligi *in.* Dicimus *ludere aliquem.* nempe false perstrinxit affectatam compositionem; unde recte dici poterat *lusit personam.* Sed quia MS. E. habet *in soc. m. persona,* et Cicero mox eodem modo loquitur in eadem re, ita edidi. *Ernest.*

57. *Quam lepide lexeis compostæ,* &c. Sensus est: Lexeis, id est, verba tua, o Albuci, lepide et eleganter composita coagmentataque sunt in oratione, ut in pavimento, vel in emblemate vermiculato omnes tesserulæ sunt arte compositæ. Tesserulæ sunt lapilli aut lateres quadrati, quibus ædium solum consternitur; opusque tesserulis apte consertum, et effigie rerum animaliumque distinctum, emblema vermiculatum vocatur. *Strebæus.*

58. *Tesserulæ.* Tesserula est lapillus in pavimento, unde opus tesselatum, quod idem est cum vermiculato: de quo infra. Salmas. ad Solin. p. 854. add. Casaub. ad Sueton. Cæs. 47. *Ernest. in Clave.*

59. *Arte.* Lamb. *endo,* recte. Sed male interpretatur Pearcius. *Ernest.*

Ibid. *Arte pavimento.* In veteribus quibusdam libris, quos ego vidi, pro *arte* scriptum est *endo,* ut sit *ἐν τῷ,* quæ scriptura perspicue extat apud Plinium, lib. xxxv. cap. 25. Constat autem Lucilium Græcas voces Latinis versibus non semel immiscuisse. *Ursin.*

60. *Emblemate.* Dicitur de operibus tesselatis, pavimentis, in quibus nulla sigilla *περιφανῆ* s. eminentia. *Ernest. in Clave.*

61. *Vermiculato.* Quid sit *vermiculatum,* de eo non consentiunt Viri docti. Alii enim interpretantur, minutis tesserulis, tamquam vermiculis, structum et variegatum; alii cocco tinctum, quod color coccineus fit e vermiculis, qui sunt in bacca cocci, vermiculus etiam ipse et vermiculum pro cocco dicitur. Hanc sententiam protulit et defendit Salmasius ad Solin. p. 192. 854. sequitur eum Harduinus ad Plin. H. N. xxxvi. 6. videtur etiam probare Bochartus Hierozoic. T. ii. iv. 27. Sed ut sententia Salmasiana non sit sine specie, et *vermiculatum* esse possit cocco tinctum; tamen altera est verisimilior, et loco Ciceroniano et Pliniano accommodatior. Primo si *vermiculatum* in hoc re de colore diceretur, consequens esset, ut aut omnes illi lapilli coccinei fuissent, quod nemo sibi persuaderi patietur; fuerunt enim diversorum colorum, ut effigies rerum et animalium exhiberentur: aut *vermiculatum* esset in genere coloratum; quod probari nemini poterit, nec Salmasio in mentem venit credere, aut demonstrare. Accedit id, quod rem conficit, ap. Plinium, loco mox citando, tradi, crustas marmoris in opere vermiculato sub Claudio demum cœpisse pingi. Deinde in locis, ubi hoc verbum occurrit, clare apparet, non respici ad colorem lapillorum, sed ad structuram et dispositionem eorum. Oratio a Lucilio et Cicerone comparatur cum vermiculato opere, non ratione ornamentorum, quibus quasi coloribus illuminata et picta est; sed ratione structuræ verborum artificiosæ: unde et *vermiculum sternere* in inscr. ap. Murator. T. i. p. 314. n. 2. Sic apud Plin. H. N. xxxv. 1. *vermiculatæ ad effigies rerum et animalium crustæ* non possunt profecto esse coccineæ, aut colore tinctæ, sed ita dispositæ, ut effigies rerum et animalium exhibeantur. Tertio, quod negat Salmasius, *vermiculatum* a vermibus dici posse, quod nulla similitudo sit inter lapillos illos in opere vermiculato et vermes, cum lapilli illi quadrati fuerint: primo etiam grana non sunt quadrata, et tamen lapillos illos grana dici scimus, unde et Græci *κονδροβολίαν* dicunt, *ἀπὸ τοῦ κόνδρου,* grano; deinde vermiculatum non est minutum, sed ex minutis lapillis per varios tortuososque flexus structum et compositum, in quo profecto est quædam cum vermiculis similitudo, eorumque motu. Sic *vermina* dicebantur dolores, qui Græce *στρόφοι,* post tormina dicebantur, a minuto motu, quasi a vermibus corpus scinderetur, ut auctor est Festus. Ceterum de operibus vermiculatis v. Casaub. ad Sueton. Cæs. 47. Scalig. ad Manilium, p. 411. Ciampin. Oper. Musiv. c. 10. sq. Sponii Miscell. Erud. Ant. Sect. II. Artic. 8. *Ernest. in Clave.*

Quæ cum dixisset in Albucium illudens, ne a me quidem abstinuit,

Crassum habeo generum, [g] *ne rhetoricotero' tu sis.*

Quid ergo? [h] iste Crassus, quoniam ejus abuteris nomine, quid efficit? [62] idem illud scilicet, [63] ut ille voluit, et ego vellem, melius aliquanto, quam Albucius. verum in me quidem lusit ille, ut solet. Sed est tamen hæc collocatio conservanda verborum, de qua loquor, quæ [64] junctam orationem efficit, quæ [65] cohærentem, [66] quæ lenem, quæ æquabiliter fluentem. Id assequemini, si [67] verba extrema cum consequentibus primis ita jungetis, ut ne aspere concurrant, [i] neve vastius [68] diducantur.

(44.) Hanc diligentiam subsequitur [k] modus etiam et forma verborum, quod jam vereor, ne huic Catulo videatur esse puerile. [l] Versus enim veteres illi in hac soluta oratione propemodum, hoc est, numeros quosdam, nobis esse adhibendos putaverunt. [69] Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque [70] [m] librariorum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt: idque princeps Isocrates instituisse fertur; ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem, delectationis atque aurium causa (quemadmodum scribit discipulus ejus Naucrates) numeris adstringeret. Namque hæc duo musici, qui erant quondam iidem poetæ, [n] machinati ad voluptatem sunt versum atque cantum, ut et [71] verborum numero, et vocum modo,

[g] *ne glorieris esse te meliorem oratorem.* [h] *quorsum hic appellatur Crassus,* qui non sum ex eorum numero qui verba omnia eleganter coagmentant? *contendo illud tamen efficere quod ille voluit, sed vellem melius quam Albucius.* [i] *neque ore nimium aperto pronuncianda sint.* [k] *numerus* in oratione. [l] *antiqui voluerunt in oratione esse periodos, versuum instar, certis verborum finibus comprehensas, ut iis pronunciatis interspiraret orator, nec defatigaretur.* [m] *eorum qui libros describunt.* [n] *excogitarunt.*

62. *Idem illud scilicet,* ut *ille voluit,* et *ego vellem; melius aliquanto, quam Albucius.* Sensum jam ita perspexit Strebæus: "Non sum nominandus in illis, qui affectatius ornant orationem: contendo efficere, *quod* ille voluit, et verba coagmentare: et ego vellem melius aliquanto connectere, quam Albutius. Conatus est ille, sed arte deficiente pueriliter fecit." *Harl.*

63. *Ut ille voluit,* &c. Hæc sine dubio vitiosa sunt. Pearcius conjicit: *ut i. voluit: at ego vellem m. a.* Mihi lenius et simplicius videtur: *quod ille voluit, et e. v. Ernest.*

64. Junctam *orationem.* Opponitur *hiulcæ* atque adeo oritur ex collocatione apta verborum. *Ernest. in Clave.*

65. *Cohærens oratio,* quæ oritur e compositione apta verborum: opponitur hiulcæ. *Ernest. in Clave.*

66. *Quæ lenem.* Sic correxi cum Pearcio. Edd. pr. W. et s. l. et a. habent *levem,* quod capiendum esset *lævem.* Et ante *lævitas orationis* est commemorata. Sed post ed. Med. dedit *lenem* et Asc. 1. Ald. Lips. quod mutari non debebat. Est enim verbum proprium in hac re Ciceronis: unde *oratio leniter labens* aut *fluens,* quo ipso verbo statim utitur. *Ernest.*

67. *Verba extrema, cum—primis.* Int. ultimam et primam literam utriusque verbi; quod in gratiam eorum lectorum monui, qui exquisitiori latinitati nondum satis sunt adsueti. MS. E. omittit *verba. Ernest.*

68. *Diducantur. Vastius* diducere *verba;* id sit, cum ultima et prima duarum vocum litera non coëunt tamquam in unum verbum: v. c. magna ubertas, magno utique. *Ernest. in Clave.*

69. *Interspirationis.* Scil. clausulas, quæ vox infra occurrit, et hic subintelligenda est. *Harl.*

70. *Librariorum* notis. *Librariorum* notæ, sunt signa interpunctionum. *Ernest. in Clave.*

71. *Verborum numero.* H. e. metro,—*vocum modo* i. e. melodia ad cantum—*satietatem* h. e. fastidium, ut cap. 9. *Harl.*

[73] [delectatione] vincerent aurium satietatem. Hæc igitur duo, vocis dico moderationem, et verborum conclusionem, quoad orationis severitas pati possit, a poetica ad eloquentiam traducenda duxerunt. In quo illud est vel maximum, quod versus in oratione si efficitur conjunctione verborum, vitium est; et tamen eam conjunctionem, sicuti versum, numerose cadere et quadrare, et perfici volumus. neque est ex multis res una, quæ magis oratorem ab imperito dicendi ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit, quantum potest, et id, [73] quod dicit, spiritu, non arte, determinat, orator autem sic illigat sententiam verbis, ut eam [74] numero quodam complectatur, et adstricto et soluto. [o] Nam cum [75] vinxit modis et forma, relaxat et liberat immutatione ordinis, ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur.

(45.) Quonam igitur modo [p] tantum [76] munus insistemus, ut arbitremur nos hanc vim numerose dicendi consequi posse? Non est res tam difficilis, quam necessaria. nihil est enim tam [77] tenerum, neque tam [78] flexibile, neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio. [q] Ex hac versus, ex eadem dispares numeri conficiuntur: [r] ex hac hæc etiam soluta variis modis, multorumque generum oratio. Non enim sunt alia [79] sermonis, alia contentionis verba: neque ex alio genere ad usum quotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur: sed ea nos [s] cum jacentia sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. Itaque tum [80] graves sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus: sic institutam nostram sententiam sequitur orationis genus, idque ad omnem rationem, et aurium

[o] *cum orator numeris orationem astrinxit, eandem solvit et liberat forma versus, evitatis pedibus quibus conficitur.* [p] *rem tantam perficiemus.* [q] *ex iisdem verbis sit versus, et oratio metri legibus soluta.* [r] *ex verbis quibus constat oratio soluta,* si variis modis coagmententur, *oritur stilus diversus,* humilis, mediocris, grandiloquus: *non enim sunt aliæ voces sermonis* quotidiani, *aliæ dictionis forensis.* [s] *cum e sermone communi sumpsimus.*

72. *Delectatione.* Hoc verbum sine dubio spurium est: nam nec coit cum reliqua oratione, et sine causa positum esset. Supra dixerat, delectatione occurri debere satietati: hic modus et causa oblectationis quæritur et exprimitur. Itaque uncis inclusi. *Ernest.*

73. *Quod dicit, spiritu, non arte,* determinat: i. e. orationem in pronunciando non eo loco incidit, ubi ipsa sententia desinit, sed ubi spiritus, adeoque sæpe alieno loco. *Ernest. in Clave.*

74. *Numero—adstricto et soluto.* I. e. certo primum, et certum ordinem et modum pedum servante, et tamen etiam libero ex alia parte, illum ordinem non ita severe sequente, ut poetæ; quemadmodum sequentia declarant. Legatur cap. 47. *Ernest.*

Ibid. Numerus *adstrictus,* est qui proxime ad poeticum accedit: *solutus,* qui longius recedit. *Ernest. in Clave.*

75. *Vinxit modis et forma, relaxat.* Sic restitui primum ex ed. W. deinde, e cap. superioris pr. *sequitur modus etiam et forma verborum.* Sic et MS. E. Viderunt jam alii: *modi* sunt pedes, *forma* est in structura. In modis relaxatio est, cum non severe exiguntur pedes ad certum versus metrum: in forma, cum non exiguntur tot pedes, quot sunt in versu poetico. Vulg. *v. modis, forma et relaxat et liberat. Ernest.*

76. *Munus insistemus. Insistemus* h. e. incipiemus. *Harl.*

77. *Tenerum.* Nempe *oratio tenera* est, quatenus variis modis collocatione et numero formari potest, ut cera, vox, &c. *Ernest. in Clave.*

78. *Flexibile.* Flexibilis *oratio* dicitur, quia collocatio verborum modis multis variari potest. *Ernest. in Clave.*

79. *Sermonis, alia contentionis.* Alia sermonis et linguæ quotidianæ, alia orationis majoris apparatus. *Harl.*

80. *Graves.* Qui oratione gravi, magnifica utuntur. *Ernest. in Clave.*

voluptatem, et animorum motum mutatur et vertitur. Sed ut in plerisque rebus incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata: sic in oratione, ut ea, quæ maximam utilitatem in se continerent, eadem haberent plurimum vel dignitatis, vel sæpe etiam venustatis. [81] Incolumitatis ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse hujus totius mundi atque naturæ, rotundum ut cœlum, terraque ut media sit, eaque [82] sua vi [t] nutuque teneatur; sol ut circumferatur, ut accedat ad brumale signum, et inde sensim ascendat in diversam partem; ut luna accessu et recessu suo solis lumen accipiat; ut eadem spatia quinque stellæ dispari motu, cursuque [83] conficiant. Hæc tantam habent vim, ut paullum immutata cohærere non possint: tantam pulcritudinem, ut nulla species ne excogitari quidem possit ornatior. referte nunc animum ad hominum, vel etiam ceterarum animantium formam et figuram. nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam, totamque formam quasi perfectam reperietis arte, non casu.

(46.) Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam conservandamque naturam? nusquam tamen est ulla pars, nisi venusta. Linquamus naturam, artesque videamus. Quid tam in navigio necessarium, quam latera, [84] quam cavernæ, quam prora, quam puppis, quam antennæ, quam vela, quam mali? quæ tamen hanc habent in specie venustatem, ut non solum salutis, sed etiam voluptatis causa, inventa esse videantur. Columnæ et templa et porticus sustinent: tamen habent non plus utilitatis, [85] quam dignitatis. [86] Capitolii [87] fastigium illud, et cæterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est; nam cum esset habita ratio, quemadmodum ex utraque tecti parte aqua delaberetur; utilitatem templi, fastigii dignitas consecuta est: ut, etiamsi [88] in cœlo statueretur, ubi imber

[t] *nixu suo* conglobata, partibus omnibus ad centrum nitentibus.

81. *Incolum. ac sal.* Locum hunc elegantissimum ductum esse ex Platonis Timæo, jam alii animadverterunt. *Harl.*

82. *Sua—teneatur. Nutu*, i. e. momento seu pondere. *Harl.*

83. *Conficiant.* Quinque tunc temporis planetæ cogniti fuerunt, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus, Saturnus. v. Wetzel. *Harl.*

84. *Quam cavernæ.* Sic MSS. etiam E. et edd. pr. non *carinæ*, quod reperi primum in ed. Lips. post ab Aldo receptum venit in omnes edd. Nempe *cavernæ* quam vim haberent, non viderunt. Sunt autem trabes laterum: Virgilius Æn. II. 19. *costas* vocat: ubi v. Servius, quem hic commode attulit Pearcius, qui ante nos hoc verbum Ciceroni h. l. restituit. Porro *cavernas* Cicero poterat inter partes navis eas referre, quæ etiam specie placerent: quod in carinas vix cadit, quæ fere totæ aquis mersæ sunt, nec sunt in conspectu. *Ernest.*

85. *Quam dignitatis.* Tales sunt columnæ opere Dorico, Ionico, et præcipue Corinthiaco. *Proust.*

86. *Capitolii.* Capitolium templum Jovis in monte Tarpeio, cui nomen imposuit hominis caput ipsis in fundamentis repertum. Fuere quatuor capitolia diversis temporibus exstructa. Ejus, quod erexit Tarquinius Priscus, tegulas æreas primus Catulus inauravit post Carthaginem eversam. *Proust.*

87. *Fastigium*, proprie est templorum: unde inter cetera invidiosa a Cæsare usurpata, etiam *fastigium* memoratur. cf. Suet. Cæs. 81. et ibi Intt. Sed imprimis Salmas. ad Spartian. Pescenn. cap. 12. qui Cæsaris fastigium docet, non de tecto capiendum, sed de ornamento tecti, quale vulgo etiam in templis fuerit. Plutarchus *ἀκρωτήριον* vocat, quod ita accipitur, vid. Ind. Gr. cf. eundem ad Solin. p. 853. Nempe *fastigium* et tectum templi est: unde ap. Plinium, v. c. xxxv. 12. *Signa* dicuntur in *fastigiis* stare: et signum in tecto ipsum. *Ernest. in Clave.*

88. *In cœlo statueretur.* Edd. vett. etiam

esse non posset, nullam sine fastigio dignitatem habiturum fuisse videatur. Hoc in omnibus item partibus orationis evenit, ut utilitatem ac prope necessitatem suavitas quædam et lepos consequatur. Clausulas enim atque interpuncta verborum animæ interclusio atque angustiæ spiritus attulerunt. [89] Id inventum ita est suave, ut, si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum [90] perpetuare verba nolimus. id enim auribus nostris gratum est inventum, quod hominum lateribus non tolerabile solum, sed etiam facile esse posset.

(47.) [u] Longissima est igitur [91] complexio verborum, quæ volvi uno spiritu potest. Sed hic naturæ modus est, artis alius. nam cum sint numeri plures; iambum, et [92] trochæum frequentem [93] segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; sed [x] sunt insignes [94] percussiones eorum numerorum, et minuti pedes. Quare primum [95] [y] ad heroum nos dactyli, et anapæsti, et spondei pedem

[u] *longissima periodus ea est, quæ uno spiritus conatu pronunciari potest.* [x] *oratio numerosa, quæ constat ex iambis et trochæis, offendit, quasi subsultat propter brevitatem pedum.* [y] *pedem quo utimur in carmine heroico.*

plerique MSS. ut Erl. consensu hic addunt *Capitolium:* quod revocavit Pearcius. Sustulit primus Gruterus. Et sapit profecto glossatorem, intelligique commode e proximo potest *templum;* quod tamen de Capitolio capiendum est, ut facile patet. Ceterum scribendum semper putavi *habiturum esse:* nam præcedit *statueretur*, non *statutum fuisset.* Ecce sic habet MS. Erl. supra scripto *fuisset* recentiori manu. Itaque sic edidi. Quo loco venit in mentem loci Aristophanei, ubi dicit aliquis in describenda felicitate cœlesti, omnes habituros ædes, quæ fastigia habeant. *Ernest.*

89. *Id inventum ita est suave. Est* habent edd. veteres: quod temere omissum restitui. Mox sine dubio scribendum *idem enim*, vel *idem* sine *enim. Inventum* est, cognitum, animadversum: nisi insititium est. Nam languet sane. Omnino totus hic locus non mihi videtur adhuc perpolitus esse. *Ernest.*

90. *Perpetuare verba*, est eodem spiritu pronunciare, nihil incidere. *Ernest. in Clave.*

91. *Complexio verborum*, est periodus. *Ernest. in Clave.*

92. *Trochæum.* Trochæus Ciceronis ex tribus brevibus constat. v. Orat. c. 57 et 64. *Pearce.*

93. *Segregat ab oratore Aristoteles.* Quod hic præcipit Cicero, tradidit Aristoteles, lib. iii. Rhetor. cap. 8. Ὁ δὲ ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι, καὶ ἐκστῆσαι. ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα. *Proust.*

94. *Sunt insignes percussiones.* H. e. percussiones eorum numerorum sunt insignes, ideoque oratori parum convenientes: Quinctil. docet, quid sit *percussio*, in Inst. Orat. lib. 9. c. 4. *Tempora animo metiuntur, et pedum et digitorum ictu* (i. e. percussione) *intervalla signant quibusdam notis, atque æstimant quot breves illud spatium habeat, inde τετράσημον, πεντάσημον: deinceps longiores fiunt percussiones*, et ibid. *Trimetrum est,* PRO MISERO DICERE LICEAT; *sex enim pedes tres percussiones habent:* omne igitur metrum, quod ex duobus pedibus constat, suam habet percussionem. Huc facit id quod Noster in cap. sequ. *Numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis æqualibus. Pearce.*

Ibid. *Percussiones.* Percussio, est in musicis, et deinde in poeticis, et numeris oratoriis, qui et *ictus* dicitur; quia tibicen pede ferit terram. Sic in Senario tibicen, qui rhythmum et tempus moderatur, ter pede ferit terram; unde tres in eo ictus s. *percussiones* dicuntur esse. In iis autem syllabis, in quibus tibicen solum ferit pede, vox ab actore acuitur et tollitur: hinc Græce ἄρσις dicitur percussio, et syllaba dicitur esse in ἄρσει, cum ceteræ sint in θέσει vid. Bentlei. de Metris Terentian. init. *Ernest. in Clave.*

95. *Ad heroum.* Id refert Aristoteles loco supra laudato. τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῶος σεμνὸς καὶ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος. *Proust.*

Ibid. *Heroum.* Pes *herous* s. heroicus dicitur dactylus, quoniam poëtæ epici versibus hexametris poëmata sua confecerunt. v. Wetzel. *Harl.*

invitat: in quo impune progredi licet [z] duo duntaxat pedes, aut paullo plus, ne plane in versum, aut similitudinem [96] versuum incidamus. [97] Aliæ [a] sunt geminæ, quibus hi tres [98] heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. [99] Probatur autem ab eodem illo maxime pæon; qui est duplex. Nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, ut hæc verba, *desinite, incipite, comprimite;* aut a brevibus deinceps tribus, extrema producta, atque longa, sicut illa sunt *domuerant, sonipedes.* Atque illi philosopho ordiri placet a superiore pæone, posteriore finire. est autem pæon hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura, quod est acrius judicium et certius, par fere Cretico, qui est ex longa, et brevi, et longa: ut

Quid petam præsidii, aut exsequar? quove nunc?

A quo numero exorsus est Fannius, *Si, Quirites, minas illius.* Hunc ille clausulis aptiorem putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari.

(48.) Neque vero hæc tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poetarum: quos necessitas cogit, et ipsi numeri ac modi, sic verba versu includere, ut nihil sit, ne spiritu quidem minimo, brevius, aut longius, quam necesse est. Liberior est oratio, et plane, ut dicitur, sic et est vere soluta, non ut fugiat tamen, aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationem, quæ quidem sit polita atque facta quodammodo, non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere. Etenim, sicut ille suspicatur, [1 b] ex illis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapæstus, procerior quidam numerus, effloruit; inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus; cujus membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni

[z] *usque ad duos tantum pedes.* [a] percussiones. [b] *ex illis numeris qui conficiunt versum* heroicum, *qui maxime est in usu, ortus est versus anapæsticus, heroico liberior,* qui præter dactylum et spondæum admittit anapæstum: *ex anapæstico fluxit multo licentior dithyrambus, qui ex quibuslibet pedibus efficitur.*

96. *Versuum.* Pearcius ex uno MS. corrigit *versus:* non bene. Nam non est necesse, quamquam *versus* in singulari præcessit; et unius MS. testimonium hic non sufficit. Nec est unum genus versuum, in quos incidere possimus. *Ernest.*

97. *Aliæ sunt geminæ.* Int. percussiones; sed tamen paullo exquisitius dictum est, pro, aliorum numerorum sunt binæ percussiones. *Ernest.*

Ibid. *Aliæ sunt geminæ.* In singulis pedibus simplicibus, quia habent *ἄρσιν* et *θέσιν, elationem* et *positionem,* singulæ sunt percussiones: si duos in clausula pedes certos constituimus, geminæ sunt percussiones; si totidem pedes apponimus in principio, aliæ sunt geminæ in principio continuationis, quam Græci *περίοδον* vocant. Ponuntur itaque non sine dignitate et in principio et in fine, vel ipsi ordine tres pedes heroi dactylus, anapæstus et spondæus, vel singuli cum aliis mixti: quod potius est intelligendum. *Strebæus.*

98. *Heroi pedes. Pes* herous, qui in heroico carmine adhibetur, anapæstus, dactylus, spondæus. *Ernest. in Clave.*

99. *Probatur.* Locus est Aristotelis ex eodem cap. 8. lib. iii. Rhetor. desumptus. Ὁ δὲ παιὰν λεπτέος· ἀπὸ μόνου γὰρ οὐκ ἔστι μέτρον τῶν ῥηθέντων ῥυθμῶν· ὥστε μάλιστα λανθάνειν. *Proust.*

1. *Ex illis modis.* Vulg. *et ex illis m.* Sed *et* ab omnibus edd. vett. abest; et hic plane redundat. *Ernest.*

Ibid. *Ex illis modis,* etc. Docet poëtarum exemplo, numerum esse debere in oratione liberiorem, quia poëtæ sibi permiserunt liberiora carminum genera: initio enim tantum utebantur carmine Heroico et Iambico: mox adjecerunt versus Anapæsticos, qui sunt multo liberiores, postremo Dithyrambicos omnium liberrimos. Anonym. *Pearce.*

locupleti oratione diffusa. Et, si numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet [c] quasdam [2] impressiones, et quod metiri possumus intervallis æqualibus; recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Nam si [3] rudis et impolita putanda est illa [4] sine intervallis loquacitas perennis et profluens, quid est aliud causæ, cur repudietur, nisi quod [d] hominum [5] aures vocem natura modulantur ipsæ? quod fieri, nisi inest numerus in voce, non potest. Numerus autem [e] in continuatione nullus est: distinctio, et æqualium, et sæpe variorum intervallorum percussio, [6] numerum conficit: [f] quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus; in amni præcipitante non possumus. Quodsi [7] continuatio verborum hæc soluta, multo est aptior atque jucundior, si est articulis membrisque distincta, quam si continuata ac producta; [8] membra illa [g] modificata esse debebunt: quæ si in extremo breviora sunt, [h] infringitur ille quasi [9] verborum ambitus: sic enim has orationis conversiones Græci [i] nominant. Quare aut paria esse debent posteriora superioribus, extrema primis, aut, quod etiam est melius et jucundius, longiora.

(49.) Atque hæc quidem ab [k] iis philosophis, quos tu maxime diligis, Catule, dicta sunt: quod eo sæpius testificor, ut [l] auctoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. Quarum tandem? inquit Catulus; aut quid disputatione ista afferri potest elegantius, aut omnino dici subtilius? At enim vereor, inquit Crassus, ne hæc aut

[c] *certos quosdam pedes, quibus egregie clauditur.* [d] *aures hominum naturali propensione in loquentium vocibus modum exigunt.* [e] *in rebus perpetuo cohærentibus et conjunctis nullus est numerus.* [f] *numerum* vel parem vel imparem *observare possumus in cadentibus e stillicidio guttis, quia aliæ post alias certis spatiis interpositis decidunt; non possumus animadvertere in fluvio, cujus aquæ continuato ac perenni lapsu devolvuntur.* [g] *quodam ambitu comprehensa.* [h] *rumpitur.* [i] cum appellant periodos. [k] Aristotele et Theophrasto. [l] *cum antiquos auctores citavero.*

2. *Impressiones.* Hodie *cadences*, dispositiones quasi pedum ad consistendum et quiescendum. *Harl.*

3. *Rudis et impolita.* Respondet e contrario superiori, *facta et polita.* Sed edd. pr. habent *rudis et indocta;* quod sine necessitate mutatum esse arbitror; nempe ut illis conformaretur: quamquam et in MSS. reperitur *impolita*, ut Erl. Certe *loquacitas impolita* mihi non placet. *Ernest.*

4. *Sine* intervallis *loquacitas:* h. e. sine interpunctis et interspirationibus. *Ernest. in Clave.*

5. *Aures vocem natura mod. ipsæ.* Edd. vett. etiam Victoriana pr. ap. Junt. habent *naturæ ipsæ:* quod a Victorio in ed. sec. et a Manutio mutatum in *natura ipsa:* unde in editiones omnes venit. Ego medium ferire statui; et *ipsæ* tamen retinui ex edd. pr. ut referatur ad *aures.* Et sic MS. E. *Ernest.*

6. *Numerum conficit: quem in cad. guttis*, etc. Vide sensibilem voc. *numerus* originem, et confer Gesnerum ad Quinctil. ix. 4. 45. Numerus sive modus, modulatio, sensui jucunda, proprie oritur e. g. ex apta pedum compositione. Intervalla sunt spatia, quibus numerus excurrit: conf. supra, ad ii. 87. sub finem: *percussio* autem id fere, quod nos *Tact* vel potius *Scansion* dicimus. V. Strebæum, copiose hunc locum interpretantem. *Harl.*

7. *Continuatio v. soluta.* Continuatio opponitur membris singulis sensum per se plenum efficientibus: quæ et *dissoluta* dicuntur, cum non connexa sunt inter se: eaque est *soluta continuatio. Ernest.*

8. *Membra illa modif. e. d.* Unde sit lectio *membra*, nondum reperi: credo esse correctionem viri docti. Primum occurrit in ed. Car. Stephani, quoad observavi. Edd. priores omnes *verba:* quod nullo modo locum habere potest. *Membra modificata* fiunt numeris. MS. quidem E. habet *membra. Ernest.*

9. *Verborum* ambitus, est *πεϱίοδος. Ernest. in Clave.*

difficiliora [m] istis ad persequendum esse videantur, aut, quia non traduntur in vulgari ista disciplina, nos ea majora, ac difficiliora videri velle videamur. Tum Catulus, Erras, inquit, Crasse, si aut me, aut horum quemquam putas a te hæc [10] opera quotidiana et pervagata exspectare. ista, quæ dicis, dici volumus: neque tam dici, quam isto dici modo: neque tibi hoc pro me solum, sed pro his omnibus sine ulla dubitatione respondeo. Ego vero, inquit Antonius, inveni tandem, quem negaram [11] in eo, quem scripsi, libello, me invenisse eloquentem. sed eo te ne laudandi quidem causa interpellavi, ne quid de hoc tam exiguo sermonis tui tempore verbo uno meo diminueretur. Hanc igitur, Crassus inquit, [n] ad legem cum exercitatione, tum stilo, qui et alia, et hoc maxime ornat ac limat, formanda vobis oratio est. Neque tamen hoc tanti laboris est, quanti videtur: [o] nec sunt hæc rhythmicorum ac musicorum acerrima norma dirigenda. et efficiendum est illud modo vobis, ne [12] fluat [p] oratio, ne vagetur, [q] ne insistat interius, [r] ne excurrat longius: ut membris distinguatur, ut [13] conversiones habeat absolutas. Neque semper utendum est [14] perpetuitate, et quasi conversione verborum, sed sæpe [15] [s] carpenda membris minutioribus oratio est, quæ tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. Neque vos pæon, aut herous ille conturbet. ipsi occurrent orationi: ipsi, inquam, se offerent, et [16] respondebunt non vocati. consuetudo modo illa sit scribendi atque dicendi, ut [17] sententiæ verbis finiantur, eorumque verborum junctio nascatur a proceris numeris ac liberis, maxime [t] heroo et [18] [u] pæone posteriore aut [x] cretico, sed

[m] Cottæ et Sulpicio. [n] *in numeros flectitur oratio exercitatione et stilo.* [o] *numeri persequendi sunt non eorum severo more, qui carmina et odas concinendas scribunt.* [p] sine ulla distinctione. [q] *ne sistat prius quam numerus sit absolutus,* ut ea oratio cujus posteriores partes brevitate sua defraudant aures auditorum. [r] *ne numero perfecto nondum absoluta sit sententia.* [s] *distinguenda.* [t] dactylo, aut spondeo, aut anapæsto. [u] *una longa, tribus brevibus.* [x] *longa, brevi et longa.*

10. *Opera quotidiana et pervagata.* Sic MSS. et edd. veteres omnes. *pervaga,* quod est in recentioribus, est ex operarum vitio natum. *Ernest.*

11. *In eo, quem scripsi, libello.* Est liber, quem unum scripsit, (Or. 5.) de ratione dicendi, Brut. 44. ubi libellus exilis appellatur. *Ernest.*

12. Fluat *oratio.* Oratio fluens, opponitur vinctæ periodis et numerosæ. Contra *fluens æquabiliter oratio* est lævis ubique oratio, in qua nihil asperum, hiulcum, &c. *Ernest. in Clave.*

13. *Absoluta conversio,* plena periodus omnibus partibus. *Ernest. in Clave.*

14. *Perpetuitate.* I. e. periodica oratione: opponitur enim genus loquendi per κῶλα sive membra minutiora, ut Schützii utar verbis. *Harl.*

15. *Carpenda m. m.* Edd. vett. et MSS. *capienda:* quod sensum nullum commodum habere potest. *Carpenda* verum est, quod Victorio debetur, in cujus editione prima primum reperi. Quid sit *carpere orationem* v. in Clave: nec enim bene interpretatur Pearcius. Mox pro *Neque vos pæon,* ed. Lips. *Neque tamen nos. Ernest.*

Ibid. Carpere *membris orationem,* h. e. non uti comprehensione verborum sed membratim cæsimque scribere. *Ernest. in Clave.* Aut, uti Strebæus, quem consules, exponit, corripere et abbreviare membris minutioribus orationem. Varii autem sunt significatus voc. *carpere.* Sæpius sumitur pro *lacerare. Harl.*

16. *Respondebunt.* In delectu militari *respondere* dicuntur, qui militiam non detrectant. Hinc ductum videtur illud, cum pedes, quibus numeri causa utimur, dicuntur respondere non vocati. *Ernest. in Clave.*

17. *Ut sententiæ verbis finiantur.* Quintiliani lib. ix. cap. 4. accipe, *Verbo sensum cludere, multo, si compositio patiatur, optimum est. in verbis enim sermonis vis inest. At si id asperum erit, cedat hæc ratio numeris, ut fit apud summos Græcos Latinosque oratores frequentissime. Proust.*

18. *Pæone posteriore.* Sic corrigendum putat Pearcius vulgatum *priore.* recte. Nam

[y] varie distincteque considat. Notatur enim maxime similitudo in conquiescendo: et, si primi et postremi illi pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere, modo ne circuitus ipse verborum sit aut brevior, quam aures exspectent, aut longior, [z] quam vires atque anima patiatur.

(50.) Clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror, quam superiora, quod in his maxime perfectio atque absolutio judicatur. nam versus æque prima, et media, et extrema pars attenditur; qui [a] debilitatur, in quacumque sit parte titubatum: in oratione autem prima pauci cernunt, postrema plerique. quæ, quoniam apparent et intelliguntur, varianda sunt, ne aut animorum judiciis repudientur, aut aurium satietate. Duo enim aut tres sunt fere extremi servandi et notandi pedes, [19] si [b] modo non breviora et præcisa erunt superiora; quos aut choreos, aut heroos, aut [c] alternos esse oportebit, [20] [d] aut in pæone illo posteriore, quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico. Horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur, qui audient, fastidio similitudinis, nec nos id, quod faciemus, [e] opera dedita facere videamur. Quodsi [21] Antipater ille Sidonius, quem tu probe, Catule, meministi, solitus est versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut, cum se mente ac voluntate [22] conjecisset in versum, verba sequerentur; quanto id facilius in oratione, exercitatione et consuetudine adhibita, consequemur?

Illud autem ne quis admiretur, quonam modo hæc vulgus imperitorum in audiendo notet; cum in omni genere, tum in hoc ipso magna quædam est vis incredibilisque naturæ. Omnes enim tacito quodam sensu, sine ulla arte, aut ratione, quæ sint in artibus ac rationibus recta ac prava, dijudicant: idque cum faciunt in picturis, et in signis, et in aliis operibus, ad quorum intelligentiam a [f] natura minus habent instrumenti; tum multo ostendunt magis in verborum, numerorum, vocumque judicio; quod ea [g] sunt in [23] commu-

[y] *variis pedibus terminetur.* [z] *quam ut possit uno et continenti spiritu pronunciari.* [a] versus *vitiosus est quacunque in parte pedes idonei non fuerint collocati.* [b] *modo priores periodi partes non sint breviores.* [c] *permixtos inter se et alternis dispositos.* [d] orationis clausula conquiescat. [e] *affectato studio.* [f] *a natura non sunt facti.* [g] *ea sunt in omnium animis et auribus innata.*

posterior par est cretico, non prior, et finit commode sententiam, quia ultima longa est. v. c. 47. denique c. seq. clare rursus sic est pæon posterior et creticus. Itaque non dubitavi recipere in tali evidentia. *Ernest.*

19. *Si modo non br.* Nam tum periodicæ clausulæ locum non habent, sed ad finem sententiæ membratim fundi oratio debet. *Ernest.*

20. *Aut in pæone—cretico.* Sane hic deesse verbum videtur, unde pendeat *in.* Pearcius putat *finire* excidisse, quod sc. ab *oportebit* pendeat: sed ita durior constructio fuerit: *quos oportebit esse—aut finire:* quod a Cicerone non profectum credo. *Finiendum* melius foret, quod responderet superiori *notandi sunt.* Ego quid scribendum sit ad explendum locum, non sustineo definire. *Ernest.*

21. *Antipater.* Hic oriundus ex Sidone in Phœnicia poeta extemporali in carmine facundia celebris, cujus epigrammata undeviginti habemus in Anthologia. Plinius, libro vii. cap 51. refert eum omnibus annis uno die natali tantum correptum febre, et eo consumptum fuisse satis longa senecta. Floruit centum circiter ante Christum annis. *Proust.*

22. *Conjecisset,* &c. Conjicere se in versum mente ac voluntate, de eo, qui versus facere cogitat. *Ernest. in Clave.*

23. *Communibus*—sensibus. Sensus com-

nibus infixa sensibus, neque earum rerum quemquam funditus natura voluit esse expertem. Itaque non solum verbis arte positis moventur omnes, verum etiam numeris ac vocibus. [h] Quotus enim quisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum? At [i] in his si paullum modo offensum est, ut aut contractione [24] brevius fieret, aut productione longius, [25] theatra tota reclamant. Quid? [k] hoc non idem fit in vocibus, ut a multitudine et populo, non modo [26] catervæ atque conventus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes ejiciantur?

(51.) Mirabile est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in judicando. Ars enim cum a natura profecta sit, [27] nisi [natura] moveat ac delectet, nihil sane egisse videatur. Nihil est autem tam [28] cognatum mentibus nostris, quam [29] numeri atque voces; quibus et excitamur, et incendimur, et lenimur, et languescimus, et ad hilaritatem, et ad tristitiam sæpe deducimur: [30] quorum illa summa vis carminibus est aptior et cantibus, non neglecta, ut mihi videtur, a Numa, rege doctissimo, majoribusque nostris, ut epularum sollennium fides ac tibiæ, Saliorumque versus indicant; maxime autem [31] a Græcia vetere celebrata. Quibus utinam similibusque de rebus disputari, quam de puerilibus his verborum translationibus maluissetis! Verum, ut in versu vulgus, si est peccatum, videt: sic, si quid in nostra oratione [32] claudicat, sentit. sed poetæ non ignoscit, nobis

[h] *quam pauci sciunt artem numerorum?* [i] quod spectat quantitatem syllabarum, *si quid* histriones *peccaverint vel contractione vel productione perperam adhibita, spectatores omnes et auditores reclamant.* [k] *nonne idem accidit in modis musicorum et symphonia? non modo tota cohors cum errat, sed etiam singuli cum sibi non consentiunt, exsibilantur.*

munis continetur notionibus insitis, et naturali facultate intelligendi, judicandi, ratiocinandi, recti et boni cognoscendi. *Ernest. in Clave.*

24. *Brevius fieret.* Pearcius conjicit *fierent*, ut ad numeros referatur. Sed id *brevius* et *longius* non sinunt. Intellige, aut si mavis, adde *quid: aut contractione brevius fieret quid. Ernest.*

25. *Theatrum*, frequentia spectatorum et auditorum. *Ernest. in Clave.*

26. *Catervæ atque conventus.* Intellige, actorum in scena, in canticis. *Conventus* sic dici dubito: an *cœtus?* In MS. E. manus, ut videtur, prima fecit *concentus*, quod considerandum. *Catervæ* verbum proprium est in hac re. v. pr. Sext. c. 55. eique proprie *concentus* et *concentio* tribuitur. *Ernest.*

27. *Nisi natura moveat.* Sic ed. W. unde hæc lectio fluxit. Sed edd. f. l. a. Med. &c. etiam MSS. plures, habent *naturam* quod recepit Pearcius. Sed quid est *naturam movere?* Ego delendum puto, ut repetitum temere in ed. W. e præcedente: *ars cum a natura profecta est.* Sed cum non placeret *natura moveat*, correxere *naturam. Ernest.*

28. *Cognatum mentibus nostris*, est res natura menti ita conveniens, ut ea moveatur, inter quam adeo et mentem nostram est quædam συμπάθεια. *Ernest. in Clave.*

29. *Numeri atque voces.* Est hæc Simmiæ philosophi apud Platonem in Phædone sententia, *hominis animum esse harmoniam*: quam opinionem ibidem refellit Socrates. *Proust.*

30. *Quorum illa summa vis.* Paullo durius est *quorum*, cum jam ante sit de iisdem vocibus ac numeris, *quibus.* Sed similia exempla mihi videor in his rhetoricis et philosophicis disputationibus reperisse. Accipiendum autem est pro, *sed eorum* s. v. ut supra l. i. *quam spem consil.* &c. *Ernest.*

31. *A Græcia vetere. Summam eruditionem Græcia sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. Igitur et Epaminondas princeps, meo judicio, Græciæ, fidibus præclare cecinisse dicitur: Themistoclesque aliquot ante annis, cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior.* Cic. lib. i. Tuscul. Quæst. n. 4. *Proust.*

32. *Claudicat.* Claudicare oratio dicitur, cum numerosa non est, neque vincta, aut fluminis instar leniter procurrens, sed sæpe hiat, et tamquam insistit. *Ernest. in Clave.*

[l] concedit: tacite tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt. Itaque illi veteres, sicut hodie etiam nonnullos videmus, cum [m] circuitum et quasi [33] orbem verborum conficere non possent, (nam id quidem nuper vel posse, vel audere cœpimus,) [34 n] terna, aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant: qui [35] in illa [o] infantia naturali, illud, quod aures hominum flagitabant, tendebant tamen, ut et illa essent paria, quæ dicerent, et æqualibus [36] interspirationibus uterentur.

(52.) Exposui fere, ut potui, quæ maxime ad ornatum orationis pertinere arbitrabar. Dixi enim de singulorum laude verborum, dixi de conjunctione eorum, dixi de numero atque forma. Sed

[l] *parcit.* [m] *periodum numerosam.* [n] quorum alia aliis respondent. [o] *imperitia dicendi.*

33. *Orbem verborum.* Orbis *verborum* est periodus, ut ex ejus definitione Ciceroniana patet, qua dicitur *orbi inclusa procurrere oratio;* quod quid sit, intelliges ex iis, quæ de vinciendis sententiis dixi in *Vincire, Sententias vincire.* Orat. 50. hoc quid sit, tironum causa dicendum est; in quo breviter repetemus, quæ olim de hac re ex instituto in prolusione aliqua diximus pluribus. *Vincire* autem est, ita verba et sententias sibi jungere, ut ex pluribus propemodum vel unum verbum, vel una sententia facta videatur. Quod ad verba attinet, res eo redit, ut extremæ et primæ verborum literæ sint ejusmodi, ut in pronunciando verba in unam vocem coalescere possint, quia, ut Dionysius ait, non est *αἰσθητὸς χρόνος μεταξὺ τῶν ὀνομάτων.* de Structur. Orat. 8. 23. a quo deinde *leniter fluere* oratio et lævis esse dicitur. Exemplo esse possunt versiculi Sapphus apud eundem Dionysium: *ποικιλόφρον,* &c. nam in iis omnia verba, quia aut alterum in vocali desinit, alterum a consona incipit, aut contra, coeunt tamquam in unam vocem. In duobus autem *διὸς δολοπλόκε* ea consonæ concurrunt, quarum concursus nihil asperitatis habet, quod ex eo judicatur, quod easdem in eodem verbo occurrere videmus, ut in *διόσδοτος.* Ex Ciceronis innumerabilibus ponamus hoc unum ex Rosc. Am. 24. *hæ sunt impiis assiduæ,* &c. In hoc genere autem illa cautio est, ne nimis ea res studiose aut frequenter fiat, ut Cicero recte præcipit Or. 44. *nam esset cum infinitus tum puerilis labor.* Sed ad vincienda verba etiam hoc pertinet, cum ita collocantur, ut numerose volvatur et cadat oratio; quod genus orationis *aptum* vocatur, cui *solutum et diffluens* opponitur. Atque de hoc posteriore genere, *vincire verba* est apud Ciceronem l. c. qui est locus de hoc genere præstantissimus: agit enim de hoc orationis genere a c. 50. usque ad 71. Sed *sententiæ* etiam *vinciuntur,* quam Dionysius vocat *κώλων ἁρμογὴν* et *εὕρεσιν τῆς συνθετικῆς ἐπιστήμης θεωρίαν* facit, in primisque necessarium esse dicit, *τὰ κῶλα ἁρμόσαι πρὸς ἄλληλα, ὡς οἰκεῖα φαίνεσθαι καὶ φίλα.* l. c. Sect. 7. Id autem fit artificio periodico, quo plures sententiæ una periodo comprehenduntur ita, ut suspensa sit ab initio ejus usque ad finem oratio, atque ita a pluribus enunciationibus propemodum una fiat. *Exemplum sit hoc* Verr. l. 41. *Tutores, pecuniam prætori si pupillæ nomine darent, præsertim grandem, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo dare possent, non videbant.* In hac collocatione sententiarum, qua vincluntur, respiciunt Latini plerumque ad rerum naturam, ut quæ natura et cogitatione priora sint, ea etiam loco priora fiant, tamquam ut causa, ratio, conditio priores sint effectu, &c. Ex hac autem ratione vinciendarum sententiarum vel maxime existit numerus oratorius. Sed hæc pro hujus loci ratione sufficiant. Plura qui volet, adeat illam prolusionem nostram. *Ernest. in Clave.*

34. *Terna — dicebant.* Int. quæ alias membra et incisa dicuntur. *Ernest.*

35. *In illa infantia naturali, illud,* &c. Pearcius e MSS. duobus aut tribus edidit *naturale illud;* quod facile arrideat leviter videnti. Est etiam in MS. E. Ego vulgatum servo. *Naturalis infantia* est communis omnibus, nondum arte et exercitatione sublata. *Naturale,* quod intelligi potest, aut vult Pearcius, est in verbis, *quod aures flagitant.* Sed pro vulgato *tenebant,* quod sane explicari commode potest, ex edd. pr. restitui *tendebant,* i. efficere conabantur: quod huic loco est aptissimum. Nec tam facile quis *tenebant* mutet in *tendebant,* quam contra. Prima *tenebant* habet Mediol. quæ alias ed. f. l. et a. sequitur. In ed. Lips. est *perpendebant,* nescio unde; sed id pro correctione adscriptum reperi a manu docta in exemplo meo ed. Asc. I. *Ernest.*

36. *Interspirationibus.* Interspirationes *æquales,* sunt æquales partes periodorum, atque adeo periodi, quæ uno spiritu pronunciantur, ut adeo æqualibus intervallis respiretur. *Ernest. in Clave.*

[p] si habitum orationis etiam, et quasi [37] colorem aliquem requiritis, est et [38] plena quædam, sed tamen teres: et tenuis, non sine nervis ac viribus: et ea, quæ particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris insidere quidam venustatis, non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color. Tum denique nobis hic orator ita conformandus est et verbis et sententiis, ut, quemadmodum qui utuntur armis aut palæstra, non solum sibi [q] vitandi aut feriendi rationem esse habendam putant, sed etiam, ut cum venustate moveantur; sic verbis quidem ad aptam compositionem [39] [r] et decentiam, sententiis vero ad gravitatem orationis utatur [40] [ut ii, qui in armorum tractatione versantur [s]]. Formantur autem et verba, et sententiæ pæne innumerabiles, quod satis scio notum esse vobis: sed inter conformationem verborum et sententiarum hoc interest, quod verborum [t] tollitur, si verba mutaris; sententiarum permanet, quibuscumque verbis uti velis. Quod quidem vos etsi [u] facitis, tamen admonendos puto, [x] ne quid esse aliud oratoris putetis, quod quidem sit egregium atque mirabile, nisi in singulis verbis illa tria tenere, ut translatis utamur frequenter, interdumque [y] factis, raro autem etiam pervetustis. [z] In perpetua autem oratione, cum et [41] [a] conjunctionis lenitatem, et numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi [42] luminibus distinguenda et [b] frequentanda omnis ratio, sententiarum atque verborum.

(53.) Nam et commoratio una in re permultum movet, et illustris explanatio, rerumque, quasi gerantur, [43] sub adspectum

[p] *si formam et speciem orationis nosse vultis: alia est sublimis, et tamen æqualis* non inflata: *alia tenuis, non tamen exsanguis et exsucca: alia inter utramque media. In hac triplici orationis specie reperiri debet non ascititius, sed verus ac naturalis decor.* [q] ictus. [r] *gratiam.* [s] arti gladistoriæ rationem decori adjungunt. [t] venustas. [u] ita esse *creditis.* [x] *ne putetis ad summum oratoris decus aliud requiri, quam in singulis verbis,* &c. [y] *novatis.* [z] *in continuatione orationis.* [a] *lenem verborum collocationem.* [b] *exornanda.*

37. *Colorem aliquem.* Hic est locus classicus de hac tam venusta, quam subtili materia; quam et Cicero Orat. cap. 21. et Quinctil. in i. Or. passim, quamquam alia interdum significatione, persequitur. Vocabulum a pictoribus ipsoque corpore humano, succo et sanguine pleno, sumtum et ad formam orationis distinctam et venustam translatum est; atque ut color ille corporis æquabiliter fusus nec nimis adspersus imprimis naturalis est, et venustum efficit, ita in oratione si verba et sententiæ sensui maxime accommodatæ majorem perspicuitatem lumenque majus, at moderatum acceperunt, nec tamen sensus tantummodo externos occupant, sed animum quoque mentemque pascunt, naturalis inde orationis oritur pulchritudo. *Harl.*

38. *Plena—sed*—teres. Ducta metaphora est a membris corporis humanis succulentis, et hinc teretibus, quæ inprimis pulchra sunt: unde teretia brachia, teretes cervices laudantur. *Teres* igitur *oratio* est, quæ habet copiam et rerum et verborum et ornamentorum, neque tamen nimiam, ne tumor consequatur, quo accedente, ut membrum in corpore, sic oratio tumida et deformis. *Ernest. in Clave.*

39. *Et decentiam.* Sic, non ut vulg. *condecentiam*, MSS. edd. pr. Aldus, nescio unde, *condec.* dedit. Cicero quidem alibi *decentiam* dixit: nec ipse, nec alii *condecentiam*. Restituit etiam Pearcius. Ceterum in ed. Lips. hæc *sed etiam—utatur* omissa sunt. male. *Ernest.*

40. *Ut ii—versantur.* Hæc quidem supervacua esse judicavit Gruterus. Immo sunt spuria, habentque ineptam et Cicerone indignam repetitionem eorum, quæ ante melius dicta sunt, *ut quemadmodum—moveantur.* Igitur uncis inclusi. *Ernest.*

41. *Conjunctionis lenitatem.* Hic pariter, ut supra in adjectivo, edd. pr. habent *levitatem*, ut MS. E. Mediol. dedit *lenitatem*, consulto an casu, non dixerim: quod deinde omnes secuti sunt: recte. *Ernest.*

42. *Luminibus.* H. e. ornamentis, metaphora a pictoribus sumta; hinc proprie dicitur *distinguenda*. *Harl.*

43. *Sub adspectum p. subjectio.* Edd.

pæne subjectio: quæ et in exponenda re plurimum valet, et ad illustrandum id, quod exponitur, et ad amplificandum; ut iis, qui audient, illud, quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur: et [44] huic contraria sæpe percursio est, et plus ad intelligendum, quam dixeris, significatio, et distincte concisa brevitas, et extenuatio, et huic adjuncta illusio, a præceptis Cæsaris non abhorrens: et [45] ab re longa degressio; in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit: propositioque, quid sis dicturus, et ab eo, quod est dictum, [c] sejunctio, et reditus ad propositum, et iteratio, et rationis apta conclusio: tum augendi minuendive causa, veritatis [d] superlatio atque trajectio: et [46] rogatio, atque huic finitima quasi percunctatio, expositioque sententiæ suæ: tum illa, quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis, ac significantis, dissimulatio; [47] [quæ est perjucunda, cum in oratione non contentione, sed sermone tractatur:] deinde dubitatio, tum distributio, tum correctio, vel ante, vel postquam dixeris, vel cum aliquid [48] a te ipse rejicias: præmunitio est etiam ad id, quod aggrediare, [49] et trajectio in alium: communicatio, quæ est quasi cum iis ipsis, apud quos dicas, deliberatio: morum ac vitæ imitatio vel in personis, vel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis, et aptum ad animos conciliandos vel maxime, sæpe autem etiam ad commovendos: personarum ficta inductio, vel [e] gravissimum lumen augendi, descriptio, [50] erroris inductio, ad hilaritatem impulsio: ante

[c] *ab eo quod dictum est transitus ad aliud rei genus.* [d] *quæ fertur ultra veritatem.* [e] *descriptio, quæ maxime prodest amplificationi.*

ante Aldum, etiam Lips. *adspectu;* quod quis fortasse prætulerit, ut exquisitius. Cicero in hac forma alias accusativo utitur. *Ernest.*

44. *Huic contraria percursio.* Restitui hoc ex edd. pr. in quibus W. unus *percussio,* quod et MS. E. habet. Asc. 1. substituit *præcisio,* quod Lips, sequitur, altero in marginem ejecto: e conjectura, ut opinor, Becichemi aut Budæi: idque in omnes alias edd. venit. Verum est *percursio:* primum, quia opponitur clare *commorationi in una re:* deinde, quia *præcisio* post separatim exprimitur in *concisa brevitate:* denique supra idem præcepit: *in aliis esse immorandum, alia esse percurrenda. Ernest.*

45. *Ab re longa degressio.* In edd. vett. omnibus est *non longa.* Placet tamen correctio Pearcii, certe sensu, quæ tollit *non longa:* quod et a MS. E. abest. nam et digressiones ad oblectandum debent et possunt esse longiores, ut illa in or. pro Archia. Sed unde ortum est illud *non longa?* an ex alio loco, ubi brevis degr. in præceptis erat? Credo Ciceronem scripsisse *bene longa;* qualis profecto hic requiritur ad delectationem: *in qua cum fuerit delectatio, tum* demum *reditus,* &c. Clare non ita multo post: *declinatio brevis a proposito, non ut superior illa degressio.* Eam ergo jusserat esse longam. Gestii inferre textui correctionem: sed satis habui delere *non,* quod stare nullo modo potest. *Ernest.*

46. *Rogatio, atque—percunctatio.* Interpunctio hæc h. l. sufficit, nec opus est colon scribere cum Pearcio. sunt enim res similes: sed differunt tamen: de quo adeundi rhetores; item ad h. l. Pearcius, qui discrimen bene explicat. *Ernest.*

47. *Quæ est perjucunda—tractatur.* Totam hanc particulam spuriam judico. nam primum, jucundum esse jam ante dixit Cicero: deinde non convenit sententia rei: quæ enim potest esse contentio in hac figura? denique abest a MS. Pearciano, itemque Erl. Si tamen genuina sit, verba *in oratione* aut delenda sunt de Pearcii sententia, vel transponenda sic: *quæ e. p. in oratione, cum non c.* &c. *Ernest.*

48. *A te ipse rejicias.* Sic rescripsi pro *te ipso,* quod vitiosum est. *Ernest.*

49. *Et trajectio in alium.* Sic edd. pr. et MS. E. Vulgatum *rejectio* est ab Aldo, quod quidem recte dicitur de ea re, quæ hic significatur, sed et illud. Rarius mutatum est in notius. *Ernest.*

50. *Erroris inductio.* Est, cum demonstramus errasse homines in re, quæ nihil

occupatio: tum duo illa, quæ maxime movent, similitudo et exemplum, [51] [f] digestio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio, vox quædam libera, atque etiam [52] effrenatio, augendi causa: iracundia, objurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio brevis a proposito, non ut superior illa degressio, purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque exsecratio. His fere luminibus illustrant orationem sententiæ.

(54.) [g] Orationis autem ipsius, tanquam armorum, est vel ad usum comminatio et quasi [53] petitio, vel [54] ad venustatem ipsa tractatio. Nam et geminatio verborum habet [h] interdum vim, leporem alias, et paullum immutatum verbum atque deflexum, et ejusdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conversio, et in eadem verba impetus et concursio, et adjunctio, et progressio, et ejusdem verbi crebrius positi quædam distinctio, et revocatio verbi, et illa, quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter, aut quæ paribus paria referuntur, aut quæ sunt inter se similia. Est etiam gradatio quædam, et conversio, et verborum concinna transgressio, et contrarium, et dissolutum, et declinatio, et reprehensio, et exclamatio, et imminutio, et quod in multis casibus ponitur, et quod de singulis rebus propositis ductum, refertur ad singula, et ad propositum subjecta ratio, et item in distributis supposita ratio, et permissio, et rursum alia dubitatio, et improvisum quiddam, et dinumeratio, et alia correctio, [55] et dissipatio, et quod continuatum, et interruptum, et imago, et sibi ipsi responsio, et immutatio, et disjunctio, et ordo, et relatio, et degressio, et circumscriptio. Hæc enim sunt fere, atque horum similia, (vel plura etiam esse possunt,) quæ sententiis orationem, verborumque conformationibus illuminent.

(55.) Quæ quidem te, Crasse, video, inquit Cotta, quod nota esse nobis putes, sine definitionibus, et sine exemplis effudisse. Ego vero, inquit Crassus, ne illa quidem, quæ supra dixi, nova nobis esse arbitrabar, sed voluntati vestrum omnium parui. His autem

[f] *distributio.* [g] *oratione, tanquam armis, utimur, vel ad comminandum, et quasi ad lacessendum, vel ad decoram tractationem.* [h] *aliquando robur, aliquando venustatem.*

dubitationis aut suspicionis habebat: in quo τὸ παράδοξον et inopinatum delectat. *Ernest.*

51. *Digestio.* Græce, μερισμός. Figura, qua in partes suas totum digeritur. *Proust.*

52. *Effrenatio.* Sic pro vulgato *effrenatior* edidi cum Pearcio, ex ed. W. Sic et Quintilianus, et MS. E. Vulgatum jam habet ed. s. l. et a. In utraque editum etiam *agendi* pro *augendi*, quod et MS. E. habet. id ed. Mediol. correxit. *Ernest.*

53. *Petitio*, ictus. Catil. i. 6. petitiones *corpore effugere.* Unde ad oratores traducitur et eorum artificia, quibus adversarius nocere studet. *Ernest. in Clave.*

54. *Ad venustatem ipsa tractatio. Tractatio* armorum est in modo tenendi, gestandi, movendi, &c. sed *ipsa* quo pertineat, nemo dixit, nec dixerit; estque sine dubio vitiosum; præsertim cum præcedat, *orationis ipsius*, quo *tractatio* pariter refertur, ut ad *armorum.* Igitur id aut delendum, aut corrigendum. An *apta*? *Ernest.*

55. *Dissipatio.* Hoc primus edidit Pearcius, pro vulgato *disputatio*, quod hic nemo, quid sit, dixerit. Locus Quintil. ix. i. 35. ubi tota hæc ῥήσις repetitur, clarum facit, *dissipatio* verum esse: idemque in MSS. reperit Pearcius. Quid sit *dissipatio*, v. in Clave. Pro *correctio* MS. E. *correptio*, e latinitate ecclesiastica. *Ernest.*

Ibid. *Dissipatio*, est figura orationis, cum totum ita partimur, ut loca diversa ac dissita exprimantur, *hic—illic—alibi.* v. Quintil. ix. 13. *Ernest. in Clave.*

de rebus sol me ille admonuit, ut brevior essem, qui ipse jam [i] præcipitans, me quoque hæc præcipitem pæne [k] evolvere coegit. Sed tamen hujus generis demonstratio est, et doctrina ipsa, vulgaris: usus autem, gravissimus, et in hoc toto dicendi studio difficillimus. Quamobrem, quoniam de ornatu omni orationis, [56] sunt omnes, si non patefacti, at certe commonstrati loci nunc: quid aptum sit, hoc, est, quid maxime deceat in oratione, videamus. quamquam id quidem perspicuum est, non omni causæ, nec auditori, neque personæ, neque tempori congruere orationis unum genus. Nam et causæ capitis alium quendam [l] verborum sonum requirunt, alium [m] rerum privatarum atque parvarum: et aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes, aliud judicia, aliud sermones, aliud consolatio, aliud objurgatio, aliud [57] disputatio, aliud historia desiderat. Refert etiam, qui audiant, senatus, an populus, an judices, frequentes, an pauci, an singuli: et quales ipsi quoque oratores, qua sint ætate, honore, auctoritate, debet videri: tempus pacis an belli, festinationis an otii. Itaque hoc loco nihil sane est, quod præcipi posse videatur, nisi ut figuram orationis plenioris, et tenuioris, et item illius mediocris, ad id, quod agimus, accommodatam deligamus. ornamentis iisdem uti fere licebit, alias [n] contentius, alias [o] summissius: omnique in re posse, quod deceat, facere, artis et naturæ est: scire, quid quandoque deceat, prudentiæ.

(56.) Sed hæc ipsa omnia [p] perinde sunt, ut aguntur. Actio, inquam, in dicendo una dominatur. sine hac summus orator esse in numero nullo potest: mediocris, hac instructus, summos sæpe superare. Huic [q] primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur, quid in dicendo esset primum; huic secundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Æschine dictum videri solet: qui, cum [r] propter ignominiam judicii cessisset Athenis, et se Rhodum contulisset, rogatus a Rhodiis, legisse fertur orationem illam egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat: qua perlecta, petitum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam, quæ erat contra a Demosthene pro Ctesiphonte edita: quam cum suavissima et maxima voce legisset, admirantibus omnibus, Quanto, inquit, magis admiraremini, si audissetis ipsum? Ex quo satis significavit, quantum esset in actione, qui orationem eandem [58] aliam esse putaret, actore mutato. Quid fuit in Gracco, quem tu, Catule, melius meministi, quod me puero [s] tantopere ferretur? *Quo me miser conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine*

[i] *declinans ad occasum.* [k] *breviter exponere.* [l] acrem scilicet et vehementem. [m] lenem ac moderatum. [n] cum animorum motus erunt concitandi. [o] *cum subtilius erit disserendum.* [p] *talia sunt, qualis est oratoris actio et pronunciatio.* [q] *primum locum.* [r] *quod turpiter in judicio victus esset.* [s] *tantis laudibus, prædicaretur.*

56. *Sunt omnes, si non patef. at certe,* &c. Sic cum Pearcio edidimus, e libris, in his Erlangensi, pro vulgato, *si non sunt omnes patef.* Nam illud elegantius longe et Ciceronianum est. *Ernest.*

57. *Disputatio.* Est explicatio rei subtilis, ut philosophorum. *Ernest. in Clave.*

58. *Aliam esse putaret.* Quamquam edd. pr. habent *fore*, ut MS. E. primus Aldus *esse*: tamen res non sinit hic *fore* recipere, ut fecit Pearcius. nam non de futuro sermo est: deberet ante esse *audiretis*: sed de præsenti. alia erat oratio, mutato eo, qui pronunciaret. *Ernest.*

redundat. an domum? matremne ut miseram lamentantemque videam et abjectam? Quæ sic ab illo acta esse constabat, oculis, voce, gestu, inimici ut lacrymas tenere non possent. Hæc eo dico pluribus, quod genus hoc totum oratores, qui sunt [t] veritatis ipsius actores, reliquerunt: [u] imitatores autem veritatis, histriones [x] occupaverunt.

(57.) Ac sine dubio in omni re [y] vincit imitationem veritas: sed ea si satis in actione efficeret ipsa per sese, arte profecto non egeremus. verum [z] quia animi permotio, quæ maxime aut declaranda, aut imitanda est actione, perturbata sæpe ita est, ut obscuretur, ac pæne obruatur, discutienda sunt ea, quæ obscurant, et ea, quæ sunt eminentia et [59] prompta, sumenda. Omnis enim motus animi suum quendam a natura habet vultum, et sonum, et gestum: totumque corpus hominis, et ejus omnis vultus, omnesque voces, [a] ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsæ. Nam voces, ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant; acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva; quas tamen inter omnes est [b] suo quæque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura [c] genera, [60] lene, asperum: [d] contractum, diffusum: continenti spiritu, intermisso: fractum, [61] scissum: [62] flexo sono attenuatum, inflatum. Nullum est enim horum similium generum, quod non arte ac moderatione tractetur. Hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores.

(58.) Aliud enim vocis genus iracundia sibi sumat: acutum, incitatum, [63] [e] crebro incidens.

[64] [f] *Impius* [65] *hortatur me frater, ut meos malis miser*
Manderem natos:——

[t] *non fictarum causarum actores.* [u] *qui in argumentis verisimiliter fictis versantur.* [x] *sibi sumpserunt.* [y] *natura superat artem.* [z] *quia affectus animi, quem* naturali permotione *significare oportet,* si verus est, *aut actione imitari,* si fictus est, *sæpe ita perturbatur, ut vix notari possit; tollenda sunt ea, quibus obscuratur,* gestus et pronunciatio affectata: *sumenda ea, quibus maxime apparet,* vocis et vultus totiusque corporis conformatio, certas quasdam perturbationes naturaliter indicans. [a] *ut chordæ in citharis.* [b] *media inter acutam et gravem, citam ac tardam, magnam et parvam.* [c] vocum. [d] *quod contracto et brevi spiritu, quod fuso pronunciatur.* [e] *crebro interruptum.* [f] *impius frater me invitavit, ut infelix dentibus conficerem filios.*

59. *Promptus,* conspicuus, non occultatus. *Ernest. in Clave.*

60. *Lene, asperum.* Prætuli *lene* vulgato *læve,* cum Pearcio, quia hic ne de structura quidem sermo est. *Ernest.*

Ibid. LENE, *asperum.* Ita (cum vulgo legimus *læve*) Manutius, Steph. Streb. et Lamb. Cicero, de Nat. Deorum, lib. i. *vocis genera permulta sunt*—LENE, *asperum.* Quinctil. lib. xi. c. 3. *Vox est plena, et exilis;* LENIS *et aspera:* et ipse Cicero in proximo capite, *Aliud* (sc. vocis genus sumit) *voluptas: effusum,* LENE, *tenerum.* Doctissimus Bentleius in suis Notis ad Horat. Art. Poet. v. 26. multa de hac re fuse loquitur. et eum operæ pretium est consulere. *Pearce.*

61. *Scissum.* De hoc vid. Quintil. Inst. Or. xi. 3. n. 20, 21. *scinditur* vox, &c.—*finditur* etiam spiritus objectu aliquo, sicut lapillo tenues aquæ. *Ernest. in Clave.*

62. *Flexo sono atten. infl. Flexo sono* est commune utrique, attenuato et inflato. nam sunt semper duo modo genera fere contraria. illud est in misericordia movenda, hoc vehementius, in indignatione, &c. *Extenuatum* MS. E. *Ernest.*

63. *Crebro incidens.* Abrumpens, consistens. *Ernest. in Clave.*

64. *Impius.* Versus ex Thyeste, tragœdia Ennii. *Proust.*

65. *Hortatur fr.* Aut *hortatus* corrigendum, aut post *mandam,* pro *manderem.* Sed hoc metrum non sinit. Itaque illud verum. Elisionem esse faciendam, lector intelligit, non necesse est scribi, cum Bentleio ad Tusc. ii. ac. 36. ut supra admonuimus. *Ernest.*

Et ea, quæ tu dudum, Antoni, protulisti,

[66] *Segregare abs te ausus :*

Et

[67] *Ecquis hoc animadvertit ?* [g] *vincite.*

Et [h] Atreus fere totus. Aliud miseratio ac mœror: flexibile, plenum, interruptum, flebili voce,

[68] *Quo nunc me vertam ? quod iter incipiam ingredi ?*
Domum paternamne ? anne ad Peliæ filias ?

Et illa,

[69] *O pater, o patria. o Priami domus !*

Et quæ sequuntur,

Hæc omnia vidi inflammari,
[i] *Priamo vi vitam evitari.*

[k] Aliud metus: demissum, et hæsitans, et abjectum,

[70] [l] *Multi' modis sum circumventus, morbo, exsilio, atque inopia :*
Tum pavor sapientiam mihi omnem [m] *exanimato expectorat :*
Alter terribilem minitatur vitæ cruciatum et necem :
[71] [n] *Quæ nemo est tam firmo ingenio, et tanta confidentia,*
[o] *Quin refugiat* [72] *timido sanguen, atque exalbescat metu.*

Aliud vis: contentum, vehemens, imminens quadam incitatione gravitatis,

[73] [p] *Iterum Thyestes Atreum attractum advenit,*
Iterum jam aggreditur me, et quietum exsuscitat.
[q] *Major mihi moles, majus miscendum 'st malum.*
Qui illius acerbum cor contundam et comprimam.

[g] *vinculis constringite.* [h] *tota de Atreo tragœdia.* [i] *Priamo* regi Trojanorum *vitam violenter auferri.* [k] *aliud* est vocis genus *in metu.* [l] *undecunque sum afflictus.* [m] *adimit attonito.* [n] *quæ* eum impendent. [o] *qui non sentiat metu sanguinem ad cor coire, et se pallescere.* [p] *rursus venit Thyestes ut attrahat ad se Atreum.* [q] *atrocius aliquid mihi aggrediendum est, majus inferendum malum, quo crudelis illius pectus subigam et conteram.*

66. *Segregare.* Versus ex Teucro Pacuvii. Vide lib. ii. de Orat. c. 46. *Proust.*

67. *Ecquis.* Ex Accii Atreo. *Proust.*

68. *Quo nunc.* Ex Medea c. 46. *Proust.*

69. *O pater.* Hic et duo sequentes versiculi ex Hecuba Ennii citati sunt. *Proust.*

70. *Multi' modis.* Versus sunt Ennii ex Alcmæone. *Morbus* est h. l. melancholia, qua laborare cœpit, quod, ad ulciscendum patrem suum Amphiaraum, matrem suam Eriphylen interfecerat. *Harl.*

71. *Quæ, nemo est tam firmo ingenio, et tanta confidentia, quin refugiat* timido sanguen. Et sententia videtur postulare, *timido sanguine ;* et ita in quatuor veteribus libris, quibus nunc ad hanc emendationem utor. *Sanguen* tamen, lib. v. de Fin. legitur; et id agnoscunt Nonius, et Priscianus, lib. vi. quodsi *sanguen* legatur, patebit, aut mendosum esse illud *quæ*, aut abundare. In antiquo quidem Borromæi libro conjungitur cum superiore versu, hoc modo, *cruciatum, necemque*, sed metri ratio repugnat. *Manutius.*

72. *Timido sanguen.* Pro vulg. *sanguem* Pearcius edidit *sanguen*, ut est in MS. E. Ed. W. et seqq. habent *sanguine.* Omnes Grammatici vett. Nonius, Priscianus, &c. hunc versum sic ex ipso Cicerone proferunt, ut habeant *sanguen.* Itaque sic edidi. *Ernest.*

73. *Iterum Thyestes.* Vel ex Ennii Thyeste, vel ex Atreo Pacuvii.

Aliud voluptas: effusum, lene, tenerum, hilaratum ac remissum [r],

[s] *Sed mihi* [74] *cum detulit coronam ob collocandas nuptias,*
Tibi ferebat, cum simulabat sese [75] *alteri dare:*
Tum ad te ludibunda docte et delicate detulit.

Aliud molestia: sine commiseratione grave quiddam, et [t] uno pressu, ac sono obductum,

[u] *Qua tempestate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis,*
Ego tum gravida, expletis jam fere ad pariendum mensibus,
Per idem tempus Polydorum Hecuba partu postremo parit.

(59.) Omnes autem hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens, [x] scenicus, sed universam rem et sententiam, non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili, [y] non ab scena et histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palæstra. Manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens: brachium [z] procerius projectum, quasi quoddam telum orationis: supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. Sed in ore sunt omnia. [76] In eo autem ipso dominatus est omnis oculorum: [a] quo melius nostri illi senes, qui [77] personatum, ne Roscium quidem, magnopere laudabant. Animi est enim omnis actio, et imago animi vultus est, indices oculi; nam hæc est una pars corporis, quæ, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes possit efficere; neque vero est quisquam, [78] [b] qui eadem contuens, efficiat. Theophrastus quidem, Tauriscum [c] quendam dixit, [79] actorem aversum solitum esse dicere, qui [80] in agendo

[r] quo genere vocis pronunciandi sunt sequentes versus ex vetere poeta. [s] *cum ad me attulit coronam, qua in nuptiis ornari me oportebat, tibi afferebat, etiam cum fingebat se alteri dare; tunc ludens erudite et solerter ad te attulit.* [t] *simili sono prolatum.* [u] *quo tempore Paris* filius Priami *nuptias illicitas confecit cum Helena, ego tum uterum ferens completis fere* novem *mensibus brevi paritura eram, eodem tempore Hecuba* Priami conjux *Polydorum e liberis ultimum in lucem edidit.* [x] *theatralis.* [y] *quæ petitur non ex theatro et histrionibus, sed ex foro et oratoribus, qui ad recte agendum instituunt.* [z] *non inflectatur ad pectus, sed longius removeatur.* [a] *in quo* sentiebant *optime nostri senes.* [b] *qui fixis in unam partem oculis possit diversos animi affectus significare.* [c] histrionem *dixit* oculis *aversum.*

74. *Cum detulit cor.* Edd. pr. *detulit*, ut in fine, at *tetulit* (ἀρχαικῶς pro *tulit*) primus Cratander, cui lectioni metrum repugnat, ut et Lamb. addidit *ille*. Est, in MS. E. qui mox habet *colligandas nuptias*, quod sane placet. *Ernest.*

Ibid. At quod Ernestus legit, *detulit*, id omnino versus trochaici tetrametri catalectici legibus adversatur, quibus *tetulit* optime convenit. *Heusingerus* præf. ad Ciceron. de Offic. p. xxxxiv.

75. *Alteri dare.* Hoc *alteri* primus Aldus edidit. Superiores *Ajaci*, ut MSS. quæ est glossa: quam non admittit metrum. *Ernest.*

Ibid. Carminis ratio non constabit, nisi postposito pronomine legeris *alteri sese dare*. *Heusingerus* ibid.

76. *In eo—dominatus est omnis oculorum:* h. e. Oculi plurimum valent. *Ernest. in Clave.*

77. *Personatum.* Facie ficta indutum. *Ernest. in Clave.*

78. *Qui eadem contuens, efficiat.* Interpretantur, qui eodem oculorum obtutu, nihil movens oculos, efficiat illas significationes et commutationes, ut Pearcius. Sed id et abruptum nimis est, nec aptum loco. Manus docta in exemplo Aldino adscripsit *efficiat*, quod dudum mihi in mentem venerat, np. pro *moveat:* sensu optimo, sed sic Latini non usurpant hoc verbum. Optimum et simplicissimum videtur *dicat*, quod bene convenit sequenti et huic respondenti verbo *pronunciare*. Nempe Cicero dicit, esse contra naturam et consuetudinem hominum. Ed. Lips. habet, *bn.* (i. e. *bene*) *efficiet:* unde ex nostra ratione sit *bene dicat. Ernest.*

79. *Actorem aversum.* Int. a ratione et consilio, stultum. Ed. W. *adversum*, confusione solita. *Ernest.*

80. *In agendo cont. aliq. pron.* I. inter agendum oculos haberet in aliqua re defixos

contuens aliquid pronunciaret. Quare [d] oculorum est magna moderatio. nam [e] oris non est nimium mutanda species, ne aut ad ineptias, aut ad pravitatem aliquam deferamur. Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum conjectu, tum hilaritate, motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis; est enim actio quasi sermo corporis: quo magis menti congruens esse debet. Oculos autem natura nobis, ut equo et leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. Quare in hac nostra actione [f] secundum vocem vultus valet. is autem oculis gubernatur. Atque in iis omnibus, quæ sunt actionis, inest quædam vis a natura data. quare etiam hac imperiti, hac vulgus, hac denique barbari maxime commoventur. Verba enim neminem movent, nisi eum, qui ejusdem linguæ societate conjunctus est; sententiæque sæpe acutæ [g] non acutorum hominum sensus prætervolant: actio, quæ præ se motum animi fert, omnes movet: iisdem enim omnium animi motibus concitantur, et eos iisdem notis et in aliis agnoscunt, et in se ipsi indicant.

(60.) Ad actionis autem usum atque laudem, maximam sine dubio partem vox obtinet: quæ primum est optanda nobis; deinde, quæcumque erit, ea tuenda. De quo [h] illud jam nihil ad hoc præcipiendi genus, quemadmodum voci serviatur: equidem magnopere censeo serviendum: sed illud videtur ab hujus nostri sermonis officio non abhorrere, quod, ut dixi paullo ante, plurimis in rebus quod maxime est utile, id nescio quo pacto etiam decet maxime. Nam [81] ad vocem obtinendam nihil est utilius, quam crebra mutatio: nihil perniciosius, quam effusa sine intermissione contentio. Quid? ad aures nostras, et actionis suavitatem, quid est vicissitudine, et varietate, et commutatione aptius? Itaque idem [82] Gracchus, (quod potes audire, Catule, [83] ex Erycino cliente tuo, litterato homine, quem servum sibi ille [i] habuit ad manum,) cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occulte post ipsum, cum concionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum aut remissum excitaret, aut a [k] contentione revocaret. Audivi mehercule, inquit Catulus, et sæpe sum admiratus hominis cum diligentiam, tum etiam doctrinam et scientiam. [84] [l] Ego vero, inquit

[d] in agendo *maxime moderandi sunt oculi.* [e] *totius vultus.* [f] *vultus post vocem* maxime *valet.* [g] *non concipitur ab hominibus non acutis.* [h] *nihil ad nos pertinet hic vocis conservandæ præcepta tradere.* [i] *habuit scribam.* [k] *a vehementi pronunciatione.* [l] *ego quoque* idem audivi.

acrius. Mox *oculorum magna est moderatio*, i. sæpe sunt mutandi et ad orationem attemperandi. *Ernest.*

81. *Ad vocem obtinendam. Obtinere vocem*, dicitur vel universe, vel de certo actu. In illo genere est idem, quod ante, *tueri vocem*, per temperantiam, &c. in hoc, de actu dicendi, *obt. v.* est efficere, ut ad finem eadem maneat, nec obtundatur aut raucescat. Et sic h. l. dicitur, exquisita latinitate: idque voluit explicare glossator, qui addidit *in dicendo:* quod Aldus in textum male receperat, ejectum deinde ab aliis. Abest etiam a MS. E. *Ernest.*

82. *Gracchus.* De C. Gracchi fistula concionatoria vide Gellium, lib. i. c. 11. *Proust.*

83. *Ex Erycino cliente tuo.* Restituimus lectionem veram et veterem ex edd. pr. ex qua factum *Licinio;* quod putabant, hominem Crassi libertum fuisse. Immo Gracchi fuit, sed cliens Crassi, ut provincialis homo græcus, a patria *Erycinus* dictus, et eruditus literis græcis. *Ernest.*

84. *Ego vero.* I. et ipse admiror ejus diligentiam et doctrinam: mox, *ea incitatur ratio vivendi*, facile est corrigere *instituitur;* sed *incitatur* est fortius, et indicat simul celerem progressum istius moris. *Ernest.*

Crassus, ac doleo quidem, [m] illos viros in eam fraudem in republica esse delapsos: quamquam [85] [n] ea tela texitur, et ea incitatur in civitate ratio vivendi, ac posteritati ostenditur, ut eorum civium, quos nostri patres non tulerunt, jam similes habere cupiamus. Mitte, obsecro, inquit, Crasse, Julius, sermonem istum, et te ad Gracchi fistulam refer: cujus ego nondum plane rationem intelligo.

(61.) In omni voce, inquit Crassus, [86] est quoddam [o] medium, sed suum cuique voci. hinc gradatim ascendere vocem utile et suave est. Nam a principio clamare, agreste quiddam est, [87] et idem illud ad [p] firmandam est vocem salutare. Deinde est quoddam contentionis extremum, (quod tamen [q] interius est, quam acutissimus clamor,) [88] quo te fistula progredi non sinet et tamen ab ipsa contentione revocabit. Est item contra quoddam in remissione gravissimum, quoque tanquam sonorum gradibus descenditur. Hæc varietas, et hic per omnes sonos vocis cursus, et se tuebitur, et actioni afferet suavitatem. [r] Sed fistulatorem domi relinquetis, [89] sensum hujus consuetudinis vobiscum ad forum deferetis.

Edidi, quæ potui, non ut volui, sed ut me temporis angustiæ coegerunt. [s] Scitum est enim, [90] causam conferre in tempus, cum afferre plura, si cupias, non queas. Tu vero, inquit Catulus, collegisti omnia, quantum ego possum judicare, ita divinitus, ut non a Græcis didicisse, sed eos ipsos hæc docere posse videare. Me quidem istius sermonis participem factum esse gaudeo: ac [91] vellem, ut meus gener, sodalis tuus, Hortensius, affuisset: quem quidem ego confido omnibus istis laudibus, quas tu oratione complexus es, excellentem fore. Et Crassus, Fore dicis? inquit: ego vero esse jam

[m] *Tib. et C. Gracchos.* [n] *is agendi modus instituitur.* [o] inter acutum et gravem sonum. [p] *prodest voci corroborandæ.* [q] *inferius est.* [r] *cavebitis ne vox gravior sit aut acutior.* [s] *lepidum est cum plura, vel si velis, non possis dicere, id rejicere in angustias temporis.*

85. *Ea tela texitur.* Carpit ætatis suæ factiones Marianas et Syllanas, quibus tota resp. concutiebatur. Cæterum eam vocem *incitatur* temere librariis excidisse putat Victorius, lib. v. variarum lectionum, cap. 7. *Proust.*

86. *Est quoddam medium.* Sic recte ed. W. ut post. *quoddam extremum*, Vulg. *quiddam.* de quo supra diximus. *Ernest.*

87. *Et idem illud ad firmandam est vocem sal.* Primo *idem illud* pro *illud idem* dedimus ex edd. pr., deinde *firmandam* ex ed. W. Med. Asc. I. Lips. pro vulg. *firmandum*, quod est ab Aldo, et ferri posset, si constaret esse e bonis libris, nam forma hæc loquendi, *ad firmandum vocem*, ut illud sit gerundium, non semel ap. Ciceronem et alios occurrit. v. Drakenb. ad Liv. vi. 35. Ed. s. l. et a. habet *affirmandum est voce salutari.* Videtur dare voluisse auctor ejus *ad firmandum est voci salutare:* quæ lectio esset valde bona et plane Ciceroniana. Nos optimum duximus lectionem antiquissimam sequi, quæ est etiam in MS. E. *Ernest.*

88. *Quo te fistula.* Intellige, ad clamorem acutissimum: nam de contentione post. Ceterum negatio mihi aliena atque delenda videtur: nam ea frigidum et alienum facit τὸ *tamen.* nam, *ad acutissimum clamorem te progredi non sinet*, et, *ab contentione revocabit*, sunt unum idemque: sed deleta negatione omnia bene se habent: *quo te f. progredi sinet*, i. e. ad illud extremum contendendæ vocis, *et tamen revocabit a contentione*, ne ad acutissimum clamorem venias. Decepit homines, ut sæpe, quod parenthesin non videbant, quam nos signavimus, ut facilius observaretur. *Ernest.*

89. *Sensum hujus c.* Edd. pr. *sensus:* quod correxit in vulgatum Aldus, bene. *Ernest.*

90. *Causam conferre in tempus.* In causa dicenda se accommodare ad temporis rationem. *Ernest. in Clave.*

91. *Vellem, ut meus g. affuisset. Ut*, quod in hac forma addi non solet, fortasse additum est a glossatore, quod genus hominum particulas intelligendas inter versus scribere solebat, unde in textum sæpe venere. *Ernest.*

judico, et tum judicavi, cum, [92] me consule, in senatu causam defendit Africæ, nuperque etiam magis, cum pro [93] Bithyniæ rege dixit. Quamobrem recte vides, Catule. nihil enim isti adolescenti neque a natura, neque a doctrina deesse sentio. Quo magis est tibi, Cotta, et tibi, Sulpici, vigilandum ac laborandum. [94] non enim ille mediocris orator [t] vestræ quasi succrescit ætati: sed et ingenio peracri, et studio flagranti, et doctrina eximia, et memoria singulari: cui quamquam faveo, tamen [u] illum ætati suæ præstare cupio: vobis vero [95] illum tanto minorem præcurrere vix honestum est. Sed jam surgamus, inquit, nosque [x] curemus, et aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros, curamque laxemus.

[t] *sensim crescendo vestram ætatem subsequitur.* [u] *cupio illum esse adolescentibus duntaxat ætatis suæ superiorem.* [x] *epulis reficiamus.*

92. *Me consule.* Anno scilicet U. C. DCLIX. ante Christum XCV. quo primum tempore, ut refert Tullius in Bruto, in foro dixit Hortensius, annos natus undeviginti.

93. *Bithyniæ rege.* Nicomede, qui moriens Bithyniam populo Rom. reliquit. *Proust.*

94. *Non enim ille mediocris orator vestræ quasi* succrescit *ætati.* Sic dixit et Livius X. 13. add. Scheff. ad Justin. XI. 9. *Ernest. in Clave.*

95. *Illum tanto minorem.* Cottam et Sulpicium annis decem Hortensio majores fuisse scribit Cicero in Bruto. *Proust.*

CODICES MANUSCRIPTI,

QUOS

IPSE CONTULIT HARLESSIUS.

Cant. significat codicem in bibliotheca Academiæ Cantabrigiensis.
Gonv. cod. in bibliotheca Coll. Gonvillo-Caiensis Cantabr.
Norf. cod. in bibliotheca Reg. Societ. quem ei dono dedit Dux Norfolciæ.
Mead. clarissimi viri Richardi Mead, M.D.
Harl. pr. et sec. cod. duos nobiliss. viri Edwardi Comitis Oxoniæ.

Codices MSSti, quos cl. vir Thomas Cockmanus *contulit.*

Joan. cod. in bibliotheca Coll. S. Joannis Baptistæ, Oxon.
Bal. cod. in biblioth. Coll. Balliolensis, Oxon.
Bod. cod. in bibliotheca Bodleiana.
Mag. cod. in bibl. Coll. Magdalenensis, Oxon.
Nov. cod. in bibl. Coll. Novi, Oxon. cujus in margine sunt variantes lectiones, quæ *excerpta Nov.* vocantur.
Wag. cod. olim Domini *Wagstaffe*, nunc vero Coll. S. Joannis, Cantabrig.
De MSto *Groningano* consule editionem Verburgianam; de ceteris vero, qui a me citantur, Gruterianam. *Pearce.*
[Superiorum codd. varias lectiones etiam suppeditavit V. D. qui editionem *Ciceronis Operum cum indicibus et variis lectionibus* curavit, Oxonii e typographeo Clarendoniano, MDCCLXXXIII. 4. decem voll. in quorum volumine primo, quod continet quoque *Ciceronis* libros de Oratore, quia aliis signis, uti ipse editor in præf. p. 9. sqq. indicavit, codices notavit, ea hic quoque indicare haud superfluum, nec inutile fore putavi.
Z. Biblioth. Joannis Bapt. Oxon.
α. ——— Bodlei. Qu. E. N. 81.
β. ——— Balliolens.
γ. ——— Magdalenensis, Oxon.
δ. ——— Novi.
ε. ——— Thomæ Wagstaffe.
ψ. 1. Bibliothecæ Collegii Balliolensis, qui cod. constat quinque voll. fol. In quinto vol. sunt libri quoque de Oratore.
V. Bibl. Collegii Lincolniensis.
Neque vero in hac explicatione omnes notæ, quibus codices designati sunt, curate indicantur. Editor autem in præfatione ipse fatetur, se in sua editione Olivetum in omnibus fere, interpunctione excepta, fideliter esse secutum. De hac editione et codd. sollerter diligenterque egit cel. *Christian. Dan. Beckius* in præfat. ad volum. I. Orationum tom. I. p. LI. sqq. p. LXX. etc. præclare edit.

M. T. Ciceronis Opp. Lips. 1795. min. 8. Ego vero ex illo I. vol. edit. Oxon., quod pluribus abhinc annis a viro quodam docto, (cujus tamen nomen e memoria excidit,) commodatum acceperam, sed in præsenti ad manus me non habere, doleo, varias, illis signis notatas, excerpseram lectiones, quarum tamen mentionem, nisi a Pearcio vel omissas vel aliter memoratas esse deprehenderim, in hac mea editione non faciam.]

NOTARUM QUARUMDAM, QUÆ CODICES MSS. ET EDITIONES DESIGNANT, EXPLICATIO.

Cod. Erl. est codex MS. qui in bibliotheca publica Erlangensi custoditur. Hunc ego ipse ad manum habui: reliquos, qui commemorantur, MSS. Pearcius laudavit post præfationem suam, præter Palat.
Cant. cod. in bibliotheca Academiæ Cantabrigiensis.
Gonv. cod. in bibliotheca Coll. Gonvillo-Caiensis, Cantabr.
Norf. cod. in bibl. Regiæ Societatis, quem dono dedit Dux Norfolciæ. Hos tres cod. Pearcius primus contulit.
Joan. cod. in bibl. Coll. Divi Joannis Baptistæ, Oxon.
Bal. cod. in bibl. Coll. Balliolensis, Oxon.
Bod. cod. in bibl. Bodleiana.
Mag. cod. in bibl. Coll. Magdalenensis, Oxon.
Wag. cod. Dni Wagstaffe.
Nov. cod. in bibl. Coll. Novi Oxon.
Mead. cod. Richardi Mead, M. D.
Harl. codd. duo, quos Pearcio conferendos dedit Comes Oxoniæ.
Palat. codd. quos ex bibliotheca quondam Palatina Gruterus habuit.
Wald. Exemplum Venetum Waldarferi 1470, quo usus est Ernesti, V. C.
Ven. ed. Venetiis 1485. Hac usus est Ernesti: alio exemplo Veneto 1478. usus est Pearcius.
Med. ed. Mediolanensis 1498. Consuluit eam Pearc.
Lips. exemplum Lipsiense Tanneri officina 1515. 8. incertum, quo curante. Habuit illud Ernesti.
Lectiones Aldi Manutii, Dion. Lambini, Gruteri, Gulielmi, Ursini, Victorii, etc. ex exemplis Verburgii, Pearcii, atque Ernesti laudavi.

HARL.

INDEX

NOMINUM PROPRIORUM.

Numerus paginam notat.

ACADEMIA, 18. 20. 33. 38. 262. 267. 281. 291
Academia recentior, 265
Academici, 264. 279
Accius, 249
Achilles, 260
Achivi, 298
Acidinus, 199
Aculeo, 201. C. Aculeo, 70. 102, 103
Acusilas, 117
L. Ælius Lamia, 201. 207. Sex. Ælius, 77. 90. Sex. Ælius Catus, 72
M. Æmilius, 166. M. Æmilius Porcina, 17. M. Æmilius Scaurus, 210
Æschines, 22. 134. 249. 314
Æschylus, 249
Æsopus, 99
Afri, 298. Africa, 298. 320
Africani, 76. 215. Africanus, 195. 206. 229. 249. 271. 297. P. Africanus, 77. 79. 137. 153. 157. Africanus Æmilianus, 207. Africanus censor, 207. Africanus major, 192
Agesilaus, 229. 290
Aglaophon, 249
Ajax Oileus, 203
Albanum, 180
Albius, 211
Albucius, 211. 301
Alcibiades, 133. 289
Alexander, 119. 229. 290
Anaxagoras, 259. Clazomenius, 289
Antiochus, 126
Antipater, 118. Antipater Sidonius, 308. *v.* Cœlius Antipater.
Antisthenes, 262
M. Antistius Pyrgensis, 214
M. Antonius, 11. 102, 103, 104. 114. 203. 209. 243. 248
Apelles, 249
Apenninum jugum, 265
Appius, 189; major, 212
Apollo Pythius, 73
Apollonius, 31. 47. Alabandensis, 46
Apuleia lex, 138. 168
Aquilius, M. 162. 165
Aratus, 29
Arcesilas, 265. 269
Archimedes, 286
Archytas Tarentinus, 290
Aristides, 229
Aristippus, 262
Aristophanes, 286
Aristoteles, 18. 23. 25. 114. 119. 151. 155. 262. 290. 304. 308. Aristotelia vis, 266. Aristotelius mos, 268
Aristoxenus, 286
Asclepiades, 27
Asellus, 199. 206
Asia, 134. 207. 235, 236. 267. Asiatici, 254
Athenæ, 7. 20. 22. 25. 32. 79. 86. 103. 119. 235, 236. 254. 267. 288. 314.
Athenienses, 33. 153. 254. 267. 288
Atreus, 316
Attici, 176. 254
L. Aurifex, 189

Balbi duo, 268
Bestia, 212
Bithynia, 320
Brulla, 272
L. Brutus, 16. 181. M. Brutus Planci accusator, 177, 178, 179, 180. Bruti libri de jure civili, 148. 179
M. Bucculeius, 64
Byzantii, 176

Cæcilius, 114
Q. Cæpio, 143. 166, 167, 168
Caieta, 109
Callimachus, 286
Callisthenes, 119
Calvinus, 191
Calvus, 192
C. Canius, 211
Capitolium, 165. 303. 314
C. Carbo, 17. 53. 105. 137. 156, 157. 244. 250
Carneades, 23. 153. 155. 265. 269. 292. Carneadia vis, 266
Carthaginienses, 279. Carthago, 126
Sp. Carvilius, 191
Cassandra, 203
Castor, 232
Cato, 117. 148. 197. 207. 210. M. Cato, 59. 79. 83. 287. 297. Cato censor, 200. Catones, 215. 259
Q. Catulus, 196. 210. 243. 250
C. Cento, 213
Charmadas, 21, 22. 33. 36. 235
Charybdis, 296
Chrysippus, 23
Chrysis, 225

L. Cicero, 102. M. Cicero senex, 204.—Quintus frater *auctoris*, 2. 102. 238. 245
Cilicia, 32. 103
M. Cincius, 213
Claudii, 62
Clitomachus, 22
Cœlius, 198. 293. C. Cœlius, 44. Cœlius Antipater, 118
Conon, 289
M. Coponius, 65. 148
Corax, 36. 269
Corinthii, 201
P. Cornelius, 206
Tib. Coruncanius, 287. Coruncanii, 259
Cossi fratres, 135
C. Cotta, 12. 84. 244. 250. L. Cotta, 166. 254, 255
Crannon in Thessalia, 232
Crantor, 265
Crassus, 201. L. Crassus, 10. 102, 103, 104. 113. 177, 178, 179. 186, 187. 199. 201. 203. 207. 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246. 256. 301. M. Crassus, 55. P. Crassus, 57. 79. 89. 238. 280
Critias, 133. 289
Critolaus, 153. 155. Peripateticus, 22
Ctesiphon, 314
Curio, 135
Curius, M'. 64, 65. 89. 91. 148. Curiana causa, 109. Curiana defensio, 177
Cynici, 262
Cyrenaica philosophia, 262

Damon, 279
Decius, 145. 195. P. Decius, 145
Delphi, 285
Demetrius Phalereus, 134
Demochares, 134
Democritici, 18. Democritus, 23. 165. 185. 259
Demosthenes, 26. 35. 99. 134. 250. 266
T. Didius, 166
Dinarchus, 134
Diodorus, 22
Diogenes, 153, 154, 155. Stoicus, 154
Dion Syracusius, 289
Dionysius tyrannus, 119
Diphilus, 48
Domitius, 183
Draco, 72
Drusus, 10, 11. 38. 239
M. Duronius, 209

Egilius, 209
Empedocles, 80
Ennius, 53. 73. 153. 177. 209. 249. 296. Romanus, fuit ante Rudinus, 299
Epaminondas, 77. 229. Thebanus, 290
Ephesus, 125
Ephorus, 118. 133. 252
Eretrici, 262
Erycinus, 318
Esquilina porta, 209
Etruscus hospes, 243
Euclides, 286
Euripides, 250

Fabii fornix, 205
C. Fabricius, 206. Fabricii, 215. 259
Fannius, 207. 305
C. Fimbria, 132
M. Flaccus, 213
Cn. Flavius, 68
Furius, 132. 257. L. Furius, 153. Numerius Furius, 271
L. Fusius, 64

Serv. Galba, 17. 26. 83, 84. 89, 90. 97. 105. 201. 250. C. Galbæ filius, 89
Gallus, 203. Gallus in scuto Mariano, 204
Glaucia, 191. 202. 297
Gorgias Leontinus, 40. 261. 285. Gorgias Platonis, 22. 283
Gracchus, 53. C. Gracchus, 137. 145. 157. 207. 314. 318, 319. Tib. Gracchus, 137. 157. 213. Tib. Gracchus pater, 77
Græcia, 7. 104. 152. 261. 285. 290. Græcia Magna, 152. Græcia vetus Italiæ, quæ quondam Magna vocitata est, 290. Græcia vetus, 309
Granius, 189. 195. 211
Gratidianus, 201

Hannibal, 77. 126. Pœnus, 126. 293
Hecuba, 317
Helena, 317
Hellanicus, 117
Helvius Mancia, 204
Herculis statua, 123
Herillii, 262
Hermodorus, 27
Herodotus, 118
Hierocles, 134
Hippias Eleus, 284
Hippocrates Cous, 286
Hispania, 67
Homerus, 260. 288
Hortensius, 319
Hostilianæ actiones, 92. C. Hostilius Mancinus, 89. *v.* C. Mancinus.
Hyperides, 26. 134. 250
Hypseus, 56

Ionium mare, Græcum et portuosum, 266
Isocrates, 105. 119. 133. 250. 252. 261. 289, 290. 301
Italia, 152. 242. 290. 293
Ithaca, 71
C. Julius Cæsar, 243. 250. L. Julius, 243
Junia, 180

Lælia, 255. Lælius, 97. 100. 109. 250. C. Lælius, 15. 26. 77. 79. 153. 229. Decimus Lælius, 110
Lamia, 207. *v.* L. Ælius Lamia.
Largius, 186
Latini, 254. 273
Laurentum, 109
P. Lentulus, 77

M. Lepidus, 214. Lepidus censor, 214. Lepidi, 215
P. Licinius Varus, 192
Livius Salinator, 208
Longinus, 98
Lucilius, 195. 271. 300. C. Lucilius, 30. 109
Lucullus, 212
Q. Lutatius, 158
Lyceum, 38
Lycurgus, 26. 72. 134. 259
Lysias, 85. 133. 250
Lysippus, 249
Lysis Pythagoreus, 290

Macedonia, 20
Magius, 203
Mago Carthaginiensis, 94
Mancia, 205. 209
C. Mancinus, 66. 89. 146. *v.* Hostilianæ actiones.
Manilianæ leges, 93. M. Manilius, 77. 287
Cn. Manlius, 143. L. Manlius Acidinus, 199
Marcelli, 62. M. Marcellus, 25
Marianum scutum Cimbricum, 204. C. Marius, 28. 165. 243. Marius Gratidianus, 64
Martius campus, 197
Maximi, 77. 215. Maximus, 208. Q. Maximus, 45
Megarici, 262
Memmius, 186. 203. 205. C. Memmius, 212
Menecles Alabandensis, 134
Menedemus, 33. 35
Metellus, 202. 209. C. Metellus, 205. Q. Metellus, 77. 79. 156. Q. Metellus L. filius, 265
Metrodorus, 22. 267. Scepsius, 235, 236
Minervæ signum, 125
Misenus, 120
Mnesarchus, 22. 33
Mucius, 91. P. Mucius, 77. 79. 90. 213. Pontifex maximus, 117. Q. Mucius, 11. *v.* Scævola.
Mummius, 206. P. Mummius, 207
Myro, 249

Nævius, 192. 196. 210. 213. 255
Narbonensis colonia, 179
Nasica, 209
Naucrates, 133. 301
Neoptolemus, 153. 197
Neronianum ridiculum, 191
Nicander Colophonius, 29
C. Norbanus, 131. 137. 143. 156. 162. 167, 168
Novæ, *sc. tabernæ*, 204
Numa Pompilius, 15. 152. 267. 309. An Pythagoreus? 152
Numantia, 205. Numantini, 66. Numantinum fœdus, 66
Nummius divisor, 197

Cn. Octavius, 56
Olympia, 284
L. Opimius, 137. 145. 156, 157. Q. Opimius, 209

Pacuvius, 164. 249. Pacuvii Teucer, 93
Palatium, 202
Pamphilus, 269
Panætius, 22. 31. 268
Paris, 317
Paullus, 207
Peleus, 260
Pelias, 316
Pericles, 79. 133. 261. 266. 288
Peripatetici, 18. 262. 264. 279
M. Perperna, 201
Persius, 110
Phædrus Platonis, 13
Pherecydes, 117
Phidias, 125
Philippus, 10. 177. 189. 192. 196. 222. 239. Philippus Alexandri pater, 224. 229. 290
Philistus Syracusius, 119. 133
Philo Academicus, 281. Philo Architectus, 27
Philoctetes fabula, 290
Philolaus, 290
Phœnix, 260
Phormio Peripateticus, 125. Phormiones, 126
Pictor, 117, 118
M. Pinarius, 200. T. Pinarius, 205
Pisistratus, 288
Piso, 117, 118. 203. 213. M. Piso, 40
Pittacus, 259
Cn. Plancus, 177. *Cicero in orat. pro A. Cluentio*, c. 51, *hunc vocat* L. Plancium.
Plato, 13. 22, 23. 35. 80. 82. 85. 165. 246, 247. 262. 265. 287. 289. Platonis Gorgias, 22. 283. Phædrus, 13
Plautus, 255
Polemo, 265
Pollux, 232
Polycletus, 123. 249
Polydorus, 317
Q. Pompeius, 57. Sex. Pompeius, 29. 268. Pompeius Phrygio, 212
Pomponius, 257
Pontidius, 209
Popilia, 115
L. Porcius Nasica, 200
Priamus, 277. 316
Privernas fundus, 180
Prodicus Chius, 285
Protagoras Abderita, 285
Prytaneum, 86
C. Publicius, 207
Pyrrhonei, 262
Pythagoras, 152. 259. 290. Pythagorei, 18. 152

Q. Rex, 143
Rhodii, 176. 314. Rhodus, 31. 103. 314
Roma, 33. 63. 67. 153, 154. 207. 238. 298.

Romulus, 15
Rosciana imitatio, 187. Roscius, 46, 47. 95. 97, 98. 184. 276. 317
Rudini, 299
Rusca, 200
P. Rutilius, M. filius, tribunus plebis, 66. P. Rutilius Rufus, 83, 84, 85. 210

Sabini, 15
Salamis, 164
Salinator, *v.* Livius.
Saliorum versus, 309
Samnis, 271. Samnites, 224. 270. Samnio, 192
Scævola, 207. 212. P. Scævola, 58. Q. Scævola, 65. 109. 177. 178. *v.* Mucius.
Scævolæ, 149
Scaurus, 169. 197. 203. 210, 211, 212. M. Scaurus, 78. *v.* M. Æmilius.
Scipio, 97. 109. 192. 198. 205. 210. 213. 287. Scipio major, 201. *v.* Africani. M. Scipio Maluginensis, 199. Scipiones, 259
Scopas, 232
L. Scribonius, 83. Libo, 201. A. Sempronius, 190. Ti. et C. Sempronii, 16. *v.* Gracchus.
September, 239
Septumuleius Anagninus, 207
C. Sergius Aurata, 64
Servilia lex, 179. M. Servilius, 200
Servius Tullius, 15
C. Sextius, 189, 190
Siculi, 176. Siculi jocus, 210
Sicyonii calcei, 85
Silus, 213
Simonides Ceius, 232
Socrates, 13. 18. 28. 75. 85, 86. 207. 246. 261. 266. 283. 285
Solon, 26. 72. 259
Sophocles, 250
Speusippus, 264
Staseas Peripateticus, 40
Statius, 197
Stoici, 18. 85. 262, 263. 368. P. Sulpicius, 12. 236. 250. C. Sulpitius Gallus, 83. Quintus C. Sulpitii pupillus filius, 83
Syri, 204
Syrtis, 296

Tarentum, 208
Tarracina, 186
Tauriscus, 319
Telamon, 164
Terentius Vespa, 195
Thales Milesius, 288
Themistocles, 218. 229. 232. 261
Theophrastus, 18. 23. 25. 317
Theopompus, 119. 133. 252
Theramenes, 133, 261
Thessalia, 232
Thoria lex, 212
Thrasymachus, 261. Chalcedonius, 285
Thucydides, 118. 133
Thyestes, 316
Tiburs fundus, 180. 202
Timæus, 119
Timotheus, 289
Tisias, 36
Titius, 194. 272. Sex. Titius, 116. 203
Trinummus fabula, 113
Troja, 194. Trojanus equus, 133
P. Tubero, 229. Q. Tubero, 271
Tusculanum, 11, 12. 38. 82. 100. 106. 283
Tuscum mare, 266
Tutor, 199
Tyndaridæ, 232

Valerius, 271. Q. Valerius Soranus, 255
Vargula, 189. 190
Q. Varius, 44
C. Velleius, 268
Q. Velocius, 271
Vestæ simulacrum, 244
M. Vigellius, 268
Ulysses, 266. 296

Xenocrates, 262, 264
Xenophon, 290. Socraticus, 119

Zethus Pacuvianus, 153
Zeuxis, 249

INDEX RERUM.

ACADEMIÆ mos contra omnia disputandi, 33. 265; recentior ab Arcesila, 265. Academiæ nomen obtinuit Xenocrates, 262. Academicorum nomen unum, sententiæ duæ, 264

Actio quam difficilis, 8; ejus laus et potestas et præcepta, 314, 315, 316, 317, 318

Affectuum doctrina, 160 *ad* 175; affectuum oratione motorum exemplum, 163 *ad* 175; affectus non conveniunt omnibus caussis, 169. 175; singulorum affectuum movendorum ratio, 169 *ad* 175; affectus et argumenta diverse tractantur, 175

Ambigui causa quærenda, 136, 137; ex ambiguo joci, 194, 195, 196; ambigui ex scripto tractandi præcepta, 138, 139

Amoris conciliandi ratio, 139, 140. 169, 170

Amplificatio summa laus est eloquentiæ, 277; ejus præcepta, 278

Animorum movendorum ratio, 169 *ad* 175; animis ea maxime affiguntur, quæ sunt a sensu tradita, 232, 233, 234

Antiquitas oratori tenenda est, 8. 53

Aptum in oratione quid sit, 258. 314; apte dicendi præcepta, 314

Argumentorum doctrina, 139 *ad* 159. Argumenta aut artificialia, aut inartificialia, 140. 156; inartificialium meditatio oratori necessaria, 140; argumentorum loci necessarii, 144. 156; quomodo argumenta ducuntur intrinsecus, 156, 157; quomodo extrinsecus, 156, 157, 158; argumentorum puncta occulenda, 159; eorum et affectuum diversa tractatio, 158, 159; de argumentis tractandis regulæ, 158. 174, 175. 215 *ad* 220

Artium partitionem fecerunt Græci, 9; artis scriptor nemo disertus fuit, 36; ars naturam potest corrigere, 43; artes omnes primo dispersæ, 68; artes omnes uno vinculo continentur, 248; ars dicendi nulla est, 35, 36; non maxima est, 111, 112; artis definitio, 41. 111; ars a natura profecta est, 309; non omnia in artibus tradenda sunt, 123; artium magnitudines separatione diminutæ, 286, 287; artes aliter ab oratore discendæ, ac ab iis qui eas profitentur, 284, 285, &c.

Artificium ex eloquentia natum, non eloquentia ex artificio, 50; artificii suspicio oratori adversaria, 154

Avaritia filia luxuriei, 157

Auditorem attentum facere debet orator, 127. 224; sine auditorum multitudine orator eloquens esse non potest, 228

Aures hominum natura modulantur vocem, 306; aurium judicio ponderanda verba, 293

Bene dicere quid sit, 104

Benevolus quando faciendus judex, 161; benevolentiæ conciliandæ ratio, 160. 169. 173, 174

Blandiri possumus a natura, 35

Boni viri ut existimemur, quibus efficitur, 161

Brachium quasi telum orationis, 317

Brevitas sæpe obest in narrando, 225; brevitatem unam dicendi laudem putabant veteres, 118

Causa quid sit, 126; quomodo quærenda, 136, 137. 144, 145; ex quibus constat, 279; causæ natura primum videnda, 135, 136. 144, 145; causæ ne noceas, maxime cavendum, 216, 217, etc.; causa omnis aut ad cognitionem aut ad actionem refertur, 281; causæ status triplex, 136. 139. 144; status conjecturalis sive infitialis præcepta, 137; status finitivus, 137; status qualitatis, 137; causa omnis ad genus finitum referri debet, 145, 146, 147. 150; quomodo nonnulli causis suis obsunt, 218, 219, 220

Causa ejus qui plus petebat quam lex permiserat, 57; postulantis ut petitori exceptio daretur, 57, 58; militis exheredis, 61. Claudiorum patriciorum et Marcellorum de heredidate, 61; de jure applicationis, 64; ædium venditarum, 64; luminum receptorum, 64; heredis secundum posthumum et natum et mortuum instituti, 65. 148; postliminii in eo, quem paterpatratus dediderat, 66. 146; postliminii in eo, qui servisset, 66; de libertate censi, 66; duarum uxorum, 67

Civitates primo ab eloquentibus constitutæ, 15; non constitutæ, 15, 16

Cognitionis tres modi, 281

Collocatio argumentorum, 159, 160. 220; verborum, 299, 300
Colorum pulchritudo diutius non delectat, 274
Commentariola Ciceronis adolescentis, 4
Conciliationis præcepta, 160, 161, 162
Conjecturæ quatuor genera, 281
Consecutionis duo genera, 282
Controversia duplex, causæ et quæstionis, 126

Decere, caput est artis, 47
Definitio quid sit, 69; in initio omnium disputationum necessaria est, 76; definitio artis, 36. 41. 110; imperatoris, 76; ejus qui remp. moderatur, 77; jurisconsulti, 78; philosophi, 78; oratoris, 99; dialectices, 154; generis et partium, 69; definitionis vitium, 128; definitio aliquando inutilis, 138; definitionis quatuor disceptationes, 282
Degressio quando utilis, 221
Deliberationis præcepta, 226, 227, 228, 229
Dialectica oratori non satis utilis, 154, 155
Dicere, plerumque ineptum est, 42; quoties dicimus, toties de nobis judicatur, 45, 46; dicendo perverse, homines perverse dicere consequuntur, 51
Diligentiæ utilitas, 150, 151
Disertus quis, 37
Dispositionis argumentorum præcepta, 220, 221
Dissimiles, res inter se consimili laude dignantur, 249; dissimiles inter se statuarii, pictores, poetæ, oratores, et tamen laudabiles, 249, 250

Elocutio tractatur, 252 *ad* 314; quatuor habet partes, 252, 253
Eloquens omnes virtutes habet, 33; eloquens alius ac disertus, 37; eloquens quis, *ib.*; eloquentes de omnimodis rebus ornate possunt dicere, 112
Eloquentiæ comparandæ difficultas, 8, 9. 42, 43; ex quibus artibus collecta, 42, &c.; ejus laus et vis, 13, 14, 15, 16; eloquentia perniciosa, 112; nihil habet commune cum Mathematicis, etc. 18; eloquentiæ partes quinque, 127; eloquentia est una, 248; eloquentiæ formæ permultæ, 249
Exercitatio oratori necessaria, 50. 131; exercitationis methodus quæ sit optima, 51. 53, 54
Exordii præcepta, 127. 222 *ad* 224; quale esse debet, 223; ex quibus rebus duci potest, et quomodo, 223, 224; sit connexum cum consequenti oratione, 224; quando non utendum est exordio, 223

Facetiarum duplex genus, perpetuum et breve, 176; facetiæ sunt aut in re aut dicto, 190, 191

Figuræ sententiarum, 311, 312, 313; verborum, 313
Finitum genus dicendi, 114. 122. 145, &c.; finitum genus infinito difficilius est ad tractandum, 124, 125
Forma verborum qualis, 299, 300
Formula in cretionibus, *quibus sciam, poteroque*, 39; exceptionis, *cujus pecuniæ dies fuisset*, 58; exceptionis excludentis, *quod ea res in judicium antea venisset*, ibid.; pactorum, *uti lingua nuncupasset*, 92

Genus triplex, judiciale, deliberativum, laudativum, 49. 115. 122, 123; genus laudativum minus est necessarium, et cur, 114, 115, &c.; ejus præcepta, 229 *ad* 231; genus deliberativum tractatur, 227 *ad* 229; genus judiciale tractatur, 223 *ad* 226; genera dicendi sunt multa, 250, 251
Græcia princeps eloquentiæ, 7. Græcorum arrogantia, 39, 40; mos voci servientium, 95. Græci ministris in causis utuntur, 72. 96. 108. Græci sunt inepti, 107, 108; non habent vocem, quæ significat *ineptum*, *ib.* Græcorum oratorum characteres, 132, 133, 134
Gymnasia, cujus causa inventa, 108, 109

Historiæ laus, 112; historiam scribere, quanti hominis, 116; ejus scribendæ præcepta, 121; historia prima nihil aliud, quam annalium confectio, 117; historicorum Romanorum recensio et characteres, 117, 118. Græcorum, 118, 119, 120.

Imagines ad memoriam juvandam sumendæ, et quales, 235
Imitationis necessitas et methodus, 53. 131, 132; imitatos esse aliquem veteres oratores probatur exemplis, 133, 134
Impudentia quomodo effugienda, 45; impudentes sunt, qui jus civile non discunt, 59, &c.; non sunt, 88, &c.
Ineptus quis, 107, 108
Inertes sunt, qui jus civile non discunt, 68, &c.; non sunt, 93
Infinitum genus dicendi, 114. 122. 145; infinitum ad finitum referri debet, 147, &c.
Ingenium ad dicendum vim affert maximam, 42
Inventio tractatur, 139 *ad* 175; ad inventionem tria sunt, acumen, ratio, diligentia, 150
Invidiæ excitandæ et sedandæ ratio, 170 *ad* 173
Jocorum doctrina et exempla, 176 *ad* 215; jocandi ars nulla est, 176. 183, 184; jocorum duplex genus, perpetuum et breve, 176; de jocis quinque quæruntur, 185, 186; jocandi utilitas, 185, 186; jocorum materies, 186, 187; joci

sunt, aut in re, aut in dicto, 186. 190. 194; loci jocorum, qui sunt in re, 186, 187. 202 *ad* 215; loci jocorum, qui sunt in dicto, 188; ex iisdem locis, quibus joci, etiam graves sententiæ ducuntur, 191, 192. 201; quatuor jocorum genera oratorem non decent, 193, 194; joci in verbo positi magis laudari, quam rideri, solent, 195. 215; jocus eo salsior, quo severior dicentis vultus, 215
Jurisconsulti domus, oraculum civitatis, 73
Jus publicum oratori necessarium, 74
Jus civile oratori necessarium, 54, &c.; non est, 87 *ad* 98; juris civilis scientia oratori perdiscenda, 54 *ad* 75; finis ejus, 69, 70; juris civilis ad artem redigendi methodus, 69, 70; juris civilis scientia facilis, 70, 71; jucunda, 70; omne civile jus, præter Romanum, inconditum et ridiculum, 72; jus civile est honestum senectutis perfugium, 73; non est, 73, &c.; jus pontificium conjunctum cum jure civili, 288

Latine dicendi præcepta, 253, 254, 255, 256
Laudationum genus non est necessarium, 114; ejus præcepta, 114, 115 *ad* 231; quæ in homine laudanda, 229 *ad* 231
Liber non est, qui non aliquando nihil agit, 109
Libertini in urbanas tribus translati, 16
Loci argumentorum, 144; eorum usus, 150; loci quot, et quales sint, 154, &c.; loci ad memoriam juvandam, et quales, 235; loci communes, 278

Memoria thesaurus rerum, 8; memoria exercenda est, 53; artificialis memoria adhibenda est, 53, 54; memoria artificialis tractatur, 231 *ad* 235; quomodo et a quo inventa, 231, 232; memoriæ fructus, 232; ejus doctrina, 232; memoria verborum minus necessaria, 234
Ministris Græci oratores utuntur, 72. 96
Modus verborum, 301
Motus animi et ingenii in oratore requiruntur, 42
Mulieres incorruptam antiquitatem servant, 255

Narrationis præcepta, 127; brevis esse debet, 225; aperta, et quomodo, 225, 226; perspicua, *ib.*; quando non utendum narratione, 226
Natura ad dicendum vim affert maximam, 42; si desit natura, ars non multum adjuvat, 46
Numeri a quo inventi, et quam ob causam, 301

Odii struendi ratio, 170
Oratio est aut infinita, aut finita, 49. 114. 122. 279; orationis partes quinque, 49. 127; orationis ornamenta quatuor, 50; orationem malo non intelligi, quam reprehendi, 110; oratio accommodanda auribus multitudinis, 155; oratio aut plena, aut tenuis, aut temperata, 311
Orator in omni sermonis genere perfectus, 14, 15; non perfectus, 15 *ad* 19; orator a philosophis exclusus ab omni doctrina, 22; oratori omnium rerum scientia necessaria, 23 *ad* 30. 54. 104. 113; quid interest inter sermonem oratorum et philosophorum, 23, 24. 33; oratoris descriptio, 26 *ad* 28; doctrina morum oratori necessaria, 29. 123; philosophia ei necessaria, 34, 35, 36; orator debet perturbari in exordienda oratione, 44; rationes oratoris perturbationes duæ, 46; oratoribus summis eventus non semper ex sententia procedunt, *ib.*; oratoris peccatum stultitiæ peccatum videtur, *ib.*; in oratore quæ requiruntur, 46. 160; oratoris officium, 49; vis in quinque partes distributa, 49. 126; oratori jus civile necessarium, 54 *ad* 75; non est necessarium, etc. 87; orator, qui jus civile non discit, est iners, et cur, 59; non est, 93; orator, qui jus civile non discit, est impudens, et cur, 53, &c.; non est, 88; oratori jus publicum cognoscendum est, 74; oratoris summi potestas, 75. 112, 113; oratoris definitio, 78, 79. 99; oratori omnium rerum scientia non est necessaria, 78, etc.; oratoris offensio gravior est quam actoris, 44; non est, 98; oratores Græci quales, 132, 133, 134; oratoris est probare, conciliare, permovere, 139, 140; oratori bono non licebit a judiciis discedere, 149; orator debet permoveri si judices velit permovere, 163, 164, 165; oratoris est risum movere, et cur, 185, 186; oratores quomodo nocent sæpe causis suis, 218, etc.; orator solum docere velle videatur, 220; oratores dissimiles inter se, et tamen laudabiles, 249, 250, 251; quondam etiam actores rerum erant, 260; oratores veteres, omnes artes discebant, 283, 284, &c.
Ornate dicendi præcepta, 274 *ad* 314; ornatus orationis aut ex singulis verbis, aut ex continuatis constat, 292
Otium bellissimum senectuti subsidium, 98; otii fructus est non contentio animi, sed relaxatio, 108

Pedes qui oratori utiles in oratione, 304, 305, &c.
Philosophia procreatrix et parens omnium artium, 5; in tres partes distributa, 29; philosophia oratori est necessaria, 34, 35, 36; non est, 80 *ad* 86; omnium rerum scientiam sibi vindicat, 79, 80. 82; philosophi olim chari Romanis, 152, 153; quæ philosophia maxime oratori

inutilis, 154, 155. 263, 264, &c.; philosophorum familiæ quot, 262
Plane dicendi præcepta, 256, 257
Poeta in quo similis oratori, 30; alia lingua loquitur, 121: poeta bonus nemo sine afflatu furoris, 165
Pudor commendat oratorem, 44

Quæstio triplex, factumne sit, quale sit, quo nomine vocetur, 49. 137. 139. 143; duplex, finita et infinita, 49. 114. 122. 145. 279; quæstio quid sit, 127
Quæstor in liberum loco esse debet, 165

Rhetorum præcepta parum ad eloquentiam valent, 33 *ad* 35
Risum movere oratoris est, et cur, 185, 186
Roscius in suo genere is dicitur, qui in aliquo artificio excellit, 47

Scribere quam plurimum, caput est, 51; permagni laboris est, *ib.*; scribendi multum utilitas, 51, 52
Sensus videndi omnium acerrimus, 233
Similitudo ducta ex ludentibus pila, 30; ex concitato navigio, 52; ex volucribus, 109; ex ambulatione in sole, 120; ex pictura, 123; ex vitibus, 130, 131; ex auro defosso, 158; ex materia sine igne non exardescente, 163; ex Themistocle repudiante artem memoriæ, 218; ex hominibus tempestatis causa se ad ludum conferentibus, 260, 261; ex pontificibus et epulonibus, 266; ex inventis vestibus, 294
Socrates durissimos habuit pedes, 13
Stilus optimus dicendi effector et magister, 51
Stoicorum philosophia oratori inutilis, 263
Studium oratori assumendum est, 48; quibus rebus studium constat, 48, 49, 50
Suadendi finis est dignitas, 227; ejus præcepta, 226, &c.

Tabulæ XII. declarant majorum consuetudinem et vitam, 71; ad virtutem hortantur, 71, 72; omnibus philosophorum bibliothecis præferendæ, 71
Timoris incutiendi ratio, 170, 171
Tractationis præcepta, 158, 159

Verba sunt aut propria, aut inusitata, aut translata, aut novata, 293, 294; translata quomodo inventa, 294; eorum doctrina, 293 *ad* 301; cur verbis translatis tantopere delectamur, 295; verborum collocatio, qualis, 299, 300, 301; modus et forma, 301 *ad* 310
Virtus semper et sola libera est, 82; persuadendo, non minis traditur, 93
Vitia acrius in dicente quam recta vident omnes, 43
Vocis quot sunt genera, 315, 316; quod genus vocis unicuique affectui convenit, 315, 316; vocem varietas commendat, 319
Vultus oratoris qualis esse debet, 317, 318

INDEX

PHRASIUM ET VERBORUM.

A. F. P. R., ante factum, post relatum, 211
A me hoc est, 25; ab hac similitudine, 259
Abalienare ab aliquo, 167; a se judices, 219; abalienari a rebus fastidio, etc., 275
Abducere animos a, 216
Abeo a minis, 199
Aberrare ab aliquo, 152; ab alicujus inventis, 155
Abesse a perfectione, 47; absum tantum ab, etc. ut, 98; abest totum a causa, 174
Abhorrere a consuetudine communis sensus, 7; a sensibus, 33; a vitæ consuetudine, a civitatum moribus, 82; a re civili, etc., 261; abhorrens a studio audiendi, 106; a sermonis officio, 318; a præceptis Cæsaris, 312; ab oratore, 263; ab auribus vulgi, 264
Abjecto scuto fugere, 216; abjecta verba, 292; abjectum genus vocis, 316; abjicere se in herbam, 13; voluntatem discendi cum spe perdiscendi, 148; gloriam, 173
Abjudico atque ejicio, 136
Abnutas, i. e. vetas, prohibes, absterres, 297
Abripere procul a terra, 291
Absolutio, 47
Absona vox, 254; absoni voce, 43
Abstinere manus, etc., ab alienis, 71
Abstrahere in altum, 291; abstrahi a consuetudine dicendi, 32
Abundare doctrina et ingeniis, 261; copia orationis, 151; otio, 9; abundantissimus varietate, 120
Abuti alicujus nomine, 301
Accedere ad causas, 61. 267; ad dicendum, 32; ad disputationem, 33; propius ad veritatem, 81. 99
Accipio, quod datur, 162; accipere excusationem, 209
Acclamatio adversa populi, 228
Accommodare orationem ad, 47; coronam ad caput, 192; institutionem ad cujusque naturam, 252; accommodanda multitudinis auribus oratio, 155; accommodata sensibus hominum oratio, 25; ad vulgarem sensum, 41; accommodate ad persuadendum dicere, 49; ad veritatem dicere, 50; accommodatum urbanis sermonibus, 207; ad orationis laudem, 229
Acer et acutus in cogitando, 144; acer inimicus et gravis, 83; acrius studium, 37; acerrima cogitatio, 246; suavitas, 275; acerrimum ingenium, 218; acerrimus ad perdiscendum, 272; acriter persequi, 226; acerrime commovere, 274; agere, 223
Acies mentis, 155; ingenii, 52; nostrorum ingeniorum, 247; forensis, 54; quotidiani muneris, 96
Actio varia, vehemens, plena spiritus, etc. 125; lenis, facilitatem significans, 161; consumpta superiore motu, et exhausta, 277
Actor alienæ personæ, 165; causarum, 161; rerum, 260; in imitanda veritate, 112; actores veritatis, 315; actorum gestus, 46
Actuose, 277
Acuere prudentiam intelligendi, 36; ingenia adolescentium, 273; linguam, 283
Aculei sententiarum forensium, 122; contumeliarum, 178; aculeos in audientium mentibus relinquere, 288
Acumen dialecticorum, 46; stili, 52; acuminibus suis se compungere, 154
Acute atque concinne, 211; atque dilucide, 37; acutius atque acrius vitia quam recta videre, 43
Ad certam causam tempusque, 30; ad consuetudinem Græcorum, 106; ad hoc tempus, 104; ad manum servus, 318
Addere paulum alicui, 37; sonum historiæ, 117
Addictus, 196
Adduci ad misericordiam, 163; in discrimen, 165; adductus argumentis, 144; mercedula, 72; opinione, 37; cognoscendi studio, 125; adducta res in controversiam, 67
Adhærescere ad studium alicujus, 252; fastidiis, 98
Adhibere diligentiam, 45. 150; dicendi faces, 169; doctores, 7; artes, 30; lu-

men rebus, 257; medicinam ægro, 1 memoriam custodem rebus et verbis, ; locorum simulacrorumque rationem in memoria exercenda, 53; moderationem, 186; motus judici, 163; aliquem patronum, 257; plures patronos, 221; speciem et pompam, etc. 216
Adipisci facultatem, 13; laudem eloquentiæ, 50
Adjudicare causam alicui, 143
Adjumenta belli, 157; importare publicis rebus, 16
Adjungere usum ad doctrinam, 7; artem in aliqua re, 293; adjuncta, 154; adjunctio, 311
Adjuvare mœrorem alterius lacrymis suis, 165
Admirari aliquem in aliqua re, 22. 222; admiratio ingenii, 257
Admonuit me sol ille, ut brevior essem, 314
Admovere orationem ad animorum motus, 228; ad sensus, 296; aurem, 152; alicui faces verborum, 240; admoto igni, 163
Admurmuratum est, 213
Adspergere mendaciunculis, 187
Adstringere orationem numeris, 301
Advenæ in patria, 94
Adventat tempus, 73
Adversæ cicatrices, 142; adversus et aversus impudicus, 197; adversos casus sapienter ferre, 230
Adversaria oratori artificii suspicio, 154
Adumbrare aliquid dicendo, 165. 246
Advocatum aliquem invocare ad, 165; advocatus alicui sedere, 212
Ædilis curulis, 25; ædilitatem petere, 89; in ædilitate, 272
Ænigmata, 298
Æquabili cum lenitate profluens oratio, 121; æquabilitatis juris, 172; æquabiliter loqui, 255; fluens oratio, 307
Æqualis meus, 44. 65; æquales inter se, 33
Æquo animo spectare, 8
Ærarii copiæ, 157; ex ærariis eximere aliquem, 206
Æstus ingenii, 291; æstu fervit pelagus, 295
Ætas affecta, 74; ætati aliquid concedere, 168; ætatem conterere in studio, 80; ætas exacta, 164; ætatis flexus, 3
Æterna opinio tarditatis, 46; æternitatem conservare, 247
Afferre ætatem, 236; aliquid momenti, 223; aliquid religionis, 237; in contrariam partem, 175; cumulum artibus, 291; lumen memoriæ, 232; lumen orationi, 296, 297; obscuritatem et tenebras rebus, 257; suavitatem actioni, 319; afferre permotionem ad causam, 161
Afficere pœna, 145; animos, 34. 158. 169; affectus senectute, 267; dolore, 168
Affigi animis, 233
Affingere aliquid alicui, 252
Affirmare sententiam suam, 150
Afflatus furoris, 165
Affluentes otio et ingeniis, 260
Africa terra *pro* Afris, 298
Ager novatus et iteratus, 144
Agere gratias, 205; gestum, 184; per seipsum, 38; cum aliquo, 64; lege cum aliquo, 17. 57; lege in hereditatem, 61; negotium suum, 109; tragœdias in nugis, 169; cum dignitate et venustate, 50; agas asellum, 199
Aggredi aliquem, 316; aliquid, 312; ad causam, 215; ad animos pertractandos, 162; aliquo, 263
Agitare animorum motus, 81; stultitiam alicujus, 183; agitatio rerum, 272
Agnascendo rumpitur testamentum, 90; agnationum jura, 61
Agnoscere alicujus humanitatem, facilitatem, 235
Agrestes et vasti vultu motuque corporis, 43
Alia est alia aptior ad, 230; species alia magis alia formosa et illustris, 259; aliud causæ, nisi, 8; alio duci cogitatione, 295, 296
Allicere mentes, 13
Alligata lege versus verba, 302
Alludere varie et copiose, 88
Alluviones, 60
Ambitionis occupatio, 3; labor, 241
Ambitus verborum, 306
Ambrosia alendus, 184
Amentatæ hastæ, 91
Amor in rempublicam, 245; in patriam, 72; amoris ardor, 46
Amplificare orationem, 278; rem ornando, 277; amplificatio potest plurimum, 278
An *pro* annon, 94
Anapæstus, 304
Anceps causa, 162; sapientia, 261
Ancillula, 88
Angustiæ temporis, 3. 319; spiritus, 304; angustior spiritus, 99
Anhelata gravius verba, 253
Animæ interclusio, 304; animam continere, 99
Animatus, 167
Animus acer, et præsens, et acutus, etc., 129; minutus *pro* parvo, 299; lenis et remissus, 165; animi motus celeres, 42; ardor, 166; attentio, 150; impetus, 159. 162; permotio, 216. 315; relaxatio et contentio, 108; animo infusum, 218; tradere, tenere, 239; animo suspenso et occupato esse, 89; ex animo effluere, 218; animos abducere a, 216; commovere, 216; flectere, 169. 172; oblectare, impellere, 155; percutere, 234; commutare, 173; permovere, 163. 221; pertractare, 111. 162; relaxere, 13; traducere ad, 216; trahere et rapere, 158; per animos peragrare, 81

Annalem legem ferre, 200
Annalium confectio, 117; annales maximi, 117
Anquirentibus nobis, 52
Antemeridiana ambulatio, 283; antemeridiano sermone, 248
Antennæ in navigio, 303
Anteponere delectationem utilitati, 108; anteponi æqualibus suis, 13
Antiquitatem retinet sermo, 254; conservat, 255; antiquitatis effigies, 71; iter, 98
Antistes artis, 74
Aperire sententiam suam, 33
Apologorum narrationes, 203
Apparatus verborum, 232
Appellere mentem ad philosophiam, 152
Appetens alieni, 146
Applicare se ad aliquem quasi patronum, 63; se ad historiam scribendam, 118; applicationis jus, 64
Aptatum ad id verbum, 296
Aptus ad dicendum, 38. 118; et pressus verbis, 118; aptus motu corporis, 47; aptum et congruens, 258; aptum ad, 140
Apud se esse, 78
Aquula, 13. 156
Arborum partes omnes venustæ, 303; et vitium putatio, 94
Arcessere aliquid a capite, 140; splendoris aliquid orationi, 293; arcessitum dictum, 196
Ardet orator, 163; ardens invidia senatus, 242; ardentes studiis, 286
Argumenta excogitare, 154; promere ex locis, 144; causarum non tam numerare, quam expendere, 220; argumentorum notæ, 158; copiam suggerere, 140
Arguta manus, 317
Aristotelia vis, 266; Aristotelio more, 268
Arma *pro* bello, 298; armorum ars ludicra, 129; arma prudentiæ, 59
Armamentarium Atheniense, 27
Armare aliquem ad, 289
Ars a natura profecta est, 309; muta, 155; artem tradere alicui, 218; si non plane artem, at quasi artem, 112; res arte mediocris, 111; arte tradi, 47; artes ingenuæ et humanæ, 248; mutæ, 250
Artifex dicendi, 9; artificium ex eloquentia natum, 50; artificia percipere, 46; artificiosa verborum conclusio, 112; artificiose digesta generatim componere, 68
Asper cuivis, 271; aspere et vehementer loqui, 83; in asperis rebus dignitatem retinere, 230; asperitas judicialis, 121; rustica vocis, 254; contentionis, 174; asperitates rerum, 3
Assectari aliquem, 89
Assensi significare, 45
Assequi doctrinam studio, 7; facultatem dicendi, 33; maturitatem, 131; vituperationem tarditatis, 136; similitudinem imitatione, 134
Assilire ad aliquod genus orationis, 174
Assuefactus sermone veterum, 253
Assueti labore assiduo, 260
Assumi foris, 156
Attendere procul quid narrarent, 151; id ipsum attendo, 54; attente audire aliquem, 150
Attentatum deserere, 281
Atticorum propria verborum suavitas quæ exit ex ore, 254
Attinet: quid me attinet dicere? 232
Attingere Græcas literas, 32; doctrinam, 102; libros philosophorum, 269; aliquid cogitatione, 243; labris primoribus, 35, 36
Attractum Atreum advenit, 316
Avaritia penetravit, 299
Auceps syllabarum, 88
Aucupari hominum opiniones, errores, 111; utilitatem, 120; verba, 196
Auctor consilii publici, 79; personæ meæ, 165: auctores certissimi, 265; dicendi, 284
Auctoritas gravitatis, 78; auctoritates præscriptæ, 241
Audientia, 224; auditio, 144; audivi cum diceret, 109. 153
Auferre responsum, 89; pignora, 240; aliquid in ventre, 203; auferre superbiam, 198
Augere patrimonium, 181; immortalem memoriam posteritatis, 228; potentiam, 68
Augurari conjectura, 37
Auribus accipere, 80; percipere, 233; parcere, 290; aurium satietas, 251
Aurificis statera, 155
Aurum rependere, 207; defossum commonstrare, 158
Auspicia, 16
Austera suavitas, 277; austeri homines, 275

Baccarum ubertate incurvescere, 294
Bajulus orator, 114
Barbaria forensis, 44
Belle et festive, 276
Bellum indicere philosophiæ, 153; grave, 206
Bene et præclare, 276; bene ante lucem, 199; bene gesta res, 299; bene longus sermo, 235
Bonus civitati, 289; boni illis, 170; in ludo et rudibus, 271; bona pars sermonis, 106; bona dicta, 177; verba, 293; bonorum Charybdis vorago, 296
Brumale signum, 303
Buccæ fluentes, 205

Cadere numerose, 302; in disceptationem, 104. 139; in aliquem, 116. 139; cecidit

mihi insperanti, 37; mihi peropportune, 107
Caduceo ornatus, 74, 75
Cæremonia, 16
Calcaribus uti in aliquo, 252
Calcei Sicyonii, 85
Calculis in os conjectis, 99
Campus *pro* comitiis, 298
Cancellis circumscripta oratio, 24
Cantilena ex scholis, 40
Cantor formularum, 88
Capere locum, 216. 232; vim orationis, 227; adversantem et repugnantem, 162; primo aspectu, 274; captus misericordia, 168; capi *pro* decipi, 61
Capitalis fraus, 86. 167
Caput, *i. e.* summum, 34. 47. 228; capitis judicium, 85; causa, 314; a capite arcessere, 140
Caritati hominum parcendum est, 186
Carmen magistri, 92
Carneadia vis, 266
Carpere orationem membris minutioribus, 307
Castrata respublica, 297
Casus horribiles miserique, 244; graves communium temporum, 3
Cavernæ in navigio, 303
Cavillari, 283; cavillatio, 176
Causa capitis, 314; causam deferre in forum, 51; deferre ad aliquem, 95. 257; dictitare, 118; accipere, 232; recipere, 95; ponere, 226; amittere, 135; conferre in tempus, 319; causa cadere, 56; causæ centumvirales, 59. 89; gravissimæ et plenissimæ ad augendum et ad ornandum, 221; causarum contentiones, 124; causa est cur cuperes, 48
Celebrare artes, 3; celebravit delectatio, 294; celebrari frequentia civium, 74; celebritas ludorum, 285
Celeritas linguæ, 51; ingenii, 183; eloquendi, 36
Censor, 200. 207. 214; censorius homo, 236
Census domini voluntate, 67
Centumviri, 61. 65. 177; centumvirale judicium, 63; centumvirales causæ, 89
Centuria, 199
Ceram olere, 275; mollissimam formare, 302
Ceres *pro* frugibus, 298
Cernitur eo vis oratoris, 80
Certare de facto, de æquitate et jure, 59
Charybdis bonorum, 296
Choreus, 308
Cicatrices adversæ, 142; cicatrices ostendere, 142. 165
Cincinni oratoris, poetæ, 276
Circuitus verborum, 308. 310
Circumdare aliquid finibus, 100
Circumluviones, 60
Circumscribere terminis jus suum, 30; modicis regionibus, 123; circumscriptio, 313
Circumveniri ab aliquo, 192; circumventus sum multis modis, 317
Circumvestit se dictis, 295
Citare pæanem aut munionem, 95
Citharœdi prœmium, 224
Civitates initio constitutæ, 15; in civitatibus constituendis, 16; in civitatibus suis clari et magni, 108
Clamare contra quam deceat, 130; clamator, 288; clamatores odiosi ac molesti, 269
Claudicas, 191; in oratione si quid claudicat, 309
Clausulæ orationis, 304. 308
Clepsydra, 289
Coagmentatus verborum concursus, 299
Coarctare, 55
Cœlum rotundum, 303; tonitru contremit, 295; cœli fornices, 296
Coemptio certis verbis sit, 88
Cogitatio acerrima atque attentissima, 246; defixus in cogitatione, 246
Cogere in genera, 149
Cognitio rerum, 290; judicis, 175
Cohorrescere, 241
Cohortari ad virtutem, 112
Colere domum alicujus, 97
Collationes signorum, 76
Collectam a convivis exigere, 184
Colligere oculis voluptates, 249; se, 11; testes domestico præconio, 130; vocem 95; argumenta causarum, 220
Collocare spem in aliquo, 12; tabernaculum vitæ suæ in philosophia, 268; oratorem in majorum suorum regno, 284; nuptias, 317; filiam, 287; in suo loco, 55; collocatio verborum, 301
Color orationis, 274; colorari sole, 120; sentio orationem meam tactu colorari, 120
Comissatio tempestatis, 297
Commendare aliquem alteri, 83. 105. 165; commendari immortalitati, 112; commendatio orationis, 139
Commentari aliquid, 270; commentatio, 54; accurata et meditata, 98
Commentariola Ciceronis adolescentis, 4
Comminatio (fig.), 313
Committere causam alicui, 61; concionem, 264; non committam, ut, 107. 184
Commodare hominibus, 203; commoda pacis, opum, potentiæ, etc., 227; cum est commodum, cantat, 271; commode scripta oratio, 85
Commonstrare viam, 75
Commoratio una in re (fig.), 311
Commovere languentem, 161; memoriam alicujus rei, 108; commoveri prœmiis, etc., 7; misericordia, 163; commotum genus orationis, 251
Communicare cum aliquo, 28. 94; communicatio (fig.), 312
Communis vita, intelligentia, 94; mens, 282; sensus, 6. 123. 308, 309; usus, 6; commune jus, 25; communia tempora, 3

Commutare animos, 173
Compellere aliquem in gyrum exiguum, 266; in Academiam, 291, 292; compulsus consiliis, 15
Compensati gloria labores, 245
Compingi in pistrinum, 22
Complecti animo, 247; oratione, 319; aliquid cogitando, 233; sententiam numero quodam, 302; complexio verborum, 304
Complere pectus rerum copia, 283
Componere verba, 299; composita oratio, 24; lexeis compostæ, 300; compositio apta, 311
Compos animo et scientia, 76; compotes consilii, 73
Comprehendere vim oratoris, 163; vim rerum, 286; aliquid cogitatione, 6. 247; memoria, 53; sensu, 247; scientiæ pervestigatione, disserendi ratione, 6; comprehensæ scientia res, 41
Comprimere invidiam, 171; cor alicujus, 317
Comprobatæ judiciis hominum res, 231
Compungunt se suis acuminibus, 154
Concalefecit brachium, 222
Concedere alicui subtilitatem et elegantiam, 111
Concertatio verborum, 123; concertationes minutæ et angustæ, 283
Conchas et umbilicos legere, 109
Conciliare benevolentiam, 167; conciliantur animi ad benevolentiam, 160; conciliatio, 313
Conciunculæ, 22
Concipere ignem, 163
Concitare misericordiam, 83; incendium 166; concitari animi motu, 163. 318; concitatur risus, 185; oratio vi concitata, 53; concitato navigio, 52
Conclusio verborum artificiosa, 112. 302; rationis apta, 312; conclusa artibus, 68; concludatur in ea, quæ, 99
Concubina, 68
Concursio (fig.), 313; concursus verborum asper, etc., 299
Condemnare aliquem inertiæ, 59; capitis, 86; condemnatus sum, 210
Condere lustrum, 27. 207
Condire asperitatem contehtionis humanitate, 174; conditum suavitate, 275; conditior festivitate, 182; condimenta sermonum, 207
Conditione ista, dum, 39
Condoluit illi latus, 241
Conduplicantur tenebræ, 295
Conferre aliquid cum aliquo, 31; aliquid in adversarios, 160; aliquid ad suum commodum, 172; aliquid in quæstum, 182; otium ad scribendum, 3; omnia tela in adversarium, 216; causam in tempus, 319; se ad historiam, 119; se ad causas, 134; se de turba et a subselliis in otium soliumque, 149; se ad pilam, aut ad talos aut ad tesseras, 260; contulit se Rhodum, 314; usum, scientiam, studium suum ad rempublicam moderandam, 77
Conficere iter reliquum, 215; totum, 225; motus animorum, 224; munus, 106; orbem verborum, 310; omnia sermone intentiore, 97; numerum, 258. 306; sermonem, 12; spatia, 303; tabulas, 134; versum, 258; confecit nos res, 32; confecit justitia, 299; confici nihil potest, 91
Confidentia tanta estis, 198
Confirmare testes, tabulas, quæstiones, 141; usus doctrinam confirmat, 272; diuturnitas pacis otium confirmavit, 7; confirmatis criminibus, 278; confirmo *pro* affirmo, 104. 131. 175
Confixum facere, 195
Conflare seditionem, 143
Conformare aliquid in aliquo, 252; orationem, 8; oratorem, 311; conformatio quædam, 233; oris et corporis, 43; verborum, 311. 313; sententiarum, 311
Confugere ad oratoris facultatem, 27
Confundere aliquid in totam orationem, 224
Conglutinare rem divulsam, 69
Congruenter ad id, quod agitur, dicere, 252; congruens genus, 258; menti actio, 318
Conjectus oculorum, 318
Conjicere oculos in, 110; se in versum, 308; aliquid in mediam turbam atque gregem, 221; conjectis oculis, 180
Conjunctus familiaritate cum aliquo, 11; linguæ ejusdem societate, 318; conjuncte elatum, 154; conjunctissime vivere cum aliquo, 245; conjungi in comparatione cum alio, 251; societate, 19
Connexa ex pluribus, 299
Connubia conjungere, 15
Conquirere vetera, 250; literas cogitatione, 145
Consectari plura, 14; rivulos, 140
Consenescunt leges sua vetustate, 93
Consensio naturæ, 247
Consensus concentusque doctrinarum, 248
Consequi usum ex causis, 4; gratiam, 44; eloquentiam, prudentiam, 102
Conserere manum ex jure, 17
Considere varie distincteque, 308
Consignatæ commentariis res, 180
Consilium *pro* senatu, sive cœtu eorum qui consulunt, 45. 156. 227. 239
Consistere in suo campo, 284; in suo præsidio, 216; in possessione judicii, 167
Conspersa floribus verborum et sententiarum oratio, 274
Constant *pro* extant, 132; constare *pro* stare, 167; constare vidi, 239
Constituere civitates, jura, leges, 14, 15. 123; imperium, 7; rempub. 15; alicui pœnam, 243; utilitates, 15; constituit ire in Tusculanum, 100; constituendus

in oculis civium, 114; constituta res, *ibid.*
Constringere supplicio, 75; vinculis, 82; constricta omnia vi et consensione naturæ, 247
Construere nidum, 109; constructis rebus, 55
Consuetudo valentis, 162; communis sensus, 6; hominum vulgaris, 123; sermonis quotidiani ac domestici, 256; dicendi popularis et forensis, 32; consuetudini parcendum est, 299; ad consuetudinem Græcorum, 106; consuetudine mala ad deformitatem pravitatemque venire, 53
Consul quis, 156; consularis homo, 56, 57. 66. 85. 236; reus, 142; potestas, 167; consulares, 12; consulatus, 3; consilia consulatus sui explicare, 116
Consulere viribus, 222; utilitati, honestati, 227
Consumere ætatem in, 261. 292; otium, 25; consumtus lateris dolore, 241
Contagio: ne contagio mea bonis obsit, 297
Contendere interdicto cum aliquo, 17; sacramento justo, 18; ab aliquo, ut, 56; lateribus, clamore, 97
Contentio corporis, 250; animi, 108; vocis, 99; actionis multa, varia, copiosa, 175; contentionis extremum, 319; judicium, 250; contentiones causarum, 124
Contentius alias, alias summissius, 314
Contineri in negotiis, etc., 94
Continere animam, 99; animo et memoria, 37; dicta falsa in oratione, 111; contineri doctrina, 107
Continuare verba, 305; continuatum, 313; continuatio verborum, 99. 299; continuatio (alio sensu), 306
Contorquere aliquem ad lætitiam, etc., 124, 125; contortæ res, 95
Contremiscere mente atque artubus, 45
Controversia causæ, 126, 127; definita certis temporibus ac reis, 279; causam aut controversiam appellant, *ib.*
Contuens eadem, contuens aliquid, 317
Contundere cor alicujus, 317
Convenæ, 15
Convenit in omnes luscos, 189, 190
Conversio verbi (fig.), 313; verborum, 307; conversiones orationis, *ib.*
Convertere populi motus, etc., oratione, 14; orationem in, 167; animum ad, 4; aliquid ad ridiculum, 197; se animo et cogitatione, 4
Convincerent te nihil scire, 18
Copia poetarum, 6; copiam consilii sui facere alicui, 287
Cordatus homo, 72
Corpus orationis, 274; corpora capta armis, constricta vinculis, 82
Correctio (fig.), 312, 313
Corroborare impudentiam, 273
Cortem in Palatio habes, 202
Coruscat flamma, 295
Creatur odium, 171
Creber rerum frequentia, 118
Creticus, 305. 307, 308
Cretiones, 39
Crocum olere, 275
Crudelis in alicujus calamitate, 166
Crudior fuit, 46
Cujusmodi essent, 273
Cuivis tempori homo, 207; cuivis satis asper, 271
Culpam præstare, 42
Cumulare eloquentiam, 272; cumulatus omni laude, 9. 44; aliquo vitio, 107; cumulata omni rerum genere oratio, 112; cumulatissime aliquid facere, 278; cumulum afferre artibus, 291
Cupidior contentionis, quam veritatis, 23
Curia *pro* senatu, 298; curiæ dies, 12
Currentem incitare, 161; cursim arripere, 236; cursus orationis, 113
Custodiæ causa, 207, 208
Cycnea vox, 241

Dactylus, 304
Damnatus primis sententiis, 86
Dare operam, ut, 136; facultatem alicui, 74. 234: consilium, 49; operam Græcis rebus, 152; operam valetudini, 100; operam philosopho, 271; alicui aditum ad, 242; alicui patronum, 210; materiam superbiæ, etc., 230; palmam alicui, 291; præcepta, 127; salutem, 14; se alicui, 162. 213; se sermonibus aliquorum, 103; significationem artificii, etc., 152; vela, 162; veniam excusationis, 166
De reliquo, 39; de industria, 254
Deambulatum ire, 197
Debere munus alicui, 247; beneficium, 45
Debilitare tribunatum alicujus, 10; debilitatus metu, 45; debilitati metu a jure cognoscendo, 148
Decantare præcepta, 125; prope decantatas habere causas, 147
Decemviri, 26
Decere, caput est artis, 47; decentia, 311
Deceptus exspectatione, 200
Decernere pro sua fortuna, 168; ferro decernitur, 222
Decerpere aliquid de gravitate, 183
Declamator, 130; declamatorio opere jactatus, 30; declamitant sedentes, 95
Declinavit oratio, 154; declinatio (fig.), 313; brevis a proposito (fig.), *ib.*
Decorari honoribus, præmiis, splendore, 71. 86
Decreta virtutis præmia, 231
Decurrere aliquid, 51; decursus honorum, 3
Dedere se ad scribendum, etc., 37; se alicui, 87; se studio alicui, 260; dedit aliquem paterpatratus, 66. 146; deditus

artibus a pueris, 3; philosophiæ libris, 269; studiis, 26; dedita, 36. 246. 308
Dedocendus, 124
Deducere odium ad benevolentiam, etc., 124; voluntates unde velit, 13; a fera vita ad cultum humanum, 14; oratorem ad causas, 134; populum ab errore, 75; deduci aliquo oratione, 162; ad motus, 161; ad fletum misericordiamque, 163; a tristitia, etc., 229; ad hilaritatem, et ad tristitiam, 309; deducta in alienum locum, 297; deduxisti totum hominem in duo solum genera causarum, 124
Deesse alicui hortanti, 4; deest aliquid in aliquo, 246; nihil illi defuit, 135
Defatigari similitudinis satietate, 158; defatigatio, 301
Defecere vires, 73; defecit vita discentes, 270
Deferre causas aliquos, 135; causam ad aliquem, 257; in forum, 51. 150. 267; ad forum, 319; palmam alicui, 182; deferri ad ineptias, 318; detulit coronam ad te, 317
Defigere mentem, et orationem in aliqua re, 250; defixa in mente et cogitatione, 158. 246
Definire terminis jus suum, 30
Defluere in mare, 265
Deformata civitas, 243
Defringere surculum, 280
Degredi ad, 223; ornandi aut agendi causa, 127; ab eo quod proposueris, 221; degrediendi locus, *ib.*; degressio ab re, 312. 313
Degustare mentes sensusque, 82
Delabi in aliquem sermonem, 37; in fraudem, 319
Delectare sine satietate, 274; delectatio, 312
Delegare aliquid ad aliquem, 143
Deliberatio cum iis, apud quos dicas (fig.), 312
Deliciæ pueriles, 269
Deligere scriptores ad cognoscendum et ad imitandum, 284; delectus verborum, 293
Delinitus oratione, 15
Delirare, 126; delirus, *ib.*
Demittere caput ad fornicem, 205
Demonstrator uniuscujusque sepeliendi, 232
Depascere luxuriem orationis stilo, 134
Depeculator, 278
Deponere gloriam, 173
Deprecari aliquid, 35; aliquid pro se, 168; deprecatio, 278. 313
Depromere de libris, 96; ex intima defensione, 223
Depulsus tribunatu, 244; de sua possessione, 278; a communi peste, 3
Descendere ad omnem animi remissionem et ludum, 109
Describere leges, jura, etc., 14. 268; aliquid in partes, 291; finibus, 72; descripti cives generatim in ordines ætatesque, 26; *vide Not.*
Deseri a cohortatione, 130
Desiderat concio gravitatem varietatemque, 227
Desidiosa delectatio, 271
Designatio personarum et temporum, 49
Desperare se posse perdiscere aliquid, 292; se eloquentiam consequi posse, 292
Despiciens sui, 236
Despondere filiam alicui, 89
Determinare aliquid spiritu, arte, 302
Deterrere aliquem a doctrina, 102; a discendo, 148; a dicendi studio, 43, 44
Detexta retexere, 154
Detrahere alicui, 213; de alterius arte, etc., 15; detractis omnibus vitiis, 44
Detrimentum importare, 16
Detrudere aliquem ad id, quod facere possit, 47; detrudit in judicia, etc., 22
Devenire in medium certamen, discrimen, 3
Deus in dicendo, 40; deus esse putatur, 74; in qua tu mihi semper deus videri soles, 159; vide, quam sim in isto genere deus, *ib.*; deum inter homines putare, 258; ab aliquo deo fictus, 43; si diis placet, 273; deorum natura, 124; dii genitales, 294
Διαλεκτικη, ars bene disserendi, etc., 154; dialectici, 46. 154. 260
Dicax, 177. 189; dicacitas, 177. 189
Dicere literam aliquam, 99; testimonium, 116; ex communi hominum opinione, 37; in utramque partem, 268. 278; quod contra ipsum sit, 218; illuminate, distincte, explicate, abundanter, 258; dicendi imperitus, ignarus, 302; dicendi ratio et copia, 278; formæ et figuræ, 252; ratio et via, 34. 42; incondita consuetudo, 301; prudentia et vis, 35; varietas et elegantia, 24; disceptatio, 215; dicendi animos, et vim, et artem habere, 278; dicendi luminibus ornare, 141; mediocritas in dicendo, 44; dicendo, ut boni aliquid efficiam; sin id minus possim, ut certe ne quid mali, 220
Dicta, quæ proprio nomine appellentur, 179; dictum breve, 228, 229; facete, 177; simpliciter, 154; dicta brevia, 177; bona, falsa, 177; perpetua, 179; parum commode, turpiter et flagitiose dicta, 83
Dictitare causas, 119
Diducuntur verba vastius, 301; diducta rivis oratio, 248
Dies hesternus, hodiernus, 269; hesterna, 248
Differre in crastinum, 237; in diem, 106
Difficultas navigandi, 33; dicendi, 44, 45
Diffluentes otio, 286
Diffusa in omni oratione, 305, 306; in omnem partem, 261; patulis ramis, 13; diffusus sanguine color, 311

Digerere in genera, 69; digestio, 313
Digitum ad fontes intendere, 75
Dignitas hominis, 146; vitæ, 34; motus, 250; personarum, 49; imperii, 157; civitatis, 156; maxime expetenda, 71; dignitatem retinere, 230
Dijudicare vera ac falsa, 154
Dilatare et explicare aliquid, 55; omni copia, 138
Diloricare tunicam, 142
Diluere aliquid argumentis, 186
Dimittere consilium, 45; sua præsidia, 219; aliquem ad aliam artem, 48; tempus, 131; dimitto certos ex incertis, 73
Dinumeratio, 313
Dirigere aliquid norma, 307; ad similitudinem, 47; ad utilitatem, 49
Diripere patrimonium, 239
Disceptatio rerum, 127
Discernere genera rerum, 147
Discindere tunicam, 165
Disciplinæ veteris perturbatio, 3
Discrepare, 283
Discus increpuit, 108; discum audire, quam philosophum, malunt, 108
Disjunctum ab intelligentia sensuque imperitorum, 6; disjunctio, 313
Dispari motu cursuque, 303
Dispensare inventa momento quodam et judicio, 49
Dispositio argumentorum, 159
Disputare aliquid, 146; in aliquam sententiam, 43; de omni re in contrarias partes, 54: disputandi viæ rationesque, 292; disputatio universi generis, 146; disputationes concertationum plenæ, 71; disputationum series, 123
Dissentire a bonis, 157
Disserere aliquid cum philosophis, 25; in angulis de aliqua re, consumendi otii causa, 25; disserendi subtilitas, *pro* dialectica, 29
Dissimile inter se, 249; dissimilitudines, *ib.*
Dissimulatio, alia discentis ac significantis (fig.), 312; dissimulatum malum obruere bono ornando, etc., 216
Dissipare rempublicam, 16; patrimonium, 181; dissipatio, 313
Dissociatus ab aliquo, 266
Dissolvere, 154; joco et risu, 186; dissolutum, 313
Distinguere orationem membris, 307; luminibus, 313; verborum et sententiarum insignibus, 113; historiam varietate locorum, 118; locos varietate formarum, 234; distingui facultate, genere, 251; distincta expolitione oratio, 24; personis narratio, 225; articulis membrisque oratio, 306; rerum varietate, 81; distincte concisa brevitas, 312; distinctio et ornatus oratoris, 236, 237; ejusdem verbi crebrius positi, 313
Distortum, 204
Distrahere industriam in plura studia, 95
Distribuere in partes, 127; distributio (fig.), 312; in distributis supposita ratio, 313
Districtus negotiis, etc., 286; districta vita ambitionis labore, 241
Dithyrambus, 305
Diversorium, 184; sermonis, 215
Divinus homo, 17. 241; divina memoria, 235; vis ingenii, 58; celeritas ingenii, 265; divino consilio, 245; quæ in te divina sunt, 47; divinitas oratoris perfecti, 217; in causis, 235; divinitatis videtur, 130; divinitus colligere, 319; tractari, 162; ad nos delatum, 74; divinitus dicta, 83. 240; deplorata et commemorata, 12
Divisor, 197
Divitior, 305
Divortium in uxore, 295; divortia doctrinarum, 265
Diuturna opinio tarditatis, 46; diuturnum desiderium, 75; diuturnitas memoriæ, 47
Docere oratorem de sua re, 136
Doctorem aliquem alteri accire, 290; doctores rhetorici, 34; sapientiæ, 261; dicendi, 23. 281
Doctrina transmarina et adventitia, 287; doctrinæ liberales et ingenuæ, 285
Dolare, 118
Dolorem fictum suscipere, 163; significare oculis, vultu, etc., 162; refricare, 167; dolore pio affici, 168; dolore lateris consumptus, 241
Domestica exercitatio, 53; domesticum præconium, 130; domestici testes, 102: domesticæ copiæ, 113
Domicilium imperii et gloriæ, 40; studiorum, 254; argumentorum, 156
Dominatus regius, 181; improborum, 245; quod unum dominatur in oratore, 27
Dominus rei, 124
Domus virtutis, imperii, dignitatis, 72; domus jurisconsulti est oraculum civitatis, 73
Dote verborum locupletasti, 87
Dubitatio (fig.), 312
Ducere sententias ex locis, 191; ducas licet, 196; ducitur funus, 212; duci cogitatione, 296; populari laude, 282; ductus opinione vulgi, 246; nomen ductum ab hoc, quod, 107
Dulcedo orationis, 296
Duplicatur causa, 139

E plenissimum dicere, 255
E republica, 142
Eamus deambulatum, 197
Eburneola fistula, 318
Edere fœtus, 144
Edicto tollere aliquid, 273
Ediscere aliquid, 93; aliquid ad verbum, 53
Educere ex angustiis, 284; educenda

dictio ex hac umbratili exercitatione, etc., 53
Efferre *pro* divulgare, 41. 70; *pro* laudare, 58. 219. 288; in cœlum, 143; aliquem verbis, 257; laudem alicujus, 170; verba, 253; genera dicendi, 132; se, 229; efferri ad admirationem, 205; iracundia, 219; funere, 180; effertur, imus, etc., 225; se efferat fœcunditas, 130
Effervescentia verba, 130
Efficere aliquid, 109; aliquid dignum nomine oratoris, etc., 45; versum, 220; boni aliquid dicendo, 305; judices benevolos beneque existimantes, 224; quod agendo efficitur melius quam rogando, *ib.*; effici ex propositis, 175; effector optimus dicendi, stimulus, 51
Effingere aliquem imitando, 132; mores oratoris, 161; mores hominum, 188; aliquid animo, 232
Efflorescit oratio ex rerum cognitione, 9; efflоruit anapæstus ex illis modis, etc., 305
Effluere ex animo, 218
Effrenatior vox, 313; effrenati populi moderatio, 112
Effugere oratorem, 158
Effundere, 313; effusa sine intermissione contentio, 318
Egregius in procuratione civitatis, 79
Ejero, 213
Ejicere in viam, 185; ejecta lingua, 204; ejectus e civitate, 244, 245
Εἴρων, 207
Elabi e manibus, 168
Elaborare in, 8. 14. 96. 286
Elargiri pecunias contra rempub., 158
Elegantia doctrinæ, 4; sermonis, 290; Latini sermonis, 110; linguæ Græcæ, 110
Elementa puerorum, 55
Elicere verbum ex aliquo, 38; id quod verisimile est, 268; aliquid ad disputandum, 106
Emblemate vermiculato, 300
Eniti studio ad, 7
Enucleatum genus orationis, 251
Ephebi, 225
Epilogus, 34. 210
Epularum solennium fides ac tibiæ, 300; epulare ludorum sacrificium, 267; epulones, 266
Equus Trojanus, 133
Erctum cietur certis verbis, 89; erciscunda familia, *ib.*
Erigere inclinantem, 162; erectus et celsus, 68
Eripere vitam ferro, 245
Eruditus homo in philosophia, 29; disciplina, 65; artibus, 70; Græcis literis, 110; disputationibus, 289; erudire in jure civili, 97
Eruere argumenta ex, 150; aliquid cura et cogitatione, 158; memoriam, si nulla est, 235
Erumpit flumen, 156; risus, 185; erumpunt omnes venti, 295
Esse scientia, copia, varietate, 5; ingenio, 231; eloquentia, 59. 118; ejusmodi, quod, 103; censoris, 274; oratoris, 116; hominis improbi et perfidiosi, 217; laudationis, 231; ingenii mediocris exercitationis maximæ, 141; non esse sextantis, 195; est ætatis ususque nostri, 140; multi sudoris, 98; hujus scriptionis ac temporis, 104; honori, utilitati, emolumento, 15; cuivis tempori homo, 207; in motu cupiditatis, aut metus, 228; in flamma invidiæ, 245; in oratoris officio, 231; in promptu, 9; in cursu, 51; in potestate alicujus, 156; in aliquo numero, 251; in honore, 87; hac mente, ut, 65; erat ab Aristotele, 155; esset *pro* vixisset, 286
Ethologi mimi, 188
Evanuit eorum memoria, 134
Evertere rem in disputationibus, 154; naviculam in portu, 61
Evitari vitam Priamo vidi, 316
Evocare aliquem, 232; evocanda memoria est, si latet, 235
Evolare, 222; rus ex urbe, 109; dolent illos evolasse, 172
Evolvere aliquid, 314; evolutus integumentis dissimulationis, 231
Ex omni memoria ætatum, etc., 7; ex opinione communi dicere, 37; ex tui animi sententia, 200; is erit ex iis, qui, 246; ex tempore versus fundere, 308
Exacta ætate, 164; exactis regibus, 15; exactio regum, *ib.*; exigere reges, 167
Exædificare opus, 55; exædificatio historiæ, 121
Exaggerare orationem, 278; aliquid oratione, 87
Exagitare aliquid, 261
Exalbescere in principiis dicendi, 45; metu mortis, 316
Examinare aliquid populari trutina, 155
Exanimatus sum, 45; exanimata verba, 253; exanimato, 293. 316
Exardere responso, 86; graviter exarsit, 240
Excedere ex ephebis, 225
Excellere fama ac nomine, 121; excellens doctrina, etc., 289
Excerpere de numero, 116
Excidit libellus me imprudente et invito, 37; exciderunt ex commentariolis nostris inchoata ac rudia, 4; libellum sibi excidisse questus est, 75
Excipere aliquid ex sermone alterius, 37; ex alterius oratione aliud atque ille vult, 208; hominum voluntates, 112; adversarii verba, 151; alicujus vocem subauscultando, 152
Excitare reum, 142; mœstum et sordidatum senem, 165; afflictos, 14; languentem labentemque populum ad decus, 75; quemcunque motum in animis, *ib.*; ac-

clamationem adversam, 228; vocem, 95; nova sarmenta, 130; locos, 158; iracundiam, 170; invidiam, odium, etc., 163. 170
Exclamare in aliquo, 258; exclamatio (fig.), 313
Excludere pullos, 269; exclusus a negotiis a doctrina et scientia, 22
Excogitare argumenta, 155; excogitant sibi novum aliquem in otio ludum, 260
Excurrit longius oratio, 307
Exempla majorum cum periculo gloriosa, 227; exemplorum copia, 36. 227
Exercere memoriam, 53; se ad aliquid, *ib.*
Exercitatio facultatis, 99; linguæ, 273; orationis, 290; domestica et umbratilis, 53
Exhedra, 246
Exheres paternorum bonorum, 62
Exhorrescere in aliquo, 258
Exigui temporis opinio, 36
Exilitas in dicendo, 23; exilis oratio, 33; exile exordium, 221, 222; genus sermonis, 154; genus orationis, 264; exiliter exanimata verba, 253; disputare de re aliqua, 23
Eximere aliquem ex serariis, 206
Existimare aliquid de, 103; existimator artificii alieni, 270; existimatio vitæ, 159; ingenii, 163; bona divitiis præstat, 157
Exitus spissi et producti, 174; exitus dare ad degressionem, 221
Exordium dicendi, 45. 222; in exordienda oratione perturbari, 44
Exornator rerum, 118
Expectorat, 293. 316
Expeditus ad pronuntiandum, 144; expedita argumenta depromere, 140; expedire rem dicendo, 264
Expendere argumenta causarum, 220
Expers rerum funditus, 309; multorum sermonis, 255; omnis eruditionis, 102; illius prudentiæ, quam sibi adsciscerent, 34
Expetere dignitatem, 227
Expilatus ab aliquo, 284
Explanatio illustris (fig.), 311
Explere alicujus exspectationem, 75; crudelitatem sanguine, 82; expletis ad pariendum mensibus, 317
Explicare Græcas orationes, 53; consilia sua, 116. 227; causas, 121. 144; aliquid cum gravitate et jucunditate, 25; contrarias orationes in aliqua causa, 268; explicatio rerum, 144; brevis et circumscripta, 69; explicata recordatio, 4; explicate dicere, 258
Explodi, 99
Expolire aliquem doctrinis, 289; expoliri scientia literarum, 253; expolivit te nox, 114; expolitione distincta oratio, 24
Exponere actiones, 68; artes, 268; mandata, 116; rem, 220; rem gestam, 35; sententiam suam, 153; exposita præmia ad, 7; exposita narratione, 221; expositio, 312
Exprimere sensa dicendo, 14; aliquem imitando, 132; verba imitando, 53; formam figuramque dicendi, 135; mores oratione, 161; literas putidius, 253; expressa ex aliquo imitatione, 256
Exprobrare vitia in adversariis, 219
Expromere vim et rationem dicendi, 8
Exquirere aliquid oratione, 81; exquisitæ undique res, 272
Exsecratio (fig.), 313
Exsorbetur sanguis iniquo judicio, 82
Exspectatio desiderii, 75; exspectationi alicujus occurrere, 221; exspectationem hominum pertimescere, 45; exspectatione digna oratio, 251
Exstare et eminere, 276; apparet atque exstat, 30
Exstingui morte, 238
Exsulare Romæ, 63; exilium deprecari, 243: anteponere alicui rei, 84; in exsilium venire, 63; in exsilium pulsus, 119; exsiliis multare hominum vitia, 71
Exsultans verborum audacia, 252; exsultantem te et præsidentem tibi, etc., 298
Exsuscitare quietum, 316
Extenuatio (fig.), 312
Extorquere sententias de manibus judicum, 125; definitionem e manibus, 138
Extra quæstionem est, 146
Extremum tempus diei, 12; extremo scenicorum ludorum die, 238
Extrinsecus aliunde, 223
Extrudere in viam, 185
Exulcerare aliquid, 219

Fabricari, 303
Facere impudenter, 47; vitiose, 47; invitus et coactus, 160; coemptionem, 88; causam, 145; malum in causa, 217; sementem, 201; de se conjecturam, 217, 218; partes, 237; consilii sui copiam civibus, 287; partitionem artium, 9; spatium, 13; insidias, 76; impetum in aliquem, 18; judicem attentum et docilem, 224; summe, 129; fidem, 147; fidem orationis, 277, 278; finem scribendi, 180; missos, 18; oratorem eundem, quum, etc., 78; verbum, 110. 112; gradum, 191; ludos, 25; sacrificium, 28; orationem, 266; duas partes reliquas, 291; poema, 80; pergratum alicui, 153: fecit, ut se abjiceret, 13; difficile factu, 40
Faces dicendi, 169; verborum, 240
Facete dictum, 177; facetiarum lepos, 54; facetius de omni re, quam de ipsis facetiis disputari posse, 176
Facilis ad exardescendum, 163; facilitas, 75, 76. 160. 161
Facinorosi, 186

Facultas orationis, 31; oratoris, 27. 36; res facultate præclara, 111
Fallere spem cogitationum et consiliorum, 3; fallax hominum spes, 241
Familiæ philosophorum, 18. 261
Familiaris meus, 107; Drusi, 11; mihi, 30; nobis, 121; familiarissimus Dionysii, 119; familiariter ferre aliquid, 158
Famosæ, 210
Fastidio similitudinis satiari, 318; abalienari ab, 275; fastidiis adhærescere, 93; fastidium voluptatibus maximis finitimum, 275; fastidiose spectare, 98
Fastigium Capitolii, 303
Febris: cum febri redire domum, 241
Feriatus a negotiis, 260; feriæ forenses, 270
Ferire sensum, 297
Ferre legem, 157. 200. 214; sententias legibus, 86; quæstionem in aliquem, 83; aliquem judicem alicui, 201. 213; opem alicui, 14; mortem alicujus familiariter, 158; casus adversos sapienter, 230; aliquid lente, 163; repulsam, 210; ferunt aures hominum, 230; ut hominum dignitates ferunt, 258; ferri oratione, 35
Ferri civilis subeunda fuit crudelitas, 245; ferro erepta vita est, *ib.*
Fervit æstu pelagus, 295
Fides ac tibiæ epularum solennium, 309
Fides valuit, 299
Fieri potest, ut, 213
Figura totius oris et corporis, 43; figuræ dicendi, 252
Filum orationis, 277; filo uberiore, 133
Fingere nidos, 109; formam, ingenium sibi, 201; mentes ad virtutem humanitatemque, 261; novam civitatem in libris, 230; fingendi ars, 249
Finitimus est oratori poeta, 30
Firmum ingenium, 316; firmissimum quodque in oratione sit primum, 221
Fistulator, 319
Fixæ in animo sententiæ, 232
Flagrare studio dicendi, 7. 284; cupiditate, 48; odio, 163; flagrans bello, 242; studium, 320
Flamma invidiæ, 245; flammam ore in ardente opprimere, 177
Flatus ostenditur, 162
Flexanima, et omnium regina rerum oratio, 162
Flexiones in cantu, 275
Flexo sono attenuatum vocis genus, 315
Florere rerum gestarum gloria, 2; laude ingenii, etc., 242; florens fortuna, 173; florentior modus in verbis, 297
Flores verborum sententiarumque, 274
Florescere ad gloriam, 245
Floridiora pleraque in picturis novis quam in veteribus, 275
Fluit oratio, 307
Flumen orationis, 121; verborum, 162
Fœderatus populus, 67
Fœnum alios aiebat esse oportere, 184
Fœtus meliores et grandiores edere, 144
Fons et caput, 18; fontes et capita legum, 71; fontes reconditi atque abditi, 6; disputationum, 71; argumentorum, 148; rerum, 37. 140; fontes demonstrare, 75; digitum ad fontes intendere, *ib.*
Forensis pulvis, clamor, acies, etc., 54; exercitatio, 147; disceptatio, 9. 281; usus, 28. 231; utilitas, 229; consuetudo dicendi, 32; barbaria, 44; forenses res, 2. 292; actiones, 207; feriæ, 270; sententiæ, 122; forensia negotia, 109; res forenses scenica venustate tractare, 250
Forma negotii, 55; formam sibi fingere, 201; formæ in Geometria, 69; dicendi innumerabiles, 252
Formare orationem, 112. 307; formari similitudine, 235; institutione, 252
Formula judicii, 159
Fornix Fabii, 205
Fortuna incolumis, 243; fragilis, 241; præstans florensque, 173; quæ fortuna det, 115; fortunæ bona, 229
Forum meditari, 14; in forum venire, 51. 236; deferre causas, 51; ingenii, 267
Frangere cupiditatem accusando, 112; objectum contentione, 183; adversarium, 186; dum frangat se calor, 100; franguntur spes, etc., 241; fractus metu, 45; fortuna, 230
Fraus *pro* crimine, 3. 75. 86. 112. 166. 319
Frequens senatus, 241; frequens te audivi, 91; magna hominum frequentia, 40; creber rerum frequentia, 118; frequentare orationem luminibus, 311
Frigus depellere, 294
Fructus otii, 3. 103; memoriæ, 232; amplitudinis, 242
Fucus puerilis, 163; oratoris aut poetæ, 276; fuco illitus color, 311
Fugere satietatem, 275; aliquid in causis, 76; fugit manu telum, 295; non fugisset hoc Græcos, 97; non fugit Philippum, 290; nec illud fugerim dicere, 293
Fundamenta historiæ, 121
Fundit incondite, quantum potest, 302; fusum æquabiliter per omnem orationem, 274
Fundos obire, 94
Funus ducere, 212; funere efferri, 180; funera patriæ, 245
Furax homo, 206; servus, 191
Furere luctu, 164
Fuvimus *pro* fuimus, 299

Geminatio verborum (fig.), 313
Gemmant vites, 294
Generatim, 26. 68. 114
Gentilitates, 60; gentilitatis jus, 63; gente ad eum rediit hereditas, 63

Genus et partes, *pro* genere et speciebus, 69. 234; genus verborum nitidum, lætum, 32; dicendi molle, remissum, 134; acutissimum, subtilissimum, 135: sermonis liquidum, fusum, profluens; exile, aridum, concisum, minutum, 154, 155; orationis vulgare, 6; fusum, tractum, lenitate æquabili profluens, etc., 121; subtile, acutum; exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, jejunum, 264; forte, vehemens, commotum in agendo, præmunitum, septum, acre, acutum, enucleatum, etc., 251; res genere ipso singulares, 225
Geometria, 69. 286
Gerere rempublicam, 239. 288
Gestus scenicus, 317; imminens, 180; actorum, 46; elaborare in gestu, 96
Gladiatorium vitæ certamen, 222
Gloriam parere, abjicere, deponere, 173; gloriosa cum periculo, 227; gloriose, 111
Gradatio (fig.), 313
Gradus ætatis, 269
Græcia semper eloquentiæ princeps, 7; semper hæc summa duxit, 104; cui tantus honos habitus est a Græcia, ut, 285; Græcus homo, 426; Græci homines, 9. 72. 97. 103; Græcus orator, 141; Græci oratores, 7; verbum Græcum, 154. 207; mare Græcum et portuosum, 265, 266; Græci alicujus quotidiana loquacitas sine usu, 40; nec mihi opus est Græco aliquo doctore, 125; linguæ Græcæ subtilitas et elegantia, 110; Græci libri inscripti de ridiculis, 176; Græci dicendi artifices, et doctores, 9; ad Græcorum consuetudinem disputare, 106; Græcorum copia, 6; Græcorum more laudare aliquem, 229; Græcorum more tragœdorum, 95; Græcorum gymnasiorum et disputationum memoriam commovere, 108; prudentiam Græcorum ad nostrum usum moremque transferre, 274; eruditissima illa Græcorum natio hoc vitio cumulata est, 107: Græcarum rerum significationem dare, 152; Græcis literis eruditus a magistro, 110; hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ, 121; Græcis rebus operam dare, 152; qui sero ac leviter Græcas literas attigissem, 32; orationes Græcas explicare, 53; Græce legere, 53; scire, 120. 204; Græce sic loqui, nullam et aliam nosse linguam videretur, 103; Græce scripta intelligere, 118; non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur, 126; Græculus aliquis, otiosus et loquax, 39; ineptus et Græculus, 81; Græculi contentionis quam veritatis cupidiores, 22, 23
Grammatici, 6. 18; in Grammaticis, 69
Grandis oratio, *pro* magna, 299
Gravari, 40. 55. 236; gravate respondere, 76
Gravis inimicus alicui, 83; gravis sententia, 191; gravis auctoritate, 152, 153; graviter exarsit, 240
Greges philosophorum, 18; gregales, 194
Gubernare navem, 61; gubernacula civitatum, 22. 78; gubernatio imperii, 286; gubernatrix civitatum eloquentia, 16
Gurges, 180
Gustare præcepta, 50; causas summatim, 152; artes, 267; perpaullulum, 185
Gymnasia, 25; Græca, 108; gymnasium suburbanum, 38
Gyrus exiguus, 266

Habenæ legum validæ, 298; moderandi et regendi, 83
Habere libidines domitas, 71; gratiam, 38; otium, 55; verba, 165. 222; excusationem, 46; sermonem, 104. 238; definitam regionem, 104; locum in, 116. 122; aliquem auctorem, 153; rem, 208; invidiam ex aliqua re, 212; significationem rei, 223; cognitionem facilem, usum necessarium, 252; dignitatem, 221. 293. 299; copiam, 221; utilitatem, 303; venustatem in specie, *ib.*; fabricationem in verbo, in oratione, 299; facetias in re, in verbo, 190; delectum verborum, 293; rationem dignitatis, commodi, 107; rationem hominum, temporum, 177; rationem hominum, rei, temporis, 183; rationem personarum, 219; voluntatem nocendi, etc., *ib.*; habenda ratio est, quos imitemur, 53; ita (sic) se res habet, 102. 109; male se res habet, 221; quid habeat quæque causa boni, 215; illa facultate, quamcunque habet, 44; habetis quæ voluistis ex me audire, 215; habita est quæstio, 158; habiti honores, 231; habita oratio, 239; cum esset habita ratio, quemadmodum, 303
Habilis in rebus, 43
Habitare in subselliis, 100; in tractanda aliqua re, 155. 216; habitavit lepos in labris, 288
Habitus orationis, 311
Hærere in jure, etc., 59; in causa, 250
Hæsitare in institutis majorum, 17; hæsitantes lingua, 43; hæsitatio verborum, 168
Hebes in communi vita, 94; homo non hebes, 124; hebes atque impolitum genus hominum, 145
Heres institutus secundum posthumum et natum et mortuum, 65
Hercle, 149. 269; hercule, 32. 61. 152. 200. 207. 209. 210. 213. 272
Herous pes, 304, 305. 307; heroum veteres casus, 165
Hesterno sermone, 114
Hexametri versus, 308
Hilaritas oculorum, 318; hilaritate redundare, 177

Historiam varietate locorum distinguere, 118
Histrio, 164; histriones, veritatis imitatores, 315; histrionum levis ars, 8
Hiulce loqui, 255; hiulcus verborum concursus, 299
Hoc mirabilius, quia, 6; hoc tantum oneris, 9
Homo histrio, 164; de schola, 110; summo ingenio, 41; ex numero disertorum, 57; nox te hominem reddidit, 114; homines Stoici, 268; minime mali, 219
Honorem virtuti præmium, haud prædam, petere, 276
Hortator studii, 87
Hospes in consuetudine civitatis, &c., 144; in agendo, 80; hospitium liberale, 184
Humanitas, *pro* humana natura, 25; humanitatis inops, 114; mollitudo, 296; humanitas digna scientia, 273, 274
Humilitas, 84
Hydra et pellis, 124

Jacere in silentio, 122
Jactare se intolerantius, 172; se in causis centumviralibus, 59, 60; jactatus in opere declamatorio, 30
Janua patefacta, 75
Id oneris nobis imponitur, 76; id ætatis homines, *ib.*; id temporis est, 237
Idibus Septembris, 239
Jejuna concertatio verborum, 123; jejunior in dicendo, 246; jejunum genus orationis, 264; jejune disputare de aliqua re, 23; jejunitas bonarum artium, 105
Ignarus omnis eruditionis, 102; legum, juris, 17; Astrologiæ, 29
Ignem concipere, 163
Ignominia aliquem levare, 207
Ignosco cæteris, mihi ignosci volo, 47
Illiberale, 50
Illigare sententiam verbis, 302; illigati disputationibus angustis et concisis, 121
Illiteratus, 110
Illitus fuco, 311
Illuc *pro* ad illum, 155
Illudere præcepta, 34; in aliquem, 300; illudi ab aliquo, 36; illusio, 312
Illuminare orationem, 248. 299; sententiis, 311; rem verbis, 276; illuminate dicere, rebus, et verbis, 258
Illustrare orationem, 272; orationem luminibus, 313; doctrinam aliquam, 290; illustrata res splendore verborum, 112
Illustris sententia, 248; illustres loci, 234
Imagines agentes, acres, insigniti, 234; imagines fingere, 235; imaginum varietate distingui, *ib.*
Imbutus usu, 155
Imitatio vitæ ac morum (fig.), 312
Imminens gestus, 180; genus vocis, 316
Imminuere auctoritatem alicujus, 154; orationis fidem, *ib.*; imminutio, 313
Immolare taurum, 206
Immortalis memoria posteritatis, 227; immortalem reddere alicujus memoriam, 105; immortalitati anteponere aliquid, 71
Immutatio (fig.), 313; ordinis, 302
Impedire aliquem interpellatione, 113; impedit me pudor exquirere, 55; impedimenta naturæ, 99
Impellere voluntates quo velit, 13; animos, 155; judicum mentes, 162; judicem leviter, 224; ad dignitatem, 227; ad liberandam patriam, 289; quæ sensus impellunt voluptate, 274; impulsio ad hilaritatem (fig.), 312
Imperaram domi, 110
Imperator bonus ac fortis, 162; ornatus a senatu, 165; imperatoriis manubiis ornare rostra, 243
Impertire alicui suavitatis suæ aliquid, 107
Impetus populi, 168; animorum impellere, reflectere, 221; impetus in eadem verba, 313
Implicatus, 257
Imploratio deorum, hominum, etc., 165
Impolitum genus hominum, 145
Imponere onus alicui, 9. 48. 76; legem, 98; nomen, 107
Importare publicis rebus adjumenta, detrimenta, 15
Importunitatem evellere ex mentibus, 85
Impressi in oratore motus, 163; impressa a sensu, 233; impressiones, 306
Improbare vitam alicujus, 157
Improbitas sceleri juncta, 186
Improvisum quiddam (fig.), 313
Imprudente me, et invito, 37
Impudentiæ ludus, 274; condemnare aliquem, 61; nomen effugere, 45; impudentiam corroborare, 273
Impunita libertas, 82, 83; impune licet, 90. 305
In deum vivere, 157; in hereditatem lege agere, 61; in liberum loco esse, 167, 168; in primis, 194. 218
Inambulare in porticu, 106
Inanis verborum, 16
Incendere judicem, 163; incensus studio alicujus, 37, 38; studio discendi, 102; incendium oratione concitare, 166; restinguere, 166; tradere alicui, 168
Incertus suarum rerum, 73
Inchoata, ac rudia, 4
Incidere deliberationem, 227
Incidere in versum, etc., 305; aliquo studio, et imitatione, 131; incidi in philosophos vestros, 121; incidit locus in dicendo, 25; incidens crebro vox, 315
Incitare aliquem ad studium et laborem, 99; mentes, 56; ingenium, 150; currentem, 161; celeritatem eloquendi, 36; celeritatem linguæ, 51; incitatur ratio vivendi, 319; populum incitatum mitigare, 75; incitatio gravitatis, 316; languentis populi, 112
Inclinantem erigere, aut stantem inclinare,

162; inclinato reliqua incumbat oratio, 224; inclinato in pomeridianum tempus die, 246; inclinatione voluntatis propendere in aliquem, 143
Includere verba versu, 305; inclusa commentatio, 54
Incolumis inter hostium tela versari, 75
Incomta ars, 87
Inconcinnus in aliquo genere, 107
Inconditum aliquid, 72; incondite fundere quantum potest, 302
Increbruisset hoc apud eos, 33
Increpare fugam alicujus, 167; increpuit discus, 108
Incudem eandem, diem noctemque tundere, 155
Inculcare se auribus, 108
Incumbere in studium, 15; incumbit oratio inclinato, 224
Incunabula doctrinæ, 9
Incurrere in eadem vestigia, 152; in aliquid casu, 159; incurrunt tempora et personæ, 147; pedes in orationem, 304
Incurvescere baccarum ubertate, 294
Incusatio cum amplificatione, 278
Incutitur timor, 170
Indicere bellum philosophiæ, 153
Indices librorum, 121
Indigere artis, laboris, 53; indigem liberum, 164
Indignitas hominis, 146
Indiserta prudentia, 291
Indotata ars, 87
Inducere aliquid in mores, 141; inductus alterius studio, 76; inductio erroris (fig.), 312; ficta personarum, *ib.*
Inermes et nudi, 288
Inertiæ vituperatio, 136; condemnare aliquem, 61
Inesse in, 56
Infans puer, 155; infantia, 291. 310
Inferre sermonem de, 13; misericordiam, invidiam, iracundiam, 175; inferenda contrariis commotionibus, 175
Infimi homines, 72
Infinitus forensium rerum labor, 2; infinita vis artium, 6
Infirmare testes, tabulas, quæstiones, 141
Infitiator, 58
Infixa in sensibus communibus, 308, 309
Inflammare animum judicis, 160; animi motus, 27; populum in improbos, 75; inflammati amore in patriam, 72; inflammatio animorum, 165
Inflare aliquem sonum, 318; inflata verba, 253
Inflexa vox ad miserabilem sonum, 164; inflexio laterum, 317
Infligere aliquid in alterum, 196
Influere in sensus audientium, 272; ex illa lenitate ad hanc vim, influat aliquid oportet, 173; animi aliquid influendum est illi lenitati, 173, 174
Informatio sententiæ, 234
Infrequentes causæ, 223
Infringere tribunatum alicujus, 10
Infucata vitis, 276
Infulæ, 269
Infundere in aures, 232; infusum animo, 218
Ingenium subactum, 144; firmum, 316; peracre, 320; excellens et singulare, 217; immortalitate dignum, 238; scientia nudatum, 59; ingenii celeritas, 183; vis, 59. 218; præsidium, 75; ingenii laude florere, 242; ingeniosus homo, 270; videtur ingeniosi, 195
Ingenuæ doctrinæ, 285
Ingredi ad aliquid, 37. 76; aliquo, 291; iter, 316; adscensu, 99; in stadium, 51; in rationem, 174
Inhærere in rei natura, 156; in causarum nervis, 278
Inhorrescit mare, 295
Inhumanus, 236; inhumanitas, 38
Innocentiam liberare pœna, 75
Innumerabiles formæ figuræque dicendi, 252
Innuptæ nuptiæ, 317
Inopportunum tempus, 108
Inops humanitatis, 114
Inscientia, 75. 291; dicendi, 86; inscitia, 38
Inscribere libros, 25; in animo, 232; inscripti libri de, 121. 176
Insequor, ut erudiam, 105
Inserere in os, 155; inseri ab arte, 42, 43
Inserere surculos, 210
Inservire artibus, 7
Insignia verborum sententiarumque, 113; insignite atque aspere vituperare, 231
Insinuare suppliciter alicui, 35; penitus in causam, 151
Insistere imperii jugo, 298; munus aliquod, 302; vestigiis, 251; insistit interius oratio, 307
Insolens alicujus rei, 76; in re nota, 234; insolentem esse in pecunia, 230; insolentia disputationis, 39; peregrina vocis, 255; verborum, 257
Instituere leges, 26; civitates, 15. 34; opus, 55; artem, 68; tutorem filiorum orbitati, 84; consilium, 156; sermonem de aliquo, 217; et erudire aliquos, 252; aliquem artibus, 289; rudem ad dicendum, 155; institutus liberaliter, 155. 284; heres, 148; institutio puerilis, 102; institutione formari, 252
Instruere se domesticis copiis, 113; aliquem ad liberandam patriam, 289; instructus in jure civili, 94; ingenuis artibus, 30; voce, actione, lepore quodam, 78; actione, 218; instructa plurimis rebus oratio, 272; literis eloquentia, 288; sententiis principia, 222; rhetorum præceptis historia, 121; instructissimus a natura ad dicendum, 250; instruenda propriis præceptis, 116; instructu comitata, 248

Instrumentum oratoris, 56. 236; forense, etc., 272; causarum, etc., 150
Insulsitas ridetur, 176
Integer quietusque judex, 162; integræ sententiæ, 162, 163; in integro esse, 245
Integumenta, 55; dissimulationis, 231
Intelligentia communis, 94; intelligendi prudentia, 36; intelligi non potest corpus sine loco, 234
Intendere aliquid, 35; aliquo, 48. 159; litem alicui, 18; digitum ad fontes, 75
Intentus cura et cogitatione, 151
Intercedere rogationi, 166; intercesserat annus, 131
Interclusio animæ, 304
Interdictum est a natura, etc., 79; interdicto contendere cum, 17
Interesse sermoni, 246; interesse inter, 155
Interfectus suapte manu, 244
Intermissa ab usu quotidiani sermonis, 293; intermissio, 318
Interpellare, 307; odiose, 201; interpellatio, 313; interpellatione impedire cursum orationis, 113
Interpretatio nominis, 197; verborum, 69
Interpuncta sermonibus narratio, 225; interpunctæ clausulæ, 301; interpuncta verborum, 304
Interruptum, 313
Interspiratio, 310. 301
Intervalla, 69; intervallis distingui, 306
Intervenire alicui, 106
Intestato mori, 67
Intexere aliquid in causa, 123
Intolerantius se jactare, 172
Intrare in sensum, mentem, 138
Intueri aliquem tota mente, omni animo, 131; intuendi non solum oratores, sed etiam actores, 53
Invehi in causam alicujus, 10; in aliquem, 219. 239
Invenire verum, 154; inventa philosophorum, 33; majorum, 93
Inventrices omnium doctrinarum Athenæ, 7
Inversio verborum, 200
Invidetur præstanti florentique fortunæ, 173
Invidiam habere ex aliqua re, 212; comprimere, excitare, 171; invidia premi, 84; ardens senatus, 243; invidiæ flamma, 245; invidiosa faciunt invidiosiora, 219
Invitare aliquem ad, 304, 305
Invocare aliquem advocatum ad, 165
Involare in alienam possessionem, 283
Involucra, 55
Inurbanus, 236
Inusti in oratore motus, 163
Iota litera, 255
Iracundiam excitare, sedare, 170
Ironia dissimulantiaque, 207
Irrauserit, 99
Irrepere in hominum mentes, 312
Irretitus disputationum laqueis, 18
Irruere in alienas possessiones, 17; in alienum locum, 297; ne quo irruas, 218
Irrumpere in patrimonium alienum, 279; in domum, 299
Iter antiquitatis, 98
Iteratus ager, 144; iteratio, 312
Judex integer et quietus, 162; judicis cognitio, perturbatio, 175; judicem allicere, incitare, attentum et docilem facere, impellere leviter, 224; docere, commovere, 175; inflammare, mitigare, 226; inclinantem erigere, stantem inclinare, adversantem et repugnantem capere, 162; judicum animos pertractare, 162; afficere, 168; mentes permovere, 161. 226; impellere, 161; ad nostram utilitatem vocare, 226; judices commovere, 165; efficere benevolos, beneque existimantes, 224; abalienare, 219; in judices invehi, *ibid.*; apud judices dolorem, misericordiam, etc. excitare dicendo, 163
Judicare veritate, præscripto, etc., 159; judicatum ducere, 196; judicatum esse, 212. 239
Judicium deorum immortalium, 231; animi, aurium, 276; tradere alicui, 168; in possessione judicii consistere, 167
Jugum sapientium, 265; jugo imperii insistere, 298
Jungere aliquam nuptiis, 317; junctio verborum, 307
Jure suo aliquid dicere, 73; sumere, 17; vindicare, 18; juris perpetui quæstio, 148; juris eundem esse consultum, qui esset orator, 87
Justa scientia repleri, 70
Justitia confecit, 299

Labor inanis, 102; laborem mitigare, 87; consumere in aliqua re, 240
Lacinia obtinere aliquid, 280, 281
Læsio, 313
Lætæ segetes, 294; lætum verborum genus, 32
Lævis verborum concursus, 299, 300; lævitas, 275
Lamentatio, 225
Languentem commovere, 161; excitare, 75
Lapidatio, 166
Laquei disputationum, et interrogationum, 18
Largifluus imber, 295
Largiri aliquid inertiæ suæ, 29
Latinus orator, 141; Latini sermonis subtilitas et elegantia, 110; in Latino sermone, verborum suavitas, etc., hujus urbis maxime propria, 254; Latini, magistri dicendi hoc biennio exstiterunt, 273; nostri minus student literis, quam Latini, 254; verba Latina, 107; Latine loqui, 250. 253. 256, 257; Latine reddere ea, quæ quis legerit Græce,

53; Latine tradere ac perpolire aliquid, 274; Latine dicendo, etc., assequi possumus, ut ea quæ dicamus intelligantur, 256; nec sperare qui Latine non possit, hunc ornate esse dicturum, 252
Latitudo verborum, 132; late patet, 87
Latrare ad clepsydram, 289
Lauta supellex, 56; lautos accumbere, 12
Laxare modos, 97; animos curamque a contentione, 320
Leguleius, 88
Lenitas vocis, 160
Lepos facetiarum, 54; in jocando, 12; habitat in labris, 288
Levare laborem, 109; mœrorem consolando, 112; aliquem errore, 235; labore, 231; ignominia, 206
Lex annalis, 200; mancipii, 64; in duodecim tabulis, 57; lege agere, *ib.*; cum aliquo, 17; legum habenæ, 298; fontes et capita, 71; leges instituere, 26; jubere, vetare, 27; scribere, 34; leges venalium vendendorum, 93
Lexeis lepide compositæ, 300
Liber *pro* vino, 298
Liber temporis, 260; liberiora poetarum licentiæ quam nostræ, 293
Liberalis parens, 142; liberale hospitium, 184; liberales doctrinæ, 285; liberaliter institutus, 155. 284
Liberare periculis, 14; liberatus admiratione, 235
Libertas mea libidinem tuam refutabit, 240; libertatem impunitam tenere, 82, 83
Libidinis scopulus, 152; libidines totum dissipaverunt, 181; libidines habere domitas, 71
Libra, et tabulæ, 84; quod per (æs et) libram agitur, 295
Librariorum notæ, 301
Libri rhetorici, 25. 105; pontificum, 71; inscripti de, 121. 179; referti de, 34; librorum indices, 121; libellus duodecim tabularum, 71; libellorum munus, 283
Licet rogare, modo breviter, 189
Limare de aliquo, 252; limat aliquid, 43. 307; limatus oratione, 65
Lineamenta in Geometria, 69
Linguam acuere et procudere, 283; linguæ mobilitas, 46; gravitas, 254; solutio, 43; Græcæ subtilitas et elegantia, 110; ejusdem societate conjungi, 318; lingua hæsitare, 43; alia lingua loqui, 121; natus in alia lingua, 286
Liquidum sermonis genus, 154
Litem alicui intendere, 18; perdere, 57; ordinare, 114; suam facere, 219
Literatus homo, 254; literate dicta, 194
Literis mandare, 104. 117; custodire, 104
Litigiosi homines, 97
Locuples oratio, 306; in dicendo, 32; locupletare dote, 87
Locus quietis plenissimus, 3; oratorius, 194; corpus sine loco intelligi non potest, 234; locorum varietate distinguere historiam, 118
Loquax stultitia, 291; in argumentis judicandis, 155; loquacitas quotidiana, 40; perennis et profluens, 306; loquacitatem vultu ipso aspectuque conterrere, 78
Loqui alia lingua, 121; non tam bene, quam suaviter, 254; arbitratu suo de re aliqua, 39; Græce, 103; Latine, 250. 253. 256, 257; æquabiliter, 255; rhetorico more, 47
Lubricus locus, 143
Luctari cum aliquo, 30
Luctus filii, *i. e. patris pro filio*, 164; luctus ficti heroum, 165; luctuosum, 173; alicui, 242
Ludere aliquem, 162; causam disputationemque, 178; in aliquem, 300; pila, 30. 79. 194; scriptis, 79; luduntur ea facillime, quæ, etc., 186; ludi irrisione, 24; lusio, 30
Ludibunda docte et delicate, 317
Ludicra armorum ars, 129; ludicra exercitatione prædiscere aliquid, 51
Ludus in otio, 260; impudentiæ, 274; summorum artificum et magistrorum, 252; ad ludum descendere, 109; ludus est non hebeti homini, 124; cujus e ludo meri principes exierunt, 133; ludi Romani, 10; scenici, 238; ludorum epulare sacrificium, 267; quinquennalis celebritas, 284, 285; ludos facere, 25
Lumen translatum, 296; radiatum, 296; augendi, 312; afferre orationi, 296, 297; adhibere rebus, 257; lumina domus, 64; verborum et sententiarum, 311; dicendi, 141; luminum jura, 60
Lustrum condere, 67. 206
Lux veritatis, historia, 112; lucem ingenii et consilii sui porrigere alicui, 68; in lucem veritatis proferre aliquid, 54
Luxuries in herbis, 134. 294; irrupit in domum, 299

Machinari aliquid ad voluptatem, 302; machinatio, 124
Magister bonus et eruditus, 165; germanus artis cujusdam, 155; linguæ, animi, virtutis, 289; dicendi, stilus, 51. 98; Samnitium, 270; magistri dicendi, 273; qui rhetorici vocantur, 24; magistrorum præcepta, 7; copia, 8; magistra vitæ, historia, 112
Magnificentius augere et ornare aliquid, 37
Majestatem minuere, 137. 156. 168
Mali aliquid facere dicendo, 217. 219; mali nihil facere in causa, 217; male audire, 209. 219
Malui compilari, quam venire, 206
Mancipii lex, 64; mancipiorum jura, 60
Mandare res literis, 117; sermonem literis, 104; sermonem libro, 233; mandata exponere, 116

Manere in pristina communione, 266
Mansa, 155
Manubiæ imperatoriæ, 243
Manus arguta in gestu, 317; manum conserere ex jure, 17; in manus hominum pervenire, 37
Martem belli esse communem, 298
Mater avaritiæ, luxuries, 157
Materia scientiæ, 6; materies orationis, 150; oratori subjecta, 140; ridiculorum, 186; ad jocandum, *ib.*
Matertera, 103
Mathematica, 27; res mathematicæ, 122; mathematici, 18
Maturitatem assequi, 131; maturrime omnium, 267
Mediocritas in dicendo, 44; exercitationis et consuetudinis meæ, 217; motus mei, 251; mediocris eloquentia, 48; res arte mediocris, 111
Mederi alicui, 162
Medicus, 27. 113; medicinæ facultas, 27
Meditari forum, etc., 14; ea quæ agenda sunt in foro, 51; meditatum nobis, 141
Medius fidius, 208
Membrum cohærens cum omni corpore, 224
Memet mei pœnitet, 250
Memor homo, 308; memores oratores, 147
Memoria jurisconsultorum, 46; verborum, 234; rerum, 235; thesaurus rerum omnium, 8; memoria eorum obscurata est, et evanuit, 134; memoriæ ars, 232; fructus, utilitas, 232; veteris recordatio, 4; memoriæ mandare, 127; prodere, 245; lumen afferre, 232; memoriam exercere, 53; alicujus vivam tenere, immortalem reddere, 105; commovere, 108; opprimere, 235; memoria proditum esse, 66; tenere, 17. 102. 213; custodire, 46; sepire, 50; vigere, 232; repetere aliquid, 2; memoria dignum, 37. 121; memoria singulari, 320; memoria teste; 105; in memoria insidere, 141; de alicujus memoria commemorare, 267; posteritatis immortalem memoriam augere, 227; memoriæ publicæ retinendæ causa, 117; memoriæ proditum est, 99; ad memoriam, 98; ad memoriæ diuturnitatem stabile, 47; nullius memoria refellente, 105
Mendaciunculis adspergere narrationem, 187
Mendicum instrumentum, 272
Mens communis, 282; mentis oculi, 296; mente omni versari in aliqua re, 162; mentes pertractare, 81; degustare, 82; movere, 34. 123; permovere, impellere, 161; excitare, 8. 128; incitare, 25. 55; reprimere, 56; sedare, 8
Mentiri apud aliquem, 163
Mentum intorquere in dicendo, 205
Merces periculi, 173; mercedula adductus, 72
Mereri stipendia, 199
Meri principes, 133
Meridianum tempus, 246
Metiri orationem intervallis, 306; rerum fructum utilitate, 296; omnia voluptate, 262
Metu fractus et debilitatus, 45; exalbescere, 316
Militarem rem discere, 47
Mimi ethologi, 188; mimis perapposita, 208; mimicus jocus, 186. 209
Minaciter terrere aliquem, 35
Ministratorem petere, 219
Ministrum se præbere alicui, 72; ministri in causis jurisperiti, 96; ministræ oratoris, artes, etc., 31
Minitari vitæ cruciatum, 316
Minuere majestatem, 138. 156. 168; auctoritatem suam, 152; potestatem consularem, 167
Minutus animus *pro* parvo, 299; minuti pedes, 304
Mirum, ni cantem, 210
Miscere animorum motus, 81; omnia odio, invidia, etc., 169; majus malum, 316
Miseranda oratio, 210; miserabilis oratio, 165; miseratio, 165. 278
Misericordiam concitare, 83; movere, 210; commovere, 165; misericordia captus, *ib.*
Mitigare tristitiam et severitatem, 186; populum in bonos incitatum, 75; mitigantur labores gloria compensati, 245
Mobilitas linguæ, 46
Moderari actionem motu corporis, etc., 8; moderandus ad tempus, ad causam, 124; moderata unguenta, 275; studia, 153, 154; moderatio perfecti oratoris, 14; moderatione numerorum et pedum adstrictus, 97
Modicis regionibus circumscripta, 123
Modificata orationis membra, 306
Modus verborum et sententiarum, 301; mollitudinis et lævitatis in tactu, 275; modos tibicinis tardiores facere, 97; laxare, mutare, 97
Mœrorem levare consolando, 112
Molesti intervenimus, 106; molestiarum moles, 3
Moliri amorem, etc., in judicum animis, 169
Molliora dicendi genera, 134; mollire translationem præposito verbo, 297; mollitur mare, 298; mollitudo humanitatis, 296
Momento quodam dispensare inventa, 49
Monita usus nostri, 158
Monumenta temporum, etc., 117; rerum gestarum, 74
Morem alicui gerere, 40. 236, 237; more majorum, 167, 168; Aristotelio, 268; rhetorico, 47; mores conformare, 34; bene morata civitas, *ib.*; bene morati viri, 161

Mors beata, 243; donata, 242; nefaria, 244; mortis opportunitas, 245; atrocitas, 245; mortem obire, 282; morte exstingui, 238; mortuus rapitur, 212
Motus animi celeres, 42; motus animi miscere, agitare, concitare, 81; conficere, 224; accendere, 42; inflammare, exstinguere, 27; motus impressi in oratore, inusti, 163; motus siderum, 69; motus oratorius, 95
Movere misericordiam, 210; fletum populo, 83; risum, 177. 194, 195. 215; admirationem, 195; sensum leviter voluptate, 275; aliquem tribu, 207; moveri cum venustate, 311
Mulsum frigidum bibere, 212
Multare hominum vitia damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exsiliis, morte, 71
Multifariam defossum, 158
Multus in aliqua re, 107; multimodis circumventus sum morbo, etc., 316; operam suam multam existimari volunt, 135; multitudo litium, 44
Munionem citare, 95
Munire viam ad audiendum, 168; munitio, 223
Munus oratoris, 100. 121; artium, 114; libellorum, 283; munus præstare, 113; insistere, 302; munera naturæ, 43; reipublicæ, 73
Murmur maris, 296
Musica (sing.), 80. 285, 286; musicæ, 6. 68. 268; res musicæ, 122; musicus, 78; musici, 18. 260; musicorum norma, 307
Mutare modos, 97; mutari lumina putabat, 64
Mutuari aliquid ab, 25; mutuationes, 294
Mysteria Athenis, 267; dicendi, 75

Narrare rem breviter, 225; pervarie jucundeque, 225; verbis usitatis, 225; interrupte, *ib.*; narratio jucunda, ad persuadendum accommodata, 225; aperta, perspicua, distincta personis, interpuncta sermonibus, 225; orationis reliquæ fons, 226; narrationis virtus, 225; unus est in causa locus, 226; narrator rerum, 118
Nascitur utilitas ex laude, 227; natus in literis, 286; in alia lingua, ac moribus, *ib.*; ad dicendum, 38; malo genere, 213
Natura corporis, 162; rerum, 8. 146. 223. 274; domina est, 190; boni alicujus princeps, 233; naturæ obscuritas *pro* physica, 29; dona, 43; munera, 43; præsidia, 16; impedimenta, 99; propria, 50; voluptas, 276; vis, 309; naturam movere, delectare, 309; natura fieri, ut, 120; duci proficere, 131; jus est inter homines, 281; usuque callidus, 82; inhærere in natura rei, 156; ars a natura profecta, 309; vis a natura data, 318; nihil a natura denegatum alicui, 143; naturis differre, 133; irridendis, indicandis, 215; est in naturis rerum, 249; vis et natura alicujus rei, 71. 155; argumenta criminum et defensionis ad naturam universam revocare, 145, 146; natura ridetur, 210; naturæ ridentur ipsæ, 193; natura nulla est, quæ, 248; fabricata est hoc, 303; lenioribus principiis prætexuit, etc., 223; res habet naturam ambigendi, 281
Naturale, 43. 310; naturalis nota cujusque rei, 282
Navalium opus, 27
Novare operam, 110
Navem gubernare, 61; naviculam duorum scalmorum in portu evertere, 61
Necessitas fabricata est ædium fastigia, 303
Nefarius prædo, 239; nefaria mors, 244; nefarium crimen, 167; scelus, 242
Neptunus *pro* mari, 298
Nervi causarum, 278; forenses, 269; in dicendo, 132
Nexorum jura, 60
Nidos fingere et construere, 109; nidulus, 71
Nigror noctis et nimbum, 295
Nihil admodum, 105; nihil ad hoc tempus, 104; nihil ad Persium, 110; nihil addo, 196; nihil tam simile, 205; nihil est, quo, 206; nihil istorum, 214; pro nihilo putare, 230; nihil deest isti, neque a natura, neque a doctrina, 320
Nimium diligentes, 208
Nisi si, 186. 195
Niti prudentia, etc., 78; mendacio, 111; exemplorum copia, 36
Nocere causæ, 226; ei, pro quo quis diceret, 217
Nomen eloquentiæ relinquere, 104
Non nimis, 184; non optima, 43; non optime, non pessime, 130
Norma juris, 159; rhythmicorum et musicorum, 307
Notæ locorum, 158; argumentorum, 158
Notare aliquem, 208. 231; aliquid in audiendo, 308; orationem tanquam stellis quibusdam, 299; notari nota re, 199; notata animo, 144; notatæ res, 233; temporibus et personis, 122; notatio conversa, immutata casibus, traducta ex parte ad genus, 234
Novare verba, 292; novatum verbum, 293; novatus ager, 144
Novitas, 299; res novitate primæ, 231
Nox te nobis expolivit, hominemque reddidit, 114
Nuces legere, 203; si nucem fregisset, 205; nuculam facere, 195
Nudatum scientia juris ingenium, 59
Nudi et inermes veniunt ad, 288
Nugatorium exordium, 221, 222
Nullus: ut sine his studiis vitam nullam esse ducamus, 108
Numerus adstrictus, solutus, 302; proce-

rior, 305; numerum conficere in oratione, 258; ad certum numerum paucitatemque revocare, 69; numero in aliquo esse, 251; non solum numero, sed etiam paucitate, 150; numeris adstringere, 301; adstricte numerosa oratio, 305; remissius numerosa, *ib.*; numerose cadere, 302
Nuncupari, 293
Nuntia vetustatis, historia, 112; nuntium remittere uxori, 67. 89
Nutus *pro* pondere, 303

Obcœcat orationem narratio obscura, 226
Obductum uno pressu ac sono, 317
Obesse ei, quem defenderet, 217; ei, pro quo diceret, 217
Objicere tempus fluctibus, 3
Obire judicia, 59; fundos suos, 94; mortem, 282; obitus siderum, 69
Objurgatio (fig.), 313
Oblectare animos, 155; oblectatio, 44. 112
Oblivionis ars, 232
Obmutescere, 110
Obruere malum bono ornando, etc., 216; obrui ambitione, et foro, 37; in ipso cursu, 241; obruit id, in quo offenditur, illa etiam, quæ laudanda sunt, 43; obruit illum risus, 213
Obscœnitas, 188. 193
Obscura scientia, 27; narratio, 226; opinio exigui temporis, 36; obscurum esse in re narranda, 225; obscurius dictum, 226; dicere, *ib.*
Obscurare literas negligentius, 253; obscurata est eorum memoria, 134; obscuritatem rebus afferre, 225. 257
Obsecratio (fig.), 313
Obsequi suis studiis, 3; studio alterius rectissimo, etc., 38; voluntati, 75; obsequi istis studeo, 40
Obsignare tabellas, 61
Obsolere, 288; obsoleta oratio, 251. 274; obsoleto horridoque tenemur in antiquis tabulis, 275
Obstrepere sibi in dicendo, 257
Obstringere civitatem religione, 206
Obtinere nomen suum, 113; potentiam, 68; obtinuit Xenocrates Academiæ nomen, 262; obtinet oratio reliqua cursum parem, 52; obtinebant Academiam, 21, 22
Obtundere vocem in dicendo, 212; obtundi ingenia nolui, 273
Obtutus oculorum in cogitando, 245
Occœcat nigror noctis et nimbum, 295
Occulere puncta argumentorum, 159
Occupatio urbis ac vitæ, 9; juris civilis perdiscendi, 96; ante occupatio (fig.), 312, 313; occupatissima civitas, 286
Occurrere exspectationi alicujus, 221; occurrit animo, 136; occurret omne id quod erit in re, 150
Oculi indices animi, 317; oculorum obtutus in cogitando, 246; dominatus, 317; moderatio, intentio, remissio, conjectus, hilaritas, 318; oculorum commendatione animis tradi, 233
Odium creare, incitare, in alios struere, a nobis ac nostris demovere, 170; excitare, 163; odio flagrare, 163; premi, 84; odiosæ res, 186; odiosiora, 257
Odor urbanitatis, 296; odorari quid sentiat aliquis, 162
Offendere ad scopulum, etc., 298; aliquid in, 47; ne quid offendas, 218; offendi in aliqua re, 43. 99. 255. 276. 309; offensio negligentiæ, perfidiæ in aliqua re, 136; non dissimilis invidiæ aut odii, 170
Officium oratoris, 49. 99. 231; officia oratoris, 100; oratorum, 122; de officio oratoris disputare, 33
Officina rhetoris, 119
Olere peregrinum, 255; ceram, crocum, 275; olens male, 192
Omnino disputare, 35
Omnino haud placet, 153
Onerare pectus rerum copia, 283
Onus imponere alicui, 9. 48. 76; onus et munus magnum quoddam est, 43
Opacare locum, 13
Opem amicis porrigere, etc., 68
Operam suam multam existimare, 135; navare, 110; perdere, 87; consumere in aliqua re, *ib.*; opera dedita, 36. 308; operis subsicivis, 236
Operarius orator, 33. 100
Opinabar, 293
Opinio magna nobis fuit, 102; exigui temporis aut falsa, aut certe obscura, 36; opinionem tollere, 104; minuere, 173; opinione major, 55. 136; ex opinione communi dicere, 37
Oppido *pro* valde, 199
Opportunitas mortis, 245
Opprimere memoriam, 235; flammam in ore ardente, 177; oppressi opinionibus, 248; ruina, 232
Oppugnare rem in disputationibus, 158; oppugnationes oppidorum, 76
Optatio, 313
Optimi cujusque laude duci, 282
Opus est *pro* commodum, 115; sedes opus est his formis, etc., 234; opus esse oratori gestum ad venustatem, 95
Oraculum civitatis, 73
Oratio composita, ornata, artificio quodam et expolitione distincta, 24; spinosa, exilis, longeque a nostris sensibus abhorrens, 33; subita, fortuita, 51; commode scripta, diserta, oratoria, fortis, virilis, 85; moderata, 112; placida, summissa, lenis, 160; miserabilis, irridenda, 165; temperata, 174; multa, varia, copiosa, 175; miseranda, 210; confusa, perturbata, 257; gravis, suavis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, etc., 274; inculta, vulgaris, obsoleta, 274; concinna, distincta, festiva, etc.,

275; civilis, 279; alte repetita, 272; juncta, cohærens, æquabiliter fluens, 301; tenera, flexibilis, etc., 302; facta, soluta, libera, 305; numerosa, locuples, 306; perpetua, 311; orationis materies, 150; tractus lenis et æquabilis, 118; color et succus, 274; severitas, 302; cursus, 113; vis et incitatio, vestigia ingressusque, 54; varii eventus, 45; varietas, 251; conversiones, 307; ornamenta, 50. 237; ornatus, habitus et color, 310. 311; genus fusum, tractum, cum lenitate æquabili profluens, etc., 121; forte, vehemens, commotum in agendo, præmunitum, etc., 251; orationem ornare, illuminare, 248; formare, variare, distinguere quibusdam verborum sententiarumque insignibus, 112, 113; evolavit oratio, 54
Orator verborum, 260; oratoris instrumentum, 56; oratores pauciores quam poetæ boni, 6; oratorius locus, 194; numerus et modus, 52; motus et status, 95; oratoria oratio, 85; laus, 47; oratoriæ dictiones, 207
Orbis verborum, 310
Orbitas filiorum, 84; senatus, 239
Ordinem temporum conservare, 226; verborum aut sententiarum complecti, 233; rerum, 232
Ornamenta pacis, 157; ingenii, 55; orationis, 50. 237; dicendi, 116. 142; ornamentum senectutis, 73; ornamenti nullius expers, 100; ornamentorum plena domus, 55; copia, *ib.*
Ornare rostra manubiis imperatoris, 142; seditiones, 243; doctrinam aliquam, 290; orationem, 248; historiam, 118; aliquid dote verborum, 87; aliquid ornatu suo, alieno, 87; dicendi luminibus, 141; ornandi causa laudare aliquem, 229; ornandi genera, 30; ornatus homo, 58; naturæ muneribus, 43; copia rerum, 95; scientia, cognitione rerum, 288; nomine oratoris, 74, 75; ornati homines in dicendo, et graves, 18
Ornatus orationis, 310; oratoris, 236, 237; verborum, 23; ornatu aliquid spoliare, denudare, 87; ornatu aliquo comitata oratio, 248; in ornatu disposita insignia et lumina, 274; ornate loqui, 50; ornate, copiose, varieque dicere, 141
Ortus siderum, 69
Os *pro* impudentia, 61; nisi accessit os, 110
Oscitans sapientia, 149
Ostentatione uti, 111; ostentationis ingenii suspicio, 227
Otium consumere, 25. 119; senectuti bellissimum subsidium, 98; otii fructus est, non contentio animi, sed relaxatio, 108
Ovans adscendit in Capitolium, 165

Pacta, conventa, etc., 135. 140
Pæanem citare, 95
Pæon, 307, 308; duplex, 305; superior, *ib.*; prior, 307; posterior, 305. 308
Palæstræ artificium, 30; palæstræ et olei, 32; palæstram discere, 30. 270; nescire, 30; palæstra uti, 311; a palæstra gestus, 317
Palmam alicui deferre, 182; dare, 291
Paratus naturæ vel doctrinæ præsidiis ad dicendum, 16
Parcere auribus, consuetudini, 299
Parcus artium, 5
Parere voluntati alicujus, 156; senatui de salute reipub., *ib.*
Parere gloriam, 173; novum sibi studium ludumque, 260; Polydorum Hecuba partu postremo parit, 317; partum per nos, 74; parta virtute, magno labore, magnis periculis, 172; quæ ab oratore pariuntur, 141
Parietes *pro* ædificiis, 299; parietum jura, 60
Παρονομασία, 197
Parricida, 278
Partes facere, 237; partibus meis transactis, 107; in utramque partem disserere, 278; dicere, *ib.*; sententiam dicere, 268; in partes dispertire, 281; distribuere, 282; describere, 291
Particeps opinionis alterius, 58; sermonis, 319
Particula cœli, 64; particulæ tenuissimæ, 155
Partiri cum aliquo, 236; partita membra, 283; partitæ sententiæ, 248; partitio, 283
Pascitur pecus qua lubet, 212
Pater eloquentiæ. Isocrates, 105
Paterfamilias, 47. 54. 211
Paterpatratus, 66. 146
Patricii, 62, 63
Patrimonium dignitatis, 239; patrimonii Syrtis, scopulus, 296; patrimonii sui propugnator, 91
Patrocinium æquitatis arripere, 91
Patrona civitatis, provocatio, 167
Patuli rami, 13
Paucitas eloquentium, 8; non solum numero, sed etiam paucitate, 150; ad certum numerum paucitatemque revocare, 69
Pavimentum, 300
Pavor expectorat mihi omnem sapientiam, 293. 316
Pectus rerum copia onerare et complere, 283
Pecuniæ repetundæ, 137
Pedis supplosio, 256. 317; pedem nemo supplosit in illo judicio, 85
Pedissequa, 81
Pellicere sententias sale, etc., 91
Per nos depulsi, 3; per leges non licet, 145
Peracuta præcepta, 112
Peragrare per animos hominum, 81

Peranguste refercire aliquid in oratione, 55
Perapposita mimis, 208
Percallere usum rerum, 150
Percellere aliquem, 17. 213
Percipere mentibus, 112; auribus, 112. 233. 249; sensibus, 265; animo, 46. 265; cogitatione, 233; percipienda omnibus antiquitas, 54
Percommode facere, 231
Percunctatio (fig.), 312; servilis, 225
Percurrere multa animo, cogitatione, multa legendo, 80; aliquid properans, 159; percucurri, 257; percurritur brevitate, 225; percursum animo habere, 147; breviter percursa de arte, 75
Percutere animum, 234; percussio intervallorum, 306; percussiones numerorum insignes, 304
Perdere operam, 46. 87; vocem, 212; reum, *ib.*
Perdiscere aliquid, 96
Perducere aliquem ad suam sententiam, 220
Peregrinus in agendo, 80; peregrina insolentia vocis, 255; peregrinum sonare, olere, *ib.*; peregrini in nostra patria, 94
Perennis loquacitas, 306
Perferens injuriarum, 161
Perficere aliquid mente, lingua, 15; perfectus in omni parte humanitatis, 30; perfectum sibi opus esse, si, 75; perfector dicendi, stilus, 98
Perfidiosus, 217
Perfugium senectuti celebrandæ et ornandæ, 73
Perfunctus honoribus, et reipub. muneribus, 73; perfunctio honorum, 242
Pergratum facere alicui, 153; pergrata, perque jucunda, 75
Pergraviter reprehendere aliquem, 83
Perit id quod obscurius dictum est, 226
Perite dicere, 104
Perlate patet, 107
Permanare ad mentes movendas, 221
Permanere in sententia, 109
Permissio (fig.), 313
Permista cum laboribus et miseriis fortuna excellens, 173
Permovere mentes, 161; permoveri sensibus, 163; in dicendi exordio, 45; permotio animorum, 24. 161; permotiones gignere, tollere, sedare, 282
Pernecessarius homo, 168
Peropportunum diversorium, 184; peropportune mihi cecidit, 107
Peroptato datum, 108
Perorare causam, 165
Perpendere aliquid arte, 293
Perpetuare verba, 304; perpetua disputatio, 107; oratio, 311; festivitatis, 177; defensio, *ib.*; perpetui juris quæstio, 148; perpetuitas sermonis, 177; verborum, 307
Perpolire aliquod opus, 118. 141; perpolitus præceptis artium, 168; omnibus iis artibus quæ sunt libero dignæ, 30
Perpugnax in disputando, 37
Perpusillum rogare, 189
Perquam puerile, 138; perquam breviter, 168
Perquiritur cognitio rei, 281
Perraro, 6
Perridiculi, 267
Persalsum, 210
Perscitum: per mihi scitum videtur, 207
Perscriptiones, 94, 95
Persequi vestigia alicujus, 40
Persona *pro* simulacro, 235; personam tenere, 258; suscipere, 57; ex persona, 164; personæ hominum innumerabiles, 149, 150; personas sustinere, 136. 193; agitare, 193; personis distincta narratio, 225; confusis personis, 256; personatus, 317
Perspergere orationem lepore, 54
Perspicere aliquid per involucra et integumenta, 55
Perstringere breviter, 168
Pertexere aliquod opus, 149
Pertimescere dicendi difficultatem, eventus orationis, expectationem hominum, 44, 45
Pertractare mentes sensusque, 81; animos hominum, 111, 112. 162; pertractatio poetarum, 69; rerum publicarum, 23
Perturbari in exordienda oratione, 44; perturbatus ordo, 256, 257; perturbatio judicis, 175; disciplinæ veteris, 3; perturbatione animi regi, 159
Pervagatæ res, 56; pervagata opera, 307; præceptis pervagata, 143
Pervarie narrare aliquid, 225
Pervellere aliquid, 101
Pervenire in manus hominum, 37; ad scientiam, 111; ad summos oratores, 129
Perverse dicere, 51
Pervertere spem, consilia morte, 242
Pervestigare quod quæras, 150; pervestigatio scientiæ, 6
Pervolvatur animus in locis, 150
Pervolutare scriptores, 54
Pervulgare artem, 68; pervulgata res, 234
Pes in navi, 295; ante pedes positas, *ib.*
Pestiferi cives, 85
Pestis communis, 3
Petere subsidium ex, 85; honorem virtuti præmium, 276; petitor, 58
Philosophari paucis, 153
Φιλοσοφία, procreatrix et parens omnium laudatarum artium, 5; philosophia præpotens et gloriosa, 71; philosophiæ deditus, 83; bellum indicere, 153; mentem ad philosophiam appellare, 152; præclari et nobiles in philosophia, 22; penitus in media philosophia retrusa atque abdita esse, 34; exerci-

tatio duarum philosophiarum propria, 278
Philosophus mollis, languidus, enervatus, 83; philosopho operam dare, 271; philosophi politici, 279; illius ætatis nobilissimi, 153; philosophorum scholæ, 25; greges, 18; familiæ, *ib.*: dissentientes inter se, etc., 261; philosophorum more, 85
Physica, 27; physicus, 23; physici, 18; Φυσικοί, 80
Picturæ ars ratioque, 249; pictura uti, 30
Pigmenta, 163
Pignora auferre, cædere, concidere, 240
Pila ludere, 30. 79. 194; ad pilam se conferre, 260
Pistrinum: in pistrinum detrudi et compingi, 22; in pistrino vivendum, 149
Plane et dilucide loqui, 50; dicere, 226
Platanus Crassi, diffusa patulis ramis, 13
Plebiscita, 167
Plena omnia consiliorum, 15; sctio plena veritatis, etc., 125; plenior in dicendo, 246; plenum quiddam et sonans, 293
Poema facere, 80
Pœna temeritatis, 245; pœnæ æstimatio, 86; pœna judiciorum liberare innocentiam, 75
Poesis concinna, distincta, ornata, festiva, etc., 275
Poetarum copia, 6; pertractatio, 69
Poetica, 302; poeticus numerus et modus, 52; poetica facultas, 30; poeticum (fig. pervetustum) verbum, 293
Pol, 210
Polire orationem, 28; aliquid oratione exercitata, 268; politus homo, 186; humanitate, 153; politius aliquid, 4; politissima doctrina, 287
Politici philosophi, 279
Polliceri aliquid alicui, 148, 149
Pomeridianum tempus, 246; pomeridiana sessio, 283
Pompam in dicendo adhibere, 216; in pompa illustris, 133
Pondus imaginum, 235; verborum, 125
Ponere (*pro* deponere) vitia, 256; ponere omne studium in, 26; subsidium in, 98; quæstiunculam alicui, 39; causam, 140. 226; præcepta, 123; aliquid in percunctando, 103; tempus in, 246; exempla ex, 157; aliquid alicui in fraude capitali, etc., 167; aliquid in orationis laude, 306; eloquentiam in quodam ingenii et exercitationis genere, 4; in re positum, atque natura, 37; in re positæ, 140
Pontifex maximus, 117. 244. 287; pontificum libri, 71; pontificium jus, 288
Popularis trutina, 155; lapsus, 228; laus, 282
Porrigere alicui lucem ingenii et consilii sui, 68
Portenti simile, 217
Portuosum mare, 265, 266
Possessor, 212
Posteritatis memoria immortalis, 227; posteritati ostenditur ea ratio vivendi, ut, 319
Posthumus filius, 65. 148
Postliminium, 66. 146
Postremum lumen rapere oculis, 296
Postulatus de ambitu, 209
Potestas moderandi et regendi, 83
Præbere se ministrum alicui in aliqua re, 72
Præcidere dubitationem alicui, 110; præcisio (fig.), 312
Præcipere de aliqua re, 47. 126; aliquid alicui, 134; præcepta agendi et loquendi, 290; communia et contrita, 49; quæ in artibus rhetorum reperiuntur, 122; præcepta dare de, 127
Præcipites casus, 245; præcipitans sol me hæc præcipitem evolvere coegit, 314; præcipitans amnis, 306
Præco actionum, 88; præconium domesticum, 130
Præcurrere alicui, 320; ætatem studio et diligentia, 144
Prædicare, *pro* nominare, 77; aliquid de aliquo, 101
Prædiolum parvum et litigiosum, 278, 279
Prædiscere ea quæ agenda sunt, 51
Prædiri summis ingeniis homines, 4
Præesse multis, 17; alicui scientiæ, 68. 72; studio, 87; præfuit Athenis annos quadraginta et urbanis et bellicis rebus, 289
Præmium virtuti petere, 276; præmiis decorari, 86
Præmunitum genus orationis, 251; præmunitio orationis, 219; ad id, quod aggrediare (fig.), 312
Præpositus muneri, 114
Præpostera tempora, 256
Præpotens philosophia, 71
Præscriptæ auctoritates, 241; quoties præscribitur, 95
Præsentem in rem venire, 94
Præsidium ingenii, 75; clientibus, 68; præsidia naturæ, doctrinæ, 16; præsidia sua dimittere, 219; confirmare, 220; quid petam præsidii, 276. 305
Præstare ætati suæ, 320; omnibus gloria, 243; culpam, 42; incommodum, 64; munus suum, 113; ingenuitatem et ruborem, 188; consilium fidemque reipub., 287; eloquentia, 104; omni laude, 243; literis, doctrina, 288; quos præstare nemo potuit, 142; qua tibi nemo præstitit, 100; bona existimatio divitiis præstat, 157; hoc uno præstamus feris, 14; præstitit in utroque genere, 267; res magnitudine præstabiles, 231
Præterire aliquid in sermone, 105; aliquid tanquam ignotum hominem, 159
Prætermissa, 139; prætermissum aut relictum, 143
Prætervolare sensus hominum, 318

Prætexere lenioribus principiis ea, quæ aguntur acerrime, 223
Prætor, 31. 56. 210; urbanus, 57
Πραγματικοί, 72; pragmatici, 96; pragmaticum adjutorem oratori dare, 97
Prava *pro* malis, 98. 308; pravitas oris, 132
Precario venire, 297
Premi invidia, odio, 84; ab aliquo, 212; premit aliquid causam, 219
Prensare, 42
Pressa oratio, 134; pressus verbis, 118; presse loqui, 255; pressus oris, 255. 317
Primas alicui concedere, 150
Primoribus labris attingere, 34, 35
Princeps senatus et civitatis, 166; sermonis ordiendi, 38; boni alicujus, natura, 233; eloquentiæ, Græcia, 7; consilii publici, 79; Socrates, 261; omnium facile, *ib.*; omnium in suo genere, 40; quisque in suo genere, 250; consilio, lingua, 40; omni dignitate, 9; princeps historiam ornavit Herodotus, 118; meri principes, 133
Principia dicendi, accurata, acuta, instructa sententiis, apta verbis, causarum propria, leniora, 222
Privare se vita, 243; privatis officiis florere, 242
Pro eo, quod, 126; pro me est hoc, 267; pro fama fortunisque decernere, 168; pro consule, 32
Proavus, 287
Probabilis *pro* tolerabilis, 46; probabilior populo oratio, 103; orator, 152; probabilius est, quod gestum esse dicas, 225; probabiliora sunt, quæ lacessiti dicimus, 183
Probas mihi illa, 32
Probe memini, 308; commemini, 83
Probitatis commendatio, 45. 173
Procedit eventus ex sententia, 45
Procinctus: in procinctu testamentum facere, 83, 84
Proclamator, 74
Procreatrix artium, 5
Procudere linguam, 283
Procuratio civitatis, 79; orbis terræ, 286; procurator, 94
Prodere aliquid memoriæ, 99. 245; caput alicujus, 243; proditum memoria, 66; proditor, 278
Prodesse studio alicujus, 155
Proferre in medium, 136; signa facilitatis, etc., 160; artem aliquam, 218; in lucem veritatis, 54
Proficere natura, 131; lepore et facetiis, 177
Profiteri magna, 88; se aliquid posse, 104; professio dicendi, 9
Profligare rempublicam consiliis, 239
Profluens loquacitas, 306; quiddam, 250; genus orationis, 121; genus sermonis, 154; ex aliquo genere orationis, 298
Profundere sese nimium, 130; se universum, 223
Progressio (fig.), 311
Prohiberi opere, 260
Proludere sententiis, 224; prolusio ante pugnam, 224
Promere aliquid ex aliqua scientia, 27
Promittere ad aliquem, 110
Promtus homo, 34; promto ore ac vultu, 68; esse in promtu, 9
Procœmium citharœdi, 224; libri referti de procœmiis, etc., 34
Propalam collocare aliquid, 54
Propendere in aliquem inclinatione voluntatis, 143
Propinquorum injurias ulcisci, 282
Proponere præmia, 8. 93; sibi aliquem ad imitandum, 133; propositio, quid sis dicturus (fig.), 312
Proportio rerum, 223
Proprium humanitatis, 14; hominis, 74; oratoris, 18. 112. 283; judicii, 174; quæstionis et judicii, 139; propria naturæ, 50; civitatis et imperii, 74; causarum principia, 222
Propugnator patrimonii sui, 91
Proseminatæ familiæ, 261
Prostrata virtus, maxime luctuosa, 173
Proverbia, 198
Provocare improbos, 14; provocatus respondit, 183; provocatio, patrona civitatis, vindex libertatis, 167
Prudentia naturalis, 144; præstans et eximia, vulgaris et communis, 218; juris publici, 98; intelligendi, 36; dicendi, 105; prudentiæ arma, 59; prudentiam nostrorum hominum Græcis anteferre, 72; prudentia niti, 78; præstare aliis, 72
Pudore a dicendo refugere, 105
Puerorum elementa, 55; a pueris, 3; puerilis fucus et pigmenta, 163; doctrina, 102. 253; institutio, 256; exercitatio, 138; perquam puerile, 138
Pugnare sententiis, 224; cum aliquo, 114; in aliquo, 177
Pulcellus puer, 201
Pullos excludere, 269
Pulsus in exsilium, 119
Pulvinos poscere, 13
Pulvis forensis, 54
Puncta argumentorum occulere, 159
Pupillus filius, 83; senatus, 297
Puppis, prora, etc. in navigatio, 303
Purgatio, 313
Purus sermo, 252; pure loqui, 50
Pusillus testis, 189
Putatio arborum et vitium, 94
Putidius literas exprimere, 253

Qua mente fuit in patriam, 244
Quadrare, 302
Quærere brevitatem, 225; causam alicujus rei, 45; quæsitor, 189

Quæstio et tractatio, 271; communis, 49; infinita, 145; perpetui juris, et universi generis, 148; quæstio habita est, 158; quæstionem est aliquem ferre, 83; in quæstionem vocare aliquid, 285; extra quæstionem est, 146; quæstiones generum universæ, 147; quæstiones ad oratorem deferre, 140; confirmare, infirmare, 141; pro quæstionibus et contra quæstiones dicere, 141; quæstiuncula, 39
Quæstor, 166. 267; meus, 166; tuus, 168
Quanti addictus, 196
Queri multa de aliquo, 239; aliquid pro repub., 166
Quibus de causis, 7; quibus sciam poteroque, 39; quibus nec mater nec pater, 198
Quid est, cur, 4; quid tibi vis, 207; quid tam inter se dissimile, 250; quid petam præsidii, 276; quid huic abest nisi res et virtus, 211
Quiescere in hortulis suis, 263
Quietem atque otium sequi, 259
Quinquennalis ludorum celebritas, 284, 285
Quinqueremes, 61
Quo *pro* ut vel quod, 33. 38. 125. 141. 144, 145, etc.; *pro* quia, 219, etc.; *pro* quare, 206
Quotidie commentari, 270; quotidianus usus, 70; labor, 260; sermo, 91. 107. 256. 293; victus, 86; quotidiana loquacitas, 40; quotidianum munus, 96; quotidianæ res, 273; cogitationes, 52; quotidiana opera, 307
Quotusquisque: quotus enim quisque est, qui, 309

Rabula, 74
Radiatum lumen, 296
Rapere ad supplicium, 186; postremum lumen oculis, 296; rapitur mortuus, 212
Raro *pro* aliquando, 137. 293. 311
Ratio oratoris, 33; numerorum, 311; vivendi, 319; dicendi, 105. 140; vitandi et feriendi, 311; simplex veritatis, 84; subjecta ad propositum (fig.), 313; supposita in distributis, *ib.*; rationem tenere, 311; incitare, 319; alicujus habere, 107. 177. 183. 219; ordinis, etc. requirere, 159; operis reddere, 27; posteritati ostendere, 319; ratione tradi, 93; tractari, 140; ratio et causa, 282
Recipere vocem ab acuto ad gravem sonum, 95; causas, *ib.*; oppidum, 208; sibi solium paternum in, 181; lumina in mancipio uti tum essent, ita recepit, 64; receptis rebus, 136
Recitare tabulas, 158; legem, 91
Reclamant tota theatra, 309; quibus multitudo ipsa reclamat, 275
Recolere artes inter nos, 3
Reconditæ artes, 5; res, 126
Recordari eventum alicujus, 243; recordatio acerba, 238; explicata memoriæ, 4
Rectus sonus vocis, 255; rectissimum studium, 38
Recubare in herba, 214; in hortulis molliter et delicate, 263
Recuperare amissam possessionem, 280; captivos a, 279
Recusare, ne, 57; quo minus, 141; aliquid a se postulanti, 143; recusandi libertatem eripere alicui, 247; recusatio disputationis, 110; recusationem adimere alicui, 236
Redigere ad artem, 149
Redire ad instituta, 272; reditus ad rem aptus et concinnus (fig.), 312; ad propositum, *ib.*
Redolere doctrinam, 138
Redundare sanguine, 314, 315; redundant in nos fluctus, 3; redundet oportet oratio ex, 9
Refellere testimonia, 169; aliquid ex locis, 268; nullius memoria me refellente, 105
Refercire aliquid in oratione, 55; refertus *cum Genitivo*, 152; referti libri de, 34
Referre in album, 117; in commentarium, 76; animum ad studia, 2; animum ad hominum, etc. formam et figuram, 303; controversias ad universi generis vim et naturam, 145; ad universi generis disputationem, 146; ad universas generum quæstiones, 147; animum ad capita, 150; ad locos, *ib.*; aliquid ad dignitatem personarum, 49; omnia ad voluptatem, 83; ad suam utilitatem, 170; ad senatum, 239; ad aliquem, 89. 287; ad cognitionem, 282; ad vim rationemque cognoscendi, agendi, 281; meritam debitamque gratiam alicui, 245; mysteria, 267; se ad, 292; orationem ad, 288; se aliquo, 140; orationem aliquo, 139; quantum habeat, id refert, 215; referendis præteritis verbis, 139
Reflectuntur mentes, 25; animorum impetus, 221
Refrica dolorem, 167
Refugere a, 38. 105; refugiunt omnes necem, 316
Refutare libidinem alicujus, 241; testimonia non refellendo, sed, 169; domesticis testibus, 102
Regi perturbatione animi, 159
Regina rerum oratio, 162
Regio ridiculi, 185; regionem definitam habere, 104; regiones terrestres, maritimæ, 27; regionum descriptio, 121; regiones noscere, intra quas venere et pervestiges quod quæras, 150; regionibus modicis circumscripta, 123
Regno in tuo sumus, 17. 30

Relaxare tristitiam ac severitatem, 186; relaxat et liberat immutatione ordinis, etc., 302; relaxantur animi ex, 13; relaxatio animi, otii fructus, 108
Religione obstringere civitatem, 206; religiones judicum, 14; et cæremoniæ, 16
Relinquere nomen eloquentiæ, 104
Remigem oratorem describere, 114; remiges sustinuerunt, 52
Remittere nuntium uxori, 67. 89; remittunt tibi istam voluptatem, 93; remissus animus, 165; remissiores facere cantus, 97; remissiora dicendi genera, 134; remissius dicere, 97; remissio animi, 109; lenitatis gravitate et contentione firmatur, 174; remissiones vocis, 99
Remotus a causis forensibus, 118; ab usu judiciorum ac foro, 219, 220; remotæ res a, 23. 233
Renovare animos ad odium alicujus, 167; invidiam alicujus, 168
Renuntiare aliquem consulem, 199; ne Stoicis renuntiaretur, 85
Repelli a gubernaculis civitatis, 22; repulsam ferre, 210
Reperire dignitatem ingenio, 73; reperiuntur ab oratore, 140
Repetere aliquid memoria, 2; memoriæ veteris recordationem, 4; exempla ab, 288; orationem ex, 167; repetita alte oratio, 272; repetita longe sumere, 295; de pecuniis repetundis, 137; repetitio ejusdem verbi, 311
Reponere aliquam in numero eloquentium, 26; in aliquo artis loco, 166
Reprehensio (fig.), 313; familiaris, 211
Reprimere vim, 15; hominum mentes, 56; seditionem, 143; exsultantem verborum audacia, 252; repriment te validæ legum habenæ, 298
Repudiare artes, 285; artem ab eloquentia, 41; consilium senatus a republica, 239, 240; repudiari judiciis animorum, satietate aurium, 308
Repuerascere, 109
Repugnare, quo minus, etc., 98
Requies senectutis, 97
Requiescere in alicujus sermone, 184
Res facultate præclara, arte mediocris, 111; res judicatæ, 140; urbanæ, bellicæ, 289; susceptæ, receptæ, 136; rerum exornatores, narratores, 118
Reservare sibi aliquid, 82
Resistere argumento, 175; alicui pro republica, 116
Respersus sanguine, 244
Respondere jus, 73; ad tactum, 315; respondisse fertur, 126; responsa, 135; peritorum, 95; ad oratorem deferuntur, 140; responsio humanitatis, 183; sibi ipsi (fig.), 313
Restinguere incendium, 166; mentes inflammatas, 80
Retexere ante exorsa, et prope detexta, 154
Reticere inopia, judicio, 281; reticentia, 313
Retinere salutem, 157; dignitatem, 227; imperii dignitatem, 157; dignitatem in rebus asperis, 230; aliquem in civitate, 14. 165; succum alicujus, 133
Retrusa in media philosophia, 34
Reverti ad institutum, 139; ad seipsum, 173
Revocare ad artem, ad præcepta, 115; ad lenitatem, etc., 24; ad certum numerum paucitatemque, 69; argumenta ad genus, etc., 145; se ad suum munus pensumque, 283; ad suas res, quæ de altero deplorantur, 173; animos a temeritate, etc., 228; a vitiis, 112; aliquem ab omni contentione ac dimicatione, 245; revocantur ea, quæ sese nimium profuderunt, 130; ut eo revocetur, unde declinavit oratio, 154; revocatio verbi (fig.), 311
Revolvi ad, 144. 146
Reus nefarii sceleris, 242; reos appello, eos omnes, quorum de re disceptatur, 160
Rhetor ex Academia, 267; rhetoris officina, 119; rhetorum artes, 122; præcepta, 122. 258; rhetoricus usus, etc., 269; rhetorico more loqui, 47; rhetorici doctores, 34; libri, 25. 105; libelli, 283; magistri qui rhetorici vocantur, 24; rhetoricas artes exponere, 267; ne rhetoricotero' tu sis, 301
Rhythmicorum norma acerrima, 307
Ridetur ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique ipso corpore, 193; natura ridetur, 193. 210
Risus frangit adversarium, etc., 186; obruit testem, 213; risu res dissolvere, 186
Rivis diducta oratio, 248; rivulos consectari, 140
Rogatio (fig.), 312; rogationi intercedere, 166
Romanus eques, 70. 211. 271; populus Romanus, omnium gentium victor, 126; populi Romani leges et instituta, 267; equitatus, 299; equites Romani, 167; homo Romanus, et consularis, 85; corde suo trepidat, 299; est quædam certa vox, Romani generis urbisque propria, 255; ludorum Romanorum diebus, 10
Rostra meditari, 14; manubiis imperatoriis ornare, 243; a rostris avocare aliquem, 263
Rotundum cœlum, 303
Rudis in jure civili, 17; in nulla re, 80
Rudes gladiatorum, 271
Rus ex urbe evolare, 109; rustica vox, 254; asperitas, 255; facultas, 30; rusticæ res, 29; rustice loqui, 255; rusticari, 109; rusticanus, 89. 254
Ruta et cæsa, 181

Sacramento justo contendere cum aliquo, 18
Sagaciter pervestigare aliquid, 82
Sal *pro* facetiis, 91. 176. 183. 209, 210; salsus, 176. 210; salse, 209; fit salsius, 196
Saliorum versus, 309
Salutare ad firmandam vocem, 319; salutaria solatia, 245
Samnis in ludo et rudibus, 271; Samnitium prolusio, 224; Samnitium magister, 270
Sanguine diffusus color, 311; respersum simulacrum, 244
Sapientia dormitans, oscitans, 149; constituendæ civitatis, 152; sapientiæ causas explicare, 121; sapientiam junctam habere eloquentiæ, 291; sapienter casus adversos ferre, 230; sapienter carere, 115
Sarmenta nova cultura excitare, 130
Satiari similitudinis fastidio, 308; satiantur sensus, non mentes, in nimia voluptate naturæ, 276
Satietas aurium, 251. 302. 308; similitudinis, 158; satietatem fugere, 275; satietate abalienari ab, 275
Satisfacere populo, 273; philosophiæ, 23; illis quibus necesse est, 44; alicujus exspectationi, 221; causis, 93; in gestu, 270; quemadmodum his satisfacias, videris, 231; satis arti alicui facere, 59; satis superque abs te videtur istorum studiis esse factum, 75
Saxifragæ undæ, 298
Saxula asperrima, 71
Scalmorum duorum navicula, 61
Scenicus gestus, 317; scenica venustas, 250; scenici ludi, 238
Scire Græce, 120. 204; si scias discere, 271; in eo quod sciret, satis eloquens, 28; de quo sciat, *ib.*; sciuntur, 111; scientissimus regendæ reipub., 78; scienter dicere, 104; scientia bene dicendi, 33; circumscripta certarum rerum cancellis, 24; eximia rerum maximarum, 279; omnium rerum atque artium, 78; scientiam et cognitionem cum dicendi ratione jungere, 266; omnem rerum complecti, 291; scientia literarum expoliri, 253
Sciscitari sententiam alicujus, 40
Scitum est, 319
Scopulus patrimonii, 296; libidinis, 152
Scribere legem, 34; testamentum, 109; aliquem heredem, exheredem, 62; scribere de, 105; scribendi consuetudo, 52; similitudo, 117
Scriptionis hujus institutæ est, 104
Scriptis duodecim ludere, 79
Scriptitare, 52. 116. 134. 229
Scriptor Crassi, 48; artis, 266
Scriptum ambigue, 139; aliquid afferre in dicendo, 52; scripti interpretatio, 49. 138; sententia, consuetudo, 139; nihil admodum scripti reliquit, 105; scripta non multa reliquerunt, 132; scriptorum similia, 52; in veteribus scriptis studiose et multum volutatus, 253; aliquem cognoscere ex scriptis suis, 104
Scriptura assidua et diligens, 51
Scrutari locos, 150
Scurrilis jocus, 186; scurrile ridiculum, 189; vitium, *ib.*; scurrilis oratori dicacitas fugienda est, 189
Scutum abjicere, rejicere, 216
Secare causas in plura genera, 140
Secernere aliquid a præceptis, 229
Seclusa aquula, 156
Secundum hunc diem, 100; secundum vocem, 318
Sedare mentes, 8; iracundiam, etc., 170; quemcunque motum in animis, 75
Sedes sacræ, 276
Seditio jure conflata, 143; seditionem reprimere, *ib.*; seditionum genera, vitia, pericula, 166; seditiones ipsas ornare, 142; multas e repub. sæpe esse factas, *ib.*; seditiosus homo, *ib.*; civis, 116. 166
Segregare abs te ausus, 164. 316; locum, 229; eloquentiam ab elegantia doctrinæ, 4; iambum et trochæum ab oratore, 304
Sejungere liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione, 137; verba a sententiis, corpus ab anima, 248; sejunctum ab opinionis arbitrio, 41; a communi quæstione, 49; ab oratoris officio atque munere, 99; sejunctio ab eo quod est dictum (fig.), 312
Sementis, 94; sementem facere, 201
Semidoctus, 159
Sempiternum tempus spectare, 157
Senatus frequens, 239; senatus auctoritas, 10; ad senatum legatos mittere, 153; senatusconsulta, 140; senatoria consuetudo, 54
Senectutis subsidium, 98; decus et ornamentum, 73; senectuti bellissimum subsidium otium, 98; senectutem celebrare, ornare, 73; a solitudine vindicare, 97; ad senectutis requiem excogitare aliquid, 97
Senescentem alicujus laudem ab oblivione vindicare, 104
Senex perfunctus honoribus, etc., 73; sordidatus, 165
Senius ille, 294; senium est, 188
Sensa mentis explicare, 259; exprimere dicendo, 14
Sensum: Sensum est, 299
Sensus consuetudinis, 319; ac ratio dicendi, 161; vulgaris et popularis, 41; hominum communis, 123; maxime voluptarius, 275; sensum voluptate movere, 275; sensu hominum comprehendi, 247; cum sensu tractatum, 161; a sensu tradita atque impressa, 233; sensus satiantur, 276; sensus degustare, 82; pertractare, 81; impellere voluptate,

274; acerrime commovere, 274; sensus habeat oratio, 274; sensus admovere, 296; sensibus permoveri, 163; percipi, 265; oculorum sensus acerrimus, 296
Sententiæ princeps in senatu, etc., 263; meæ participes esse voluistis, 58; sententiam explicare cum dignitate, 112; exponere, 153; dicere in utramque partem, 268; sententiæ philosophorum, 46; ad probandum accommodatæ, 78; acutæ crebræque, 112; oratorum propriæ, 24; sententiarum gravitas, 125; flores, 274; forensium aculei, 122; lumina, 311; sententiis uti ad gravitatem orationis, 311; sententiis et verbis conformandus orator, 311; sententiose ridicula, 213
Separatione partium diminuere magnitudines artium, 286
Sepire se oppidis mœnibusque, 15; aliquid memoria, 50; locum omnem cogitatione, 150; sepit se sedulo, 295; septus ferro, 276; septum teneri, 104; septum ex omni parte orationis genus, 251
Sepositum tempus ad discendum, 270
Sequi quietem, otium, 259; umbram, 13
Sermo tenuis et exsanguis, 25; purus, dilucidus, 252; intentus, 97; antemeridianus, 248; sermo corporis, actio, 318; sermonis lenitas, 97; vis et contentio, *ib.*; perpetuitas, celeritas, 177; tristitia, 12; Latini subtilitas et elegantia, 110; sermonem inferre de, 13; sermone alicujus assuefactus, 253; sermone confecto, 12; ex sermone pristino relaxare animos, 13; in omni sermone ea tractare, ut, 103; se alicujus sermonibus dare, *ib.*; sermonibus interpuncta narratio, 225; sermonis istius me participem esse factum gaudeo, 319
Serpere occulte, 168
Servare civium capita, 243
Servilis percunctatio, 225
Servire vectigalibus, 157; venustati, 222. 225; brevitati, 225; voci, 95. 318; neque servire quandam ædium partem dixit, 64
Servus ad manum, 318; cui domi nihil est nec obsignatum, nec occlusum, 191; frugi, nequam; bonus, furax, 191
Sextantis non est, 195
Si diis placet, 273
Sicarius, 137
Significatio artificii, etc., 152; pudoris vultus, 160; ad plus intelligendum quam dixeris (fig.), 312; significationem dare, 152
Signum brumale, 303; signum Minervæ, 125; signa sacra, 194; signa et notas locorum ostendere, 158; facilitatis, liberalitatis, etc., proferre, 160; doloris verbis, vultu, etc., ostendere, 163
Silentium est consecutum, 54; cæteris fuit, 291; silentio digna oratio, 251; in silentio jacere, 122
Silva infinita, 122; rerum, 273; sententiarum, 277; virtutum et vitiorum, 282
Simile ducere, 222. 296
Similitudo *pro* imitatio, 135; similitudinis fastidio satiari, 308; ab aliqua similitudine esse, 259
Simplex ratio veritatis, 84
Simulacrum Vestæ, 244
Simulatum imitatione, 163
Singulis ætatibus singuli tolerabiles, 5
Sitiens artium, 267
Sobrius orator, 147
Soccos conficere, 285; soccis indui, *ib.*
Societas virtutum, bonarum artium, 288; dicendi et intelligendi, 267; societatis vinculo contineri, 248; societate conjungi, 19; ejusdem linguæ societate conjungi, 318
Socius consiliorum, 11; necis alicujus, 157; ac pæne par, 30; sociorum jura, 54; artes sociæ dignitatis ejusdem, atque inter se pares, 87
Socraticus sermo, 262; Socratici philosophi, *ib.*; sermones, 265; Socraticis disputationibus eruditus, 289; id fuit maxime Socraticum, 267
Solatia sedatis molestiis jucunda, hærentibus salutaria, 245
Solium paternum sibi recipere, 181; de turba et a subselliis in otium soliumque se conferre, 149; in solio sedentes domi, 287
Sollicitare, 216
Solum et fundamentum, 293
Solutus opere, 109
Sonare peregrinum, 255; sonans quiddam, 293
Sonipedes, 305
Sonus vocis, 43. 254; vocis rectus et simplex, 255; verborum, 314; pronuntiandi, 69; acutissimus, gravissimus, 95; sonum aliquem inflare, 318; sono flexo attenuatum vocis genus, 315; sono uno obductum, 317; sonorum gradus, 319
Sordidatus senex, 165; sordidiores artes, 285
Spatium facere, 13; sumere ad cogitandum, 51
Spectare in unum exitum, 36; sempiternum tempus, 157
Speculando assequi, ut, 48
Spes hominum fallax, 241
Spinosa oratio, 33
Spiritus angustior, 99; infinitus, 304; angustiæ spiritus, *ib.*; uno spiritu versus multos pronuntiare, 99; spiritu, non arte, determinat id quod dicit, 302
Spissius *pro* obscurius, 292; spissi exitus orationis, 174
Splendor orationis, 292; in verbis, 284; splendorem orationi arcessere, 294; splendore decorari, 71; splendore verborum illustrata res, 112
Spoliare aliquem omni dignitate, 245; spoliata ornamento civitas, 149

Spondeus, 304; spondalia, 164
St, tacete, 198
Stabile ad diuturnitatem memoria, 47
Stadium: in stadium ingredi, 51
Stare occulte post aliquem, 318; stare controversia non potest, 145; stantem inclinare, 162
Statera aurificis, 153
Statuam polliceri, 201
Status totius mundi atque naturæ, 303; status oratorius, 95
Stellæ: quod tanquam stellis notat et illuminat orationem, 299
Stercus curiæ, 297
Stillicidiorum jura, 60
Stilus optimus dicendi effector ac magister, 51; dicendi perfector ac magister, 98; stili acumen, 52
Stipendia merentem, 199
Stipulationes, 135; stipulatiuncula, 61
Stirpe ad eum rediit hereditas, 62, 63
Stomachari cum aliquo, 205; stomachans, 56; stomachosa ridicula, 210
Stratus humi, 248
Strictim aliquid aspicere, 55
Struere odium in aliquem, 170; verba, 284. 299
Studere eloquentiæ, 118; alicui scientiæ, 6
Studium cognoscendæ percipiendæque virtutis, 75; studium adhibere, 150; studio pilæ teneri, 272; literarum se dedere, 6; alicui se dedere, 260; studio alicui deditus, 26; studia eloquentiæ, 7; oratorum, 250; in plura studia distrahere aliquem, 95; in studiis liberalissimis versari, 6; studiosus dicendi, 95. 150; alicujus audiendi, 35; studiose pila ludere, 194; studiose in scriptis volutatus, 253; studiosius legere librum aliquem, 120; istorum studiis, si modo studiosi sunt, satis superque factum esse videtur, 75
Stultitia loquax, 291; excusationem non habet, 46; stultitiæ peccatum, *ib.*; testes domestico præconio colligere, 130; stultum genus joci, 209
Stupescere, 276
Suavitas verborum, quæ exit ex ore, 254; austera et solida; dulcis et decocta, 277; suavitate conditum, 267; suaviter loqui, 254
Subacto mihi ingenio opus est, 144; subactio ingenii est usus, etc., *ib.*
Subauscultando excipere voces aliorum, 152
Subductiones, 144
Subjicere scelus, etc., odio civium, 75; subjecta materies, 140; subjectio rerum sub aspectum (fig.), 311, 312
Subiratus alicui, 30
Subire judicium, 46; ferri crudelitatem, 245; usum alicujus rei, 54; sub acumen stili, 52
Subjungere omnes artes oratori, 80
Submorosa ridicula, 210
Subnixus arrogantia artis alicujus, 93
Suboles, 293
Subsellia meditari, 14; a subselliis in otium se conferre, 149
Subsicivis operis arripere aliquid, 236
Subsidium senectutis, 98; senectuti, *ib.*; oratori, 85
Subtilitas disserendi *pro* dialectica, 29; sermonis Latini, linguæ Græcæ, 110
Subturpia, 203
Suburbanum gymnasium, 38
Succedere alteri in dicendo, 76; sub acumen stili, 52
Succensere alicui, 267
Succrescit vestræ ætati, 320
Succubuit orator philosopho, 285
Succus orationis, 274; diuturnus, 131; succum alicujus retinere, 133
Suggerere verba, 139; firmamenta causæ, 226; argumenta singulis causarum generibus, 140
Sumere aliquid quasi jure suo, 17; sibi tempus, 270; tempus aliud ad cogitandum, aliud ad dicendum, 136; vocem et gestum, 96; longe repetita, 295; aliquid ex aliqua scientia, 27; aliquid in manus, 246; cum sibi de iis sumeret, 247
Summa rationis alicujus, 154; totius causæ, 226; summæ communes rerum et generum, 146
Summum bonum, 81; ut ad summa veniamus, 14; omnia summa alicui tribuere, 246; Græcia semper hæc summa duxit, 104; ad summos oratores pervenire, 129
Summittitur aliquid, 277; summissa oratio, 160. 173; summisse dicere, 175; contentius, summissius, 314
Sumtuosus, 146
Supellex lauta, 56
Superatum ipsum a sese, 239
Superbum, arrogans, 156
Superlatio veritatis, augendi minuendive causa (fig.), 312
Superstitiosum genus joci, 193
Suppeditari, 175; suppeditat (verb. neutr.), 284
Suppetit illi res, 291
Supplicio constringere scelus, etc., 75
Supplosio pedis, 256. 317; supplosit nemo pedem in illo judicio, 85
Surculum defringere, 280; surculos inserere, 210
Surgere ad dicendum, 222
Surripere imitationem, 188
Sus docebo oratorem, 184
Suscipere exercitationem, 50; dolorem, 163; patrocinium voluptatis, 263; laborem discendi, 68; personam, 58; onus, 122; res, 136; plus quam illi imponitur, 248
Suspendere se de ficu, 210; suspenso animo respondere, 89, 90
Suspicio ostentationis ingenii, 227; gra-

tiæ in scribendo, 121; artificii, oratori adversaria, 154; quæ suspicionem efficiunt, 226; suspiciosum genus joci, 189
Sustentatus eloquentia, juris scientia, 89
Sustinere personam, 136. 193; sustinuerunt remiges, 52
Syllaba, 305
Syrorum venalium similes esse, 204
Syrtis patrimonii, 296

Tabernaculum vitæ in una philosophia collocare, 268
Tabulam proponere domi, 117; tabulæ ad oratorem deferuntur, 140; duodecim, 26. 56. 71; antiquæ, 275; duodecim tabularum libellus, 71; tabulas conficere, 134; recitare, 158; confirmare, infirmare, 141; pro tabulis et contra tabulas dicere, 141
Tactu quasi colorari, 120
Tactus triginta minis, 198
Talis ludere, delectari, 272; ad talos se conferre, 260
Tantopere, quantopere, 55
Tarda principia orationis, 174; tardi ingenii est rivulos consectari, etc., 140; tardior in repub. capessenda, 287; tardiores facere tibicinis modos, 97
Tarditatis vituperatio, 136
Taurum immolare, 206
Tecta *pro* ædificiis, 299
Tecta clarissimorum hominum auctoritate jura, 96; tectissimus in dicendo, 217
Tela ea texitur, ut, 319
Telum manu fugit, 295; teli emissi imprudentia, *ib.*; tela *pro* bello, 298
Temere res turbidas tractare, 73
Temeritatis causas explicare, 121
Temperata oratio, 174
Tempestas commissationis, 297; tempestates turbulentissimæ, 3
Tempus meridianum, 246; pomeridianum, *ib.*; diei extremum, 12; sempiternum, 157; tempus adventat, 73; temporis angustiæ, 319; in tempus causam conferre, *ib.*; tempus perdere, 292; dimittere, 131; per idem tempus, 317; cuivis tempori homo, 207; neque enim fuit tam exigui temporis, 291; præpostera tempora, 256
Tendere præsidium clientibus, opem amicis, etc., 68
Tenebræ conduplicantur, 295
Tenere vitæ cursum, 2; hominum cœtus, 13; arma, 14; rempub., 16; venas hominum, 82; aliquid septum terminis, 104; memoriam rei, 105; personam, 258; eos qui audiunt, 274; rationem numerorum, etc., 311; lacrymas, 315; tenere *pro* intelligere, 33. 36. 309; tenebo *pro* tuebor, 28; teneri studio pilæ, 272; horrido obsoletoque, 275; ubi seclusa aquula tenetur, 156; tenetur terra sua vi nutuque, 303
Tenuis oratio, non sine nervis ac viribus, 311
Teres oratio, 311
Terminare clausulas, 305; terminis septum, 104
Terra Africa, 298
Terrens, supplicans, etc., 251
Terribili tumultu tremere, 298
Tesseræ: ad tesseras se conferre, 260; tesserulæ, 300
Testamentum scribere, 109; facere in procinctu, 83, 84; testamentorum ruptorum aut ratorum jura, 60, 61
Testimonia ad oratorem deferre, 140; refutare, non refellendo, sed, 169; dicere, 116
Testis temporum, historia, 112; testem lædere, 218; teste vivorum et præsentium memoria, 105; testes domestici, 102; testes confirmare, infirmare, 141; pro testibus, et contra testes dicere, 141; testibus refutare aliquem, 102
Tetulit mihi coronam, 317
Texitur ea tela, 319
Theatra tota reclamant, 309
Thesaurus rerum omnium memoria, 8
Tibicen, 229; tibicinis modi, 97
Timiditas ingenua, 105; in causis, 218; timiditate a dicendo refugere, 105
Timorem incutere, 170
Tinctus literis, 129; arte, 141
Tiro in nulla re, 80
Toga *pro* pace, 298; unus e togatorum numero, 41
Tolerabiles oratores, 5
Tollere opinionem, 104; odium benevolentia, 175; jacentia e medio, 302
Torquere hastas amentatas oratoris lacertis viribusque, 91; torquet me cura et labor, 251
Tractare artes, 270; argumenta, 140; causas, 59. 168; aliquid in causis, 162; aliquid in omni sermone, 103; res turbidas, 73; tractata usu, 144; cum sensu, 161; in rerum usu causisque, 76; tractatio ad venustatem, 313; quotidie ex se gignit aliquid, 271; tractatu artium delectari, 270
Tractus orationis, 118; verborum, 168
Tradere alicui artem, 218; judicium, incendium, 168; potestatem moderandi et regendi sui, 83; aliquid immortalitati, 261; aliquid animis, oculorum commendatione, 233; virtutem hominibus ratione, instituendo, persuadendo; minis, vi, metu, 93; aliquid arte, 182; traditus in tutelam alicui, 164; tradita a sensu, 233; cum tradita sunt cujusque artis difficillima, reliqua tradi non necesse est, 123
Traducere orationem in, etc., 167; animos ad, 216; aliquid a poetica ad eloquentiam, 302; traductio in verbo, 298
Tragœdiæ, 80. 84; tragœdias agere, 180; agere in nugis, 169; tragœdorum vox,

46; tragœdorum Græcorum more, 95; res tragicas comice tractare, 250
Trajectio in alium, 312
Transactis meis partibus, 107
Transenna: quasi per transennam aspicere, 55
Transferre alio sermonem, 47; se ad cognitionem rerum, 260; artes ad usum, 270; Græcorum prudentiam ad nostrum usum moremque, 274; libertinos in tribus urbanas, 16; transferri in alias causas, 223; transferri idem potest ad artes, 249; transferre verbum, 294. 296; transferendi verbi modus, 294; abutimur sæpe verbo in transferendo, 299; translatum verbum, 293, 294, 295, 296. 298, 299; translatio verbi, 294; verbi paulo durior, 297; verecunda, deducta in locum alienum, 297; translatio ad ipsos sensus admovetur, 296
Transgressio concinna verborum (fig.), 313
Transilire ante pedes posita, 295
Transire æquabilitatem juris, 172
Transmarina doctrina, 287
Transverso foro ambulare, 287
Tremere terribili tumultu, 298
Trepidare corde, 299
Tribuere alicui otium, 3; omnia summa, 246; honorem, 115; laudem, 250. 285, 286; vituperationem, 285, 286; plus quam res et veritas ipsa concedit, 31; operam foro, amicis, etc., 271; quos motus hominum generi tribuit rerum natura, 8; tribuam illud oratori, ut, 25; plus attulisti, quam tibi esset tributum a nobis, 291
Tribunalia prætorum, 57
Tribunatum petere, 12; alicujus infringere et debilitare, 10; in tribunatu legem ferre, 157; spoliare aliquem omni dignitate, 245; tribunatu depulsus, 244; cujus tribunatus voluntati paruit civitatis, 156
Tribunicia potestas, 142
Tribunus plebis, 12. 201; tribuno plebis resistere, 116; tribunos plebis creare, 167
Tribu movere aliquem, 207; tribus urbanæ, 16
Triclinium, 202
Tristitia sermonis, 12
Trochæum frequentem ab oratore segregare, 304
Trutina populari examinare aliquid, 155
Tueri vocem, 312; voluptatem, 262; causas, 59; speciem boni viri, 173; cæteræ artes se ipsæ per se tuentur singulæ, 104
Tumultus terribilis, 298
Tundere eandem incudem, 155
Turba verborum, 257
Turbidas res tractare, 73
Turbines sævi exsistunt, 295
Turbulentus civis, 116. 146
Turmales, 201
Tute: ut tute paulo ante dixisti, 38
Tutelæ turpe judicium, 57; tutelæ alicujus filios suos commendare, 83; in suam tutelam venire, 65; tutelarum jura, 60
Tutor fidelis, 239

Vacare studiis, 254
Vacuus cura atque labore, 109
Vagari qua velit, 30; oratori libere liceat in immenso campo, 284; vagatur oratio, 76. 307; vagantur verba, 302
Valere apud aliquem, 107; auctoritate, 4. 73; voluntate, 4; ingenio, 73; ingeniis atque arte, 43; ad vulnus, ad speciem, 222; valet in eo diuturna opinio tarditatis, 46
Valetudo infirma, 74
Varianda sententiis, 277; varietate formarum locos distinguere, 234
Vastus homo, 44; vultu motuque corporis, 43; vaste loqui, 255; vastius verba diducere, 301
Ubertas in dicendo, 23; ubertate baccarum incurvescere, 294
Vectigalibus servire, 157
Vela dare ad id, unde flatus ostenditur, 162
Venalium vendendorum leges, 93; venalium Syrorum similes, 204
Venari quod quæras, 150
Venas hominum tenere, 82
Veneficia, 137
Veniam alicui dare, 10. 38; excusationis alicui dare, 167; venia bona dixerim, 91
Venire in ambulationem, 12; in exhedram, 246; in silvam, 247; in controversiam, 49. 226; in suam tutelam, 65; in numerum oratorum, 43; in mentem alicui, 54. 159; in judicium, 145; in spem, 176; in disputationem, 37; in rem præsentem, 94; alicui, 100; ad aliquem, 246; ad mediocres oratores, 129; ad maximas pecunias, 207; ad deformitatem pravitatemque, 53; sub aspectum, 234; aliquem admonitum, flagitatum, 247
Venti omnes erumpunt undique, 295
Venustas oratori opus est, 95; venustatis color, 311; venustati servire, 222. 225; venustatem habere in specie, 303; cum venustate moveri, 311
Verba componere, 299; habere, 162; struere, 284. 299; illuminare, 284; usitata, 53. 226. 253; propria; abjecta, obsoleta; lecta, illustria, bona, inusitata, novata, translata, 292, 293; facta, pervetusta, 311; immutata, deflexa, 313; exiliter exanimata, inflata, anhelata gravius, 253; ad audiendum jucunda, 78; alligata lege versus, 302; soluta, ut vagentur, *ib.*; intermissa ab usu quotidiani sermonis, 293; liberiora poetarum licentiæ, quam oratorum, *ib.*;

verborum insignia, 113; interpuncta, 304; licentia, 30; latitudo, 132; concertatio jejuna, 123; comitas, 160; cursus, 51. 288; audacia, 252; suavitas, 254; collocatio, 118. 299; pondera, 125; continuatio, 99. 256. 299, 300; insolentia ac turba, 257; flores, 274; conclusio, 112. 302; complexio, 304; ambitus, 306; perpetuitas et quasi conversio, 307; sonus, 314; concursus, 299; modus et forma, 301; junctio, 307; conjunctio, 302. 310; circuitus, 308. 310; orbis, translationes, 309, 310; conformationes, 313; ornatus, lux, 248; lumina, 311; volubilitas, electio, constructio, 8; frequentia, 51; prisca vetustas, 71; compositio, 120; memoria, 234; gravitas et copia, 250; omnia verborum inania, 15; apta verbis principia dicendi, 222; verbis et sententiis conformandus orator, 311; verbis uti ad aptam compositionem et decentiam, *ibid.*

Verberare aliquem, 268

Vere mihi hoc videor esse dicturus, 6

Verecundantem incitare, 252; verecunda debet esse translatio, 297

Vereri aspectum paternum, 164

Veritatis ratio simplex, 84; veritatem imitari, suscipere, 112

Vermiculatum emblema, 300

Vernaculæ res, 273

Versare curam in, 220; versari in repub., 74. 263; in rebus forensibus civilibusque, 31; in cogitatione curaque, 162; in hominum more et sermone, 6; in consuetudine philosophorum, 100; in consuetudine vitæ, etc., 123; in hostium castris, 219; in varietate literarum, etc., 5; in obscuritate rerum, etc., 6; in studiis doctrinisque, 6; in omni recto studio atque humanitate, 98; in eodem virtutis imitandæ genere, 134; in iisdem sententiis verbisque, 249; incolumis inter hostium tela, 75; versatus in disputatione, 9; in rebus, vel usu quem ætas affert, 144

Versus fundere, 308; multos uno spiritu pronuntiare, 99; versus in oratione vitium est, 302; versus hexametri, 308; versibus dicere de, 29

Versutiloquæ malitiæ, 293

Vestigium eloquentiæ, 15; vestigia alicujus persequi, 40; quibus vestigiis primum institi, in iis fere soleo perorare, 251

Vestire oratione, 49, 50

Vetustate ipsa consenescere, 93; vetustatis exempla, 74; verborum prisca vetustas, 71

Via exercitationis, 7; argumentorum, sententiarum, descriptionis, ordinis, 113

Vibrare hastas, 224

Victum alicui præbere, 86

Vigere memoria, 232

Villicus, 94

Vincere *pro* probare, 18; vincere satietatem aurium delectatione, 302; victa a nobis est accusatio tua, 168

Vincire orationis membra numeris, 307; sententiam modis et forma, 302

Vinculo uno societatis contineri, 248

Vindex libertatis, provocatio, 167

Vindicare in suo, 18; auctoritatem gravitatis et consilii sui, 78; domum ab solitudine, 73; senectutem a solitudine, 97; alicujus laudem ab oblivione, silentio, 104; aliquem in libertatem, 149; aliquem ab atrocitate mortis, 245

Virtus bellica, 288; virtus narrationis, 225; virtus afflicta, prostrata, 173; per se ipsa laudabilis, 230; virtutes omnes generi hominum fructuosæ, 230; virtutum societas et cognatio, 288

Vis Carneadia, Aristotelia, 266; vires ingenii, 54; laterum, 43

Viscera causæ, 223

Vita et mores, *pro* ethica, 29; vita memoriæ, historia, 112; vitæ veritas, 81; flos, 245; tabernaculum, 268; vitam eripere alicui, 242. 245; ut sine his studiis vitam nullam esse ducamus, 108; vitam insuavem sine his studiis putare, 109

Vitia infucata, 276

Vituperare improbos, 112; vituperandi præcepta, 229; vituperatio inertiæ, tarditatis, 136; vituperationem tribuere alicui, 285, 286

Vivam alicujus memoriam tenere, 105

Vivere in diem, 157; sine oculis, sine mente, 94; in libris, 270

Ulcisci injurias, 284

Umbilicos legere, 109

Umbratilis exercitatio, 53

Unctionis causa, 108

Unde *pro* a quo, 29. 213. 232; *pro* a quibus, 222

Unguenta moderata, 275; suavitate condita, *ib.*

Unus ex omnibus, 38. 291; e multis, 288; una res ex multis, 302; laus dicendi, 118; et propria laus oratoris, 278; una est eloquentia, 248; unus omnia profitetur, 78; uno oratoris officio ac nomine omnem scientiam comprehendere, 78; uno opere eandem incudem diem noctemque tundere, 155; quem unum oratorem maxime admiror, 59

Vocare in judicium, 90. 166. 250. 267; in dubium, 150; in disceptationem dicendi, etc., 215; aliquem ad salutem, ad perniciem, 112; aliquid ad utilitatem suam, 226; animum ad motum, 140

Vocatu Drusi senatus frequens in curiam venit, 239

Vocitata est Magna Græcia, 290

Voculæ falsæ, 275; certæ et severæ, *ib.*

Volitare toto foro, 136; in foro, 59

Volubilitas verborum, 8

Volvi uno spiritu, 304
Voluntas mortuorum, 91; voluntate apud aliquem valere, 4; voluntate similes et inter sese et magistri, 133, 134; voluntates hominum excipere, 112
Voluptarius sensus, 275; voluptariæ disputationes, 262
Voluptas naturæ, *i. e.* a natura data, 276; voluptatis patrocinium suscipere, 263; voluptatem tueri, amplexari, 262; voluptate sensus impellere, 274; omnia metiri, 262; voluptates oculis colligere, 249
Volutatus in scriptis, 253
Vorago bonorum, 296
Vox tragœdorum, 46; inflexa ad miserabilem sonum, 164; cycnea, 241; mollis, muliebris, 253. 254; absona, absurda, rustica, agrestis, 254; vocis lenitas, 160. 255; sonus, 43. 254, 255.; moderatio, 302; cursus, 319; contentiones, remissiones, 99; voci servire, 95. 318; vocem excitare, 95; firmare, 319; tueri, 318; modulari, 306; obtundere, perdere, 212; voce plenus et suavis, 47; voces *pro* sonis, 68. 249. 306; in omni voce est quiddam medium, sed suum cuique voci, 319; vocem adscendere gradatim, utile est et suave, *ib.*
Urbana dissimulatio, 207; urbanæ tribus, 16; urbano opere defessi, 109; urbanitatis odor, 296
Urgeatur in hoc uno opere noctes et dies, 99
Usitatæ res, 231; usitata verba, 53. 226. 253
Usucapionum jura, 60
Usurpare possessionem surculo defringendo, 280
Usus militaris, 288; rhetoricus, 269; forensis, 28. 231; vulgaris et forensis, 99; quotidiani sermonis, 293; usus rerum nos docuit, 169; usum adhibere, 150; conferre ad, 77; usum ætas affert, 144; usu venit, ut, 67; in usu quotidiano collocata, 70
Uti lingua nuncupasset, 92; uti tum essent, ita recepit, 64
Uti doctoribus, 103; frenis, calcaribus in aliquo, 252; cibo, potione, 275; artibus, artificio aliquo, pictura, 30; armis, palæstra, 311; ornamentis, 314; verbis usitatis, lectissimis, 253; verbis ad aptam compositionem, etc., 311; sententiis ad gravitatem orationis, 311; aliquo amico, etc., 27
Utilitas nascitur ex laude, 227
Vultus omnes adversarii perspicere, 151; vultus pudoris significatio, 160; vultu ipso conterere loquacitatem alicujus, 78
Uxorem ducere, 67; uxori nuntium remittere, 67. 89

FINIS.

LONDINI:
Imprimebant GILBERT et RIVINGTON,
in vico dicto St. John's Square.

PUBLISHED BY WHITTAKER AND CO.,

AVE-MARIA LANE.

CLASSICAL AND PHILOLOGICAL WORKS.

I.

ARISTOPHANIS COMŒDIÆ.

With a new Text and Scholia, revised by Professor BEKKER, of Berlin.

The Fragments, Indices, Latin Version, and the Annotations of Beck, Bentley, Bergler, Brunck, Burney, Couz, Dobree, Elmsley, Kuster, Porson, Reisig, Schutz, and others, are added.

5 Vols. royal 8vo. 6*l.* 6*s.*—The same, 5 vols. demy 8vo. 3*l.* 15*s.*

The following Plays are sold separately:

AVES, 9*s.*	PLUTUS, 15*s.*
NUBES, 12*s.*	RANÆ, 9*s.*

II.

NOTÆ PHILOLOGICÆ ET GRAMMATICÆ IN EURIPIDIS TRAGŒDIAS;

Ex variis Virorum Doctorum Commentariis Maxima ex Parte selectæ, et Textui Matthiæano accommodatæ. In Usum Prælectionum Academicarum et Scholarum.

2 Vols. 8vo., price 1*l.* 4*s.*

III.

ÆSCHYLI PROMETHEUS VINCTUS.

With English Notes.

By JOHN GRIFFITHS, M.A.
Fellow and Tutor of Wadham College, Oxford.

In 1 Vol. 8vo., price 5*s.*

Also, by the same Editor,

ÆSCHYLI SEPTEM CONTRA THEBAS.

The Text of DINDORF. With English Notes.

1 Vol. 8vo. 5*s.*

IV.

The GREEK TESTAMENT, with English Notes.

By the Rev. EDWARD BURTON, D.D.
Late Canon of Christchurch, and Regius Professor of Divinity.

2 Vols., price 24*s.*

PUBLISHED BY WHITTAKER & CO., AVE-MARIA LANE.

V.

HERODOTI HALICARNASS. HISTORIARUM LIBRI IX.

Codicem Sancrofti Manuscriptum denuo contulit, necnon reliquam Lectionis varietatem commodius digessit THOMAS GAISFORD, A.M.

2 Vols. 8vo., price 1*l.* 4*s.*

VI.

THE ILIAD OF HOMER,

Translated into ENGLISH PROSE, as literally as the different Idioms of the Greek and English Languages will allow; with Explanatory Notes.

By a Graduate of the University of Oxford.

The third Edition, thoroughly revised and corrected; with additional Notes.

8vo., price 16*s.*

VII.

THE ODYSSEY OF HOMER,

Translated in the same manner as the foregoing.

8vo., price 16*s.*

VIII.

HOMERI ILIADIS

Liber Primus, Studio GEORGII SYLVANI, accedunt quædam Anacreontis Carmina, cum Notis.

8vo., 5*s.*

IX.

P. VIRGILII MARONIS OPERA,

In Tironum gratiam perpetua annotatione illustrata à CHR. GOTTL. HEYNE, edidit et suas animadversiones adjecit post curas Ernesti Car. Wunderlichii, Fridericus Ernestus Ruhkopf.

8vo., 14*s.*

X.

MARTYN'S GEORGICS OF VIRGIL,

With an English Translation and Notes.

8vo., Boards, new Edition, 16*s.*; with coloured Plates, 1*l.* 1*s.*

Also, by the same,

THE BUCOLICS OF VIRGIL,

With an English Translation, &c.

8vo., 16*s.*; with coloured Plates, 1*l.* 1*s.*

XI.

HORATII FLACCI OPERA,

Recensuit et illustravit F. G. DOERING: accedunt indices locupletissimi. Editio nova, auctior et emendatior.

8vo., 18*s.*; super-royal, 1*l.* 11*s.* 6*d.*